IOH. NICOLAI STUPANI, ... MEDICINA THEORICA: EX HIPP. & GALEN...

Iohannes Nicolaus Stupanus, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
14 K
25

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

72 72
6 6
23 42

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOH. NICOLAI STVPANI, MED. DOCT.

& in celeberrima Academia Baſilienſi Profeſſoris Ordinarij,

MEDICINA THEORICA:

Ex Hipp. & Galen. Phyſiolog. Patholog. & Semeioticis libris, poſt diexodicam enarrationem,

Summatim pro Diſputationibus ordinarijs

IN THESES CONTRACTA;

Nunc demum

Aucta & correcta coniunctim edita.



BASILEAE,
Typis Johannis Schrœteri, 1614.

Digitized by Google

Digitized by Google

Clariſsimo & Experientiſsimo Viro,

DN. JOHANNI SIGLITIO, Med. & Phil. perfectiſsimo, & excellentiſsimo, Domino & Amico meo ſingulariter honorando S. P. D.

EGo ſanè, VIR CLARISSIME, religioſiſsimæ noſtræ Amicitiæ Sacramentum delere viderer, niſi aureũ hoc MEDICINAE THEORICAE COMPENDIVM ab acutiſsimo & celeberrimo noſtro D. Doctore STVPANO, ordinarijs Diſputa-

tionibus, iam per multos annos in hac Baſilienſi Academia, publicè ſingillatim tractatum & ventilatum, Typis meis coniunctim excuſum, humaniſſimo PRAESTANTIAE *tuæ Genio, amicè conſecrarem.*

Novit dulciſſimarum tuarũ ad me litterarum SVADA, *quâ diligentiâ non ſemel modò atque iterum, ſed ſæpè ſæpius admonitus fuerim, ut eruditiſſimas & utiliſſimas illas* THESES MEDICAS ORDINARIAS, *quas clariſſimus* D. STVPANVS, *non ſine ſumma & immortali ſui gloria, & Studioſorum utilitate, Athenæo noſtro diverſis vicibus exhibuit,* con-

coniunctim uno volumine toti terrarum orbi communicarem.

Quando igitur Muſis tuis, huiuſcemodi Theſiū Syntagmate, nihil iucūdius & deſideratius, ex hac noſtra Baſilea, quæ Ingenij & Virtutis tuæ laudatiſſima merita, ſummis honoribus & privilegijs lubens ſolemniter nobilitavit, tranſmitti potuit: affectus mei erga te Indici & Monumēto, nihil quoq; aptius & commodius hoc opere unquam accidere poſſe arbitratus ſum.

Faxit Deus, ut quicquid hîc à me excuſum ſuſcipis, tàm diuturnè te delectet, quàm avidè illud publicari deſideraſti.

Digitized by Google

Vale VIR CLARISSIME, *& cum veteribus noſtris Amicis plurimùm ſalve. Baſileæ Kalend. April. 1614.*

Tuæ excellentiæ
ſtudioſiſsimus

Ioannes Schrœterus, Ci-
vis & Typogr. Baſil.

Digitized by Google

Ioan. Nicolaus Stupanus, omnibus ijs quorum virtuti & Honori priùs Theſes hæ ſingillatim erant inſcriptæ,

S. P. D.

QVod M. Tullius ex Ennio, libr. 1. Officiorum inquit (Illuſtriſſ. Generoſiſſ. Nobiliſſ. Præſtantiſſ. Principes, Barones, Nobiles, Magnates, & ſtudioſiſſ. Iuvenes) Homo qui erranti comiter monſtrat viã, quaſi de lumine ſuo lumen accendat, facit ut nihilominus ipſi luceat, cũ illi accẽderit: Idipſum etiam verè dici poteſt de omnibus benè docẽtibus: imprimisq́, de ijs, qui Artes & Scientias, humano generi u-

tiliſsimas, bono methodo comprehendunt, explicant, & ſimul etiã modum oſtendunt, quo Studioſi ad cuiuſque earum cognitionem cõmodiſsimè poſsint pervenire. Cũ verò Artium atque Scientiarum aliæ Practicæ ſint, aliæ Theoricæ: Vt poſteriores hæ ad Vſum Vitæ noſtræ utilem propiùs accedunt: ita Theoricæ divinius quiddam obtinẽt, Naturæ ordine ſunt priores, & Practicis Scientijs fundamenta ſubminiſtrant. Inter omnes autem Theoricas Scientias, cenſebat Alexander Magnus, primum locum obtinere illam, quæ de Natura inſtituitur. Itaq; etiam ægrè tulit, libros τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως *ab*

Ariſt.

Ariſt. Præceptore in publicum editos fuiſſe: quòd cuperet eam Scie͂tiam, à præceptore acceptam, ſoli ſibi conſervari, ut teſtatur Simplicius in præfatione ſuper iiſdem libris. Cæterùm Naturalis Scientiæ veluti ſoboles quædã eſt Medicina, ut in Prolegomenis Medicis, theſi 4. & ſequentibus oſtenſum eſt. Cuius partem Theoricam nos ex fontibus Græcorum, præcipuè Hipp. Platonis, Ariſt. imprimisq; Galeni ſententiâ, viginti quinq; annos non tantùm apertè & dilucidè enarravimus, ſecundùm eum modum, quem in iiſdem noſtris Prolegomenis, theſi 163. & ſequentib. monſtravimus:

)?(5

Digitized by Google

ſed etiam præcipua Enarrationis noſtræ capita compendioſè ſubinde contraximus, in theſes digeſſimus, Studioſis Medicinæ ſingulis Menſibus diſputandas propoſuimus: ut ſi quæ primùm audiendo, minùs intellexiſſent; eadē meliùs inter diſputandum intelligerent. Vt verò ſingillatim priùs, atq; ſucceſſivè has noſtras Diſputationes excudendas curavimus: ita tandem omnes in unum corpus coniunctas, Studioſorū gratiâ edendas curavimus.

Quas vobis Illuſtriß. Generoſiß. Nobiliß. Principes, Barones, Magnates, ſtudioſiß. Iuvenes, ſicuti priùs ſingillatim, ita nunc cōiun-

AVCTORIS.

iunctim, omnibus conſecratas volo. Baſileæ, Calend. Aprilis, Anno Domini 1614.

Digitized by Google

Ad Clariſs. & Excellentiſs.
Virum,

D. IO AN. NICOLAUM STUPANUM,
Medicinæ Theoricæ Profeſſorem
meritiſsimum,

Cùm Theſium ſuarum Syntagma bono
publico exhiberet.

Ecquæ ſereni vis Genii tuas
Urguet Camenas gloriæ amabilis
Uſq; uſq; vivax, & remotas
Indugredi generoſa cælos,
Illuſtre Muſæ delicium entheæ
STUPANE? quæ non mente perennium
Magmenta veſtigas honorum,
Seu lubet Aonios per hortos
Cum Phœbe amatum fortè Epidaurium,
Seu diſſerentem ducere Palladem,
Cui garrulæ ad ſacram Hippocrenem
Ingeminant animum Sorores.
Vidi Britanni quos Genio tuo
Quærant honores, quosq; Itali, & mei
Nunc deſtinant Galli, atq; avitæ
Theutoniæ populi. tibi ingens

Applau-

Digitized by Google

Applaudit orbis, rarum anadematis
Nectens virorem. noſtra Aganippidum
Egreſſa lucos dum ſuaves
Muſa fugit choreas ſororum,
Miratur artem divitis ingenI,
Auroq́; pingit Lauream, & inclytum
Devota iucundo Libelli
Ingenium veneratur orſu.

I. GRASSERVS,
Sacr. Pal. C.

Ad eumdem.

Dicerem in te Genium magni migraſſe Galeni,
Vera foret Samij Relligio illa ſenis.
Exactè ipſe adeò Medicorum ſcita docere,
Et potis exiguis illatebrare libris.
Quis bonus addubitet plenis edicere buccis:
STVPANVS noſtra ætate GALENVS erit?

P. Gaudentius Poëta
Laur. Cæſareus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ MEDICA,

De Medicinæ Præstantia,

Certitudine, Medicorum Sectis, Quæ Secta cæteris præferenda? Quas partes habeat Medicina Dogmatica? Quomodo Theorica eiuſdem pars in Academia Baſ. enarretur?

Ex

Diexodica enarratione libri de Sectis ad Tyrones ſummatim excerpta, in Theſes digeſta, pro Diſput. Anni 1608. Studioſis propoſita,

Ad

Antiquiſs. Nobilitatis Iuvenes Dn. D. Nicolavm et Bohvchval Sekerkas à Sedcziz Bohemos.

Reſpondentibus.

1. D. M. Caſparo Cholio ex Valle Ioachimica
2. D. Olao VVorm Aarhuſienſe Dano
3. D. Bartholomæo Fritzſchio Budiſs. Luſato
4. D. Gregorio Mättigio Budiſs. Luſato
5. D. Michaele Gichtl. Ratiſpon.
6. D. Georgio Friderico Aſfalck VVormatienſe
7. D. Ioanne Emberiza Chotiebozano Boh.
8. D. M. Emmanuele Stupano Baſil.

A

Digitized by Google

VT facilius Lector invenire poſſit loca, quæ ex Gal. citantur, non tantum capita notavimus ſed etiam capitũ partes, quando illa ſunt longiora. Id autẽ fecimus per Characteres, quibus in ultima Baſilienſi editione capitum partes diſtinguuntur. Quod ſi igitur Vnica littera citationi fuerit adiecta, aut plures diverſæ: ſignificatur quod verba citata, in ea citati capitis parte contineatur, quæ eadem litera ad marginem poſita notatur: ſive vnica ſive pluribus diverſis. Si unica littera bis ponatur, tunc quærenda erunt verba citata, in ea parte capitis, quæ per hanc litteram, ſecundo ad marginem eiuſdem capitis poſitam notatur. Rariſſimè ſit ut eadẽ littera ter repetatur: & tunc citata verba quærenda erunt illic, ubi tertio loco eadem fuerit poſita. Si textus Græcus citetur per eoſdem Characteres. Primũ quærendus erit locus in Latino codice: deinde ex Latino Græcus inveniẽdus. Idẽq; obſervabis in omnibus noſtris Diſputationibus jam in lucẽ editis. Græcè autem plerunq; citavimus verba Galeni, uti etiã Ariſt. & aliorũ Græcorum: quia in lingua Græca, efficatius mihi ſemper vidẽtur exprimi illæ ſententiæ, quàm Latina: ſed tamẽ deinde Latinam interpretationem ſemper adiecimus. Deniq; hoc etiam obſervabis, quia in ſingulis noſtris diſputationib. ferè ſingulos quoſdã Galeni libros, à nobis enarrari ſolitos ſequimur. Idcirco ſi quando locũ aliquem citãdo addimus vocabulum, hîc, tunc ſignificavimus verba citata, quærẽda eſſe in eo ipſo libro, cuius ductũ in tali Diſputatione ſequimur, v.g. Theſi. 28. diſputationũ huius anni. citamus ſententiam Gal. de Medicinæ ſcopo atq; fine his verbis. hic c. 1. h. atq; ita ſignificamus verba illa deſumpta eſſe ex eodem libello de Sectis ad Tyrones, cap. 1. ea parte quæ ad marginem h. littera eſt notata. Idemq; de alijs ſentiendum.

De Præſtantia Medicinæ Diſputatio prima.

I.

ARtis Medicæ præſtantia, ex ijs maximè fundamentis demonſtratur, quibus Ariſt. docuit omniũ ſcientiarum dignitatem præſtantiamq; examinare, initio libri 1. de Anima ſic inquiens. Τῶν καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν ὑπολαμβάνοντες, μᾶλλον δ' ἑτέραν ἑτέρας ἢ κατ' ἀκρίβειαν, ἢ τῷ βελτιόνων καὶ τῷ θαυμασιωτέρων εἶναι. i. Omnem ſcientiam exiſtimamus bonam honeſtamq; eſſe: ſed tamen magis aut minus, prout quæq; fuerit certior & exquiſita magis quam altera, aut de rebus magis præſtantibus & dignis admiratione.

2. Spectare igitur oportet. Primum num Medica Ars Ἀκρίβειαν aliquam obtineat. Secundo qualia illa ſint, quæ in Medicina tractantur, vtrum ex numero τῶν ἀγαθῶν καὶ θαυμασιῶν exiſtant necne?

3. Ad ἀκρίβειαν demonſtrandam, ſumendũ eſt fundamenti loco, Medicinam eſſe Philoſophiæ Naturali ſubalternam: prætereà quod in ſcientijs ſubalternis, liceat demonſtrare Theoremata inferioris per Principia ſcientiæ ſuperioris.

4. Subalternatam eſſe Medicinam Philoſophiæ Naturali, & Communi ſententia Ariſt: interpretum v. g. Philoponi ſuper cap. 7. lib. 1. poſter: folio Aldinæ editionis 23. b. Themiſtij in eiuſdẽ libri paraphraſi cap. 16: Scheckij ſuper lib. 2. priorum cap. 21. ſol. 275. & alio-

rum pronuntiamus: aſſerentes, quod illic incipiat Medicus, ubi deſinit Phyſicus. Et Ariſtot. idipſum apertius verbis teſtatur initio de ſenſu & ſenſibilibus his verbis. Φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου, τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχὰς διὸ σχεδὸν, τῶν περὶ φύσεως οἱ πλεῖστοι, καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ φιλοσοφωτέρως μετιόντες, οἱ μὲν τελευτῶσιν εἰς τὰ περὶ ἰατρικῆς, οἱ δὲ ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἄρχονται περὶ ἰατρικῆς .i. Phyſici munus eſt, prima Morbi ac Sanitatis principia conſiderare: Vnde ſit, ut Phyſicorum plurimi & Medicorum elegantiſſimi, illi quidem deſinant in Præcepta Medica: hi verò ex Naturæ contemplatione Medicinam exordiantur. Idem dicitur etiam ab Ariſt. ſub finem libri de Reſpiratione alÿſq; locis.

5. Nec movet nos, quod Michael Döringius de Medicinæ certitudine cap 3. & alÿ quidam ex Zabarella cap. 13 14. de trib. præcognitis obÿciunt. Subiectum ſubalternæ Scientiæ, non debere Speciem eſſe, ſubiecti Scientiæ ſuperioris. Nam Zabarella illic errat obſcuruſq; eſt, & Auerrhoes, cuius autoritate nititur, tex: 60. explicans verba Ariſt. quæ jam jam citabimus de ſubalternis ſcientÿs, id non dicit: & verba Ariſt. atq; exempla contrarium docent.

6. Verba enim hæc, quæ in ſequenti Theſi habes, de ſubiectis maximè ſunt intelligenda. Vt illæ Scientiæ ſint ſubalternæ, quarum Subiecta ſunt genera aut Species ſubalternæ. V.g. Arithmeticæ Subiectũ eſt Numerus ſimpliciter ſumptus. Muſicæ vero Numerus ſonorus. Geometriæ Subiectum Magnitudo. Opticæ, Magnitudo circa lineas Viſuales conſiſtens. Et in eandem ſententiam inquit eodem text: 60. Auerrhoes. Scientia Deciſa, (ita

(*ita enim vocat Scientiam ſubalternam*) *conſiderat de aliquo attinēte ad artem Vniuerſalem, quouſq; faciat proprium ſubiecto ſuo.*

7. *Demonſtrari ergo poſſe Theoremata Inferioris Scientiæ per principia ſuperioris, docuit idem Philoſophus lib. 1. poſteriorum cap. 5. aliàs 7. inquiens, non licere demonſtrari vnius Scientiæ Theoremata per principia alterius, niſi in ijs,* ὅσα οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα, ὥς εἶναι θάτερον ὑπὸ θάτερον, οἷον τὰ ὀπτικὰ πρὸς γεωμετρίαν καὶ τὰ ἁρμονικὰ πρὸς ἀριθμητικήν. *i. quæcunque ita ſunt affecta inter ſeſe, ut vna ſub altera ſit, ſicuti optica ſe habet ad Geometriam & Muſica ad Arithmeticam.*

8. *Quodſi igitur Medicina Philoſophiæ Naturali ſubalternata eſt, eiuſdemq; veluti ſoboles quædam: ſequitur ut quæ certitudo eſt Demonſtrationum Phyſicarum: eadem quoq; ſit Theorematū Medicorum, præſertimq; eius Medicinæ partis, quæ Theorica appellatur.*

9. *Eiuſdem verò præcipua capita ſunt, de Elementis, Humoribus, Temperamentis, Partibus, Facultatibus, Actionibus, Spiritibus, Sanitate, Morbis, Morborum Symptomatumq; differentijs ſimul, Signis, & Cauſis. Quæ omnia partim Phyſicis Principijs immediatę demonſtrātur, partim Medicis quidem, ſed talibus, quæ ad Phyſica reſolui, vel ad ſenſum uſq; reuocari queant.*

10. *Sed quid de Practica dicamus? quæ univerſalia Theoremata, ad Particulares actiones Medicas, morborumq; Curationes applicantur? Reſpondeo Actiones Medicas particulares & Practicas, quatenus referuntur ad ſua Vniverſa, ſub quibus continentur, etiam eſſe Sci-*

entificas. Quatenus verò Materiatis Indiuiduis implicantur, quibus infinita mutationum Varietas ineſt, coniecturis inſuper quibusdam indigere, quarum ratione ſiunt coniecturales.

11. Accedamus enim ad curandum, verbi gratia, Coryſcum febricitantem. Hîc Febrem eſſe calorem præternaturalem. 2. Eundem calorem eſſe aufferendum. 3. Vt auferatur, cauſam eſſe remouendam. 4. Cauſam eandem, ſi putrida febris ſit, in putredine humorum conſiſtere. 5. Putredinem ortam eſſe, verbi gratia, ab obſtructione. 6. Obſtructionem à craßis humoribus & praua Victus ratione ortam. 7. Victum emendandum, Humores expurgandos, Obſtructiones aperiendas. Calorem febrilem per contraria ſummouendum. Hæc & ſimilia omnia ſunt ſcientifica.

12. At verò quia omnia hæc in Coryſco facienda: quærendumq́; de eodem an febricitet? Vehemens ne an parua ſit febris? Ex putredine ne, an alia cauſa pendeat? Cuius humoris putreſcentis cauſa, febris ſit orta? Quando dandum Remedium? Qua quantitate? Quibus aſſueuerit? Qualia ferre aut non ferre queat? Hæc & ſimilia coniecturis quibuſdam indigent, propterea quod in Indiuiduo Materiato facienda ſunt.

13. Nec mirum videri cuiquam debet, ſi ad Medicas Actiones, circa particularia & Materiata Indiuidua rectè inſtituendas, oporteat nos in coniecturas quaſdam incidere, cum etiam alijs ſcientijs idem contingat, verbi gratia, Geometer demõſtrat de circulis in genere, quod ſi bini eorum ſe tangant, in puncto unico fieri illum contactum lib. 3. Element. Euclidis prop. 13.

Quod

14. *Quod ſi Materiatos circulos ſeſe contingentes deſcribas aut facias: non poteris aſſequi in Circulo Materiato, quod in genere de Circulo Immateriato demonſtratur. Quod proinde etiam Protagoras Geometris obijciebat, ut eſt apud Ariſt. 4. Methaphyſic cap. 2. circa finem. Vtque hæc melius intelligas. Vide lib. 3. Meth. cap. 3. b. & ſequentibus, quæ de Varietate ſarcoticorum in diverſis naturis docentur. Item de Opt. ſecta ad Thraſybulum capite 4. & initio cap. 12. de curandi ratione per venæſectionem.*

15. *Hinc Ammonius ſuper Iſagogen Porphirij fol. 14. ex Platone inquit,* Ἐπιστήμη εἴρηται παρὰ τὸ εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς καὶ ὅρον τινὰ προάγειν τῶν πραγμάτων. Τοῦτο δὲ ποριζόμεθα, διὰ τῆς εἰς τὸ καθόλου ἀναδρομῆς. *i. Scientia dicta eſt Græcis* Ἐπιστήμη, *eò quod nos faciat conſiſtere certis terminis, quod equidem conſequimur aſcendendo à particularibus ad Vniuerſalia.*

16. *Hactenus de certitudine & Veritate Medicorum dogmatum: deinceps videndum qualia illa ſint, quæ in Arte Medica tractantur? Vtrum ſcilicet in numero* τῶν Ἀγαθῶν καὶ θαυμαστῶν *exiſtant necne? Qua de re primum generatim dicimus, eorum quæ in Medicina docentur, Campum eſſe ampliſſimum, infinita pulcherrimarum vtiliſſimarumque rerum varietate conſitum.*

17. *Ex hiſce primum locum obtinet Homo ceu* μικρόκοσμος *à Deo Opt. Max. ad ſui Imaginem conformatus. Cuius Principia & generationem Medicus conſiderat: præterea Auctionem, Nutritionem, Partes earumque functiones atque uſus: Facultates & Inſtrumenta item quib. utuntur ad Actiones edendas. Qualiter item hiſce*

omnib. ſeſe habentibus Sanus Homo ſit aut Aegrotus?

18. *De Sanitate verò ipſa docet quid ſit? penes quæ conſideretur? in quibus conſiſtat? Quomodo conſeruetur aut corrumpatur? De morbo quid ſit? Quomodo cognoſcatur? Quas habeat ſpecies ac differentias? Cauſas item atq; Symptomata? Quibus remedijs ſinguli morbi abigātur, ut & Sanitati reſtitui queat homo, ſitq; mens ſana in corpore ſano.*

19. *Quandoquidem ergo per Morbos, omnia vitiari contigit quæcunq; ad hanc vitam fœliciter tranſigendam conducunt, ſiue ſint bona Animi, Corporis aut fortunæ. Contrà autem Sanitas, omnium bonorum quæ in Homine cadere poſſunt, auctrix & auxiliatrix exiſtit: adeoq; ut Plutarchus dixit, in libro de tuenda ſanit. Blandiſſimum maximeq; Diuinum bonum, totiusq; Vitæ Opt. Condimentum.*

20. *Cuiq; ſatis apparet, Medicinam quæ Ars eſt ad Morbos abigendos conſeruandamq; Sanitatem comparata, cognitionem eſſe maximè* τ̃ Ἀγαθῶν κ̀ θαυμασίων *& proinde præſtantiſſimam exiſtere.*

21. *Hinc ſacræ litteræ Artis huius Inuentionem Deo adſcribunt, ut cernis apud Eccleſiaſticū cap. 38. ita loquentem. A Deo eſt omnis Medicina, & à Rege accipiet præmium ſuum Medicus. Diſciplina Medici exaltabit caput illius. Gentiles ſcriptores Apollini & Aeſculapio eius filio eandē attribuunt, ut cernere eſt lib. 1. Meth. cap. 1. ſ. item cap. 1. Iſagogici, præterea ex Hipp. Iuſiurando.*

22. *Quantò autem quæq; res præſtantior eſt, tantò deteriores ſemper errores ſunt, qui circa illam commit-*

mittuntur. Vnde contigit eiuſdem Artis abuſu, & Ignorantia multorum, qui Medicinam exercerent. Item ob ruditatem hominum, qui Veros Medicos, à fictis dignoſcere non poſſent, ut etiam Hipp. tempore viliſſima haberetur Medicina, ſicuti apparet in libro de Arte. & apud Gal. 1. Meth. cap. 1. Item de præcognit. ad Poſth. cap. 1. & 4.

23. *Et quod illi conqueruntur, de ijs quæ tunc fiebant, Idem noſtra ætate noſtri meritò poſſunt conqueri.*

Diſputatio. II.

De Sectis generatim, quot ſint, in quo conueniant aut differant?

24.

AD euitandos huiuſmodi errores, & Magiſtratus ſuo munere fungi debent, arcendo indignos ab huius artis uſu: dignos verò præmijs ad illam excolẽdam promouendo. Et Medicos ipſos officium ſuum facere decet, Idoneos diſcipulos rectè inſtituendo: eos qui natura apti ſunt, præ cæteris deligendo. Diſcipuli deniq; ipſi bonis diſciplinis, loco ſtudijs apto, ſufficienti tempore operam dare: fideliter inſtituentibus à teneris ſeſe addicere, praua dogmata fugere, ut Lex Hipp. habet & Gal. cùm alijs locis tùm de præcognitione ad Poſthumum cap. 1. g. monet.

25. *Itaq; præmiſſis præmittendis, auſpicari hoc ſtudium oportebit à cognitione Sectarum, & imprimis e-*

arum, quæ Galeni tempore celebres erant, & ſi quæ alia deinceps ſunt exorta, ut intelligamus, quæ cuiuſq; earum ſint peculiaria dogmata? quibus fundamentis eadem nitatur? Et ut in diſcenda Medicina nos ei ſectæ addicere queamus, quæ optimis nititur fundamentis. De Opt. Sect. ad Traſybulum cap. 7.

26. *Cum autem plures ſint ſcripti à Galeno libri de Sectis Medicorum: cenſet tamen ipſemet, eum librum quem ad* Tyrones *ſcripſit de Sectis, poſſe ac debere primò legi ab ijs qui ad ſtudium Medicum aſpirant, ut videre eſt cap. 1. de libris proprijs & in libello de ordine ſuorum librorum.*

27. *Huius ergo conſilio, nos, quia Medicinam ex eiusdem libri enarratione exordiri ſolemus: idcirco præcipua illius dogmata, ex diexodica noſtra enarratione ſummatim excerpta, in Theſes digeſſimus, pro Menſtruis Anni huius 1608. exercitijs, eaq; cæteris Phyſiologicis noſtris diſputationibus præmittenda cenſuimus.*

28. *Quod autem Græci* Αἵρεσιν *vocabant à verbo* αἱρέομαι. *i. eligo: Id Latini Sectam nuncupant, à verbo ſequi deducta appellatione. Eſtque, in hac ſignificatione, Secta nihil aliud quàm certa quædam diſciplinæ formula, certis quibusdam hominibus, qui eam ſequuntur, approbata.*

29. *Huiusmodi in Medicina tempore Galeni tres erant Sectæ Celebres. Vna Dogmaticorum, qui etiam Rationales vocabantur. Altera Empiricorum: & tertia eorum qui ſe Methodicos nuncupabant.*

30. *Conveniebat autem inter eas earumq; Sectatores omnes, primum de Scopo ac Fine: nimirum quod*

τ̃ ἰα-

Digitized by Google

τῆς ἰατρικῆς σκόπος μὲν ἡ ὑγεία, τέλος δὲ ἡ κτῆσις αὐτῆς. i. quod Scopus ad quem operando tendit Medicus, ſit Sanitas: ad quem ubi peruenit, finem optatum conſequutus eſſe dicatur. hic cap. 1. h.

31. Secundo de ijs, quæ in Arte Medica doceri, & quæ Medicos Scire oporteat: Nempe ἐξ ὧν τις ἢ μὴ παρῦσαν ὑγείαν ἐργάζοιτο, ἢ παρῦσαν διαφυλάττοι. i. ea per quæ vel Morbos abigendo abſentem Sanitatem comparare, aut præſentem eandem conſeruare queat atq; ad finem ſuum Medicus poßit peruenire. ibid.

32. Tertio de Nomine, quo nuncupentur illa per quæ utrumq; horum præſtamus: Nempe ἰάματα καὶ βοηθήματα i. Remedia Auxiliaq; dici illa, per quæ morbos abigimus & Sanitatem comparamus. Et penes ὑγιεινὰ διαιτήματα i. Salubrem Victus Rationem conſiſtere illa, per quæ Sanitas conſeruatur ibid.

33. Rectèq; ab Antiquis definitam eſſe Medicinam ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν ἐπιστήμην. i. Salubrium Inſalubriumq; Scientiam. Salubrium ſcilicet cauſarum, quibus Sanitas comparatur & conſeruatur. Inſalubrium verò, quæ hiſce contraria, Morbos fouent, & Sanitatem corrumpunt, ſiue ut capite 2. Artis Medicinalis dicitur, itemq; cap. 4. de ſubfiguratione Empirica ex Herophilo. Ἐπιστήμη ὑγιεινῶν καὶ νοσωδῶν καὶ οὐδετέρων. i. Scientia Salubrium, Inſalubrium & Neutrorum. Videlicet corporum, Signorum & Cauſarum.

34. Sed cur hic cap. 1. h. tantummodo Salubrium Inſalubriumq; mentionem facit Galenus, omißis Neutris? Item Cauſarum ſolummodo, omißis corporibus & Signis? Reſpondeo quia docet Tyrones, quibus non po-

teſt

teſt adhuc tam exquiſita doctrina, de diuerſitate ſtatus Corporis noſtri, nota eſſe, neque diuerſitas Salubrium Inſalubriumq́;.

35. At verò num verè detur Neutralitas Vocata? Reſpondeo in Cauſis & Signis dari illam euidenter; cùm multa ſint quæ neq; ſanitatem efficiunt neq; Morbum, neq; alterutrum horum ſignificent. cap. 7. Artis Medicæ. De Corporum Statu vulgò dubitant, & Ariſt. quoque Morbum ſanitati immediatè contrarium pronuntiauit, in Poſtprædicamẽtis Vocatis, ubi agit de Oppoſitis. Vti etiam lib. 4. top: cap. 3. loco 34.

36. Quod ſi tamẽ expendas, vel in temet ipſo, quanta ſit varietas functionum, quæ & aliјs de Cauſis & Aetatis mutatione imprimis, ſecundum melius & deterius mutantur, verbi gratia, in ſenſib. præcipueq; in viſu, qui à tenera ætate ſubinde ſeneſcentibus hebetantur, donec manifeſtè læſi aut planè aboliti ſint. Comperies Sanitatis ſecundum magis & minus, magnam eſſe latitudinem, & ab eo quod perfectè ſanum exiſtit, uſq; ad id quod perfectè ægrotat, magnam eſſe diſtantiam.

37. Quam proinde licebit, aut ut vulgò fit, utque ex vulgi ſententia fecit Ariſt. & Gal. quoq; cap. 2. lib. de Morborum diff. aliјsq́; locis, in bina ſegmenta ſanum ſcilicet Aegrumq́; diuidere. Vel accuratius ut faciunt aliâs Medici, approbauitq; etiam Auerrhoes ſuper text: 1. Canticorũ Auicennæ, in tria. Vnum quidem benè valentium: Alterum euidenter ægrotantium: Tertium eorum qui medio modo ſe habent Neutralesq́; dicuntur, diſtribuere. Vide lib. 1. de tuenda ſanit. cap. 5. toto. Nam in quibus contrarijs datur magis & minus, in ijs quoque Medium dari poteſt.

Scien-

38. *Scientiam verò dicit eſſe Medicinam, in hac definitione Galenus,* τ̃ ἐπιςήμης ὀνόματος κοινῶς τε κ̀ οὐκ ἰδίως *.i. Scientiæ Vocabulo communiter, non propriè accepto: tamquam ſi Artem eam nuncupaſſet. cap. 2. Artis Medicæ.*

39. *Nam in propria ſignificatione.* Ἐπίςαϑαι οἰόμεϑα ἁπλῶς ὅταν τὴν αἰτίαν οἰόμεϑα γινώσκειν, δι' ἣν τὸ πρᾶγμά ἐςιν, ὅτι ἐκείνου αἰτία ἐςὶ, κ̀ μὴ ἐνδέχεται τοῦτ' ἄλλως ἔχειν *.i. Scire nos quippiam ſimpliciter, tunc exiſtimamus, quando cognoſcimus cauſam propter quam res eſt, quod ipſius cauſa ſit, & quod ea res aliter habere nequeat 1. poſt. c. 1. item initio lib. 1. Phyſicorũ. Sexto deniq; Ethicorũ cap. 3.* Ἐπιςήμη ἕξις ἐςὶ ἀποδεικτική *.i. Scientia eſt habitus per demonſtrationem comparatus.*

40 *Et in propria hac ſignificatione, dicitur Scientia aliquando Theoremate ſcientificè demonſtrato: cuiusmodi in Medicina multa habemus, ut prius prop. 3. & ſequentibus oſtenſum eſt. Aliquando de integra aliqua diſciplina, cuius omnia Theoremata ſcientifica ſunt, ſicuti Arithmetica, Geometria & ſimiles.*

41. *Cum igitur omnes Artes & Scientiæ, ex fine ipſo ſint terminãdæ, ut dicitur c. 1. de Artis conſtitutione, & Theoremata Medica vniuerſalia referantur ad uſum Medendi & Curationẽ morborũ particularium, quam non ſemper aſſequimur: Idcirco non Scientiam ſed Artem potius dicemus eſſe Medicinam, propriè loquendo, quia verè eſt* ἕξις μετὰ λόγου ἀληϑοῦς ποιητική *.i. Habitus cum rectâ ratione faciendi 6. Ethicorum cap. 4.*

42. *Convenit etiam inter omnes Sectas, qualia eſſe oporteat Medica Theoremata: nempe ut initio cap. 1. de Opt.*

de Opt. Secta dicitur. Εκαϛον τ̃ ἰατρικῶν θεωρημάτων, πρῶτον μὲν ἀληθὲς εἶναι δεῖ, ἔιτα χρήσιμον, ἔιτα ἀκόλουθον ταῖς ὑποτεθείσαις ἀρχαῖς, id eſt, Quodlibet Medicū Theorema, primum quidem debet eſſe verum. Deinde utile, Tertiò cum poſitis principijs conſentiens.

43. Τὸ Ἀληθὲς κρίνεται τῇ τȣ̃ λόγȣ συμφωνίᾳ πρὸς τὰ, ὑποκείμενα, id eſt, Verum Theorema eſſe cognoſcitur, cum verba rebus ipſis conſentiunt. ibidem cap. 2.

44. Χρήσιμον θεώρημα τῇ πρὸς τὸ τέλος τ̃ τέχνης ἀναφορᾷ, id eſt, Vtile Theorema iudicatur ex eo, quod conferat ad finem Artis conſequendum, ibid. cap. 3. aut ut ſub finem cap. 5. eiusdem libri dicitur, εἰ πρὸς τὸ ποιῆσαι τὴν ὑγείαν φέρει, ἢ πρὸς τὸ σωτηρῆσαι, id eſt, ſi conducat ad Sanitatem efficiendam aut conſervandam.

45. Ακολȣθία cuiusq; Theorematis, cum poſitis principijs inde eſt iudicanda, ut conſideremus, ȣ̃ ἀνασκευαζομένȣ ἐξ ἀνάγκης τὶ συνασκευάζεται ἢ τιθεμένȣ τίθεται, .i. quo ſublato, quid ſimul neceſſario tollatur & quo poſito quid ponatur. ibid. cap. 6.

46. Exempli gratia, ſi pro Elementis ſtatuamus τὰς Ατόμȣς, Homo non doleret. Item ſi princeps Animæ facultas, in corde ſedem ſuam obtinet: male Archigenes abolitam memoriam reſtituere conabatur per Remedia capiti adhibita 3. de loc. Affect. cap. 4. Item poſitis Atomis pro Elementis: binæ erunt Species Morborū in partibus ſimiliaribus, nempe ἡ τ̃ πόρων εὐρύτης καὶ ϛένωσις id eſt pororū latitudo & anguſtia, initio cap. 4. de Morb. differentijs.

47. Sed ſi in hiſce omnibus conveniunt omnes Medicorum Sectæ. Quid illud eſt, in quo differunt, & cuius

cuius ratione Sectæ ſunt diverſæ? Reſpondeo ὅθεν τὴν τούτων ἐπιστήμην συνίστασθαι, id eſt, differunt Modo quo quæq; Secta contendit, eorum cognitionem comparari, quibus Morbi Curantur ac Sanitas conſervatur. De quo modo quia triplex erat Galeni tempore ſententia Medicorum: Idcirco in tres diverſas ſectas erant diuiſi hic c. 1. item de Opt: Sect: cap. 7. 8. Item de ſubfigurat. Empirica cap. 1. 2. Vtque ante quoq; prop. 27. dictũ eſt.

48. *Et prima quidem Antiquiſſima fuit τῶν Ἐμπειρικῶν, id eſt Empiricorum, qui τὴν Ἐμπειρίαν μόνην φάσι ἀρκεῖν τῇ τέχνῃ, id eſt, ſolam Experientiam Arti Medendi ſufficere aſſerunt, & per eam ſolam cognoſci omnia, quæ ad curandos Morbos & Sanitatem conſervandam requiruntur hic cap. 1.*

49. *Altera erat τῶν λογικῶν καὶ Δογματικῶν, id eſt, Rationalium atque Dogmaticorum, quibus ὁ λόγος οὐ σμικρὰ δοκεῖ συντελεῖσθαι, id eſt, quibus Ratio quoq; non parum conferre videbatur: & proinde Artem Medicam partim Experientia partim Ratione conſtare aſſerebant ibidem.*

50. *Tertia fuit eorum, qui ἑαυτοὺς ὀνόμασιν μεθοδικούς. id eſt, ſeipſos nuncupabant Methodicos: Aſſerentes πάρα μόνων τῶν παθῶν, τὴν ἔνδειξιν τοῦ συμφέροντος ἀρκεῖν, id eſt, ad Curandos Morbos Sanitatemq; conſervandã, per Indicationem à ſolis morbis deſumptam, poſſe utilia Remedia ſufficienter inveniri. A morbis autem non ſingillatim ſecundum ſpecies & differentias quaſq; ſed ſecundum bina communia genera quædam, quæ Κοινότητες, id eſt, Communitates vocabantur. hic cap. 6. c.*

Diſp-

Diſputatio III.

De Arte Empiricorum.

51.

MEdicina ex ſententia Empiricorũ, præſertimq́; Theutæ Celebris illius Empirici, conſideratur partim quatenus diſcitur, acquiritur, comparaturq́;: partim ut Acquiſita iam operi ſeſe accingit & operatur Sanitatem conſervando aut Morbos curando. Et quatenus acquiritur, eatenus dicitur habere partes Artis Conſtitutivas, quæ nil aliud ſunt quam modi quidam & parandæ Experientiæ Inſtrumenta. Quatenus verò operatur, eatenus habet partes Finales, quæ ſunt Scopi quidã ad quos operatio dirigitur. de ſubfigurat. Empirica cap. 4.

52. *Diſcimus autem artem medicam eamq́; comparamus Empiricè, vel dum ipſi propria Experiẽtia, ſive totam, ſive aliquam eius partem, aut Theorema illius aliquod invenimus: vel dum ea quæ alij per experientiam invenerunt, ex ore eorum nobis communicata accipimus & conſervamus. Vel ſi eadem ſcriptis prodiderunt, eadem legendo in Memoriæ Theſaurum recondimus. Atq́; hinc dicebat idem Theutas Conſtitutivas artis partes eſſe tres* Αυτοψίαν, *Hiſtoriam & tranſitum à ſimili ad ſimile 11. ibid.*

53. *Nam ut noſmet ipſi per experiẽtiam eorum quippiam, quæ ad curandos morbos aut conſervandam ſanitatem*

Digitized by Google

tatem faciunt, inuenire queamus: Inſtrumentum generatim ſumptum habemus Αὐτοψίαν *.i. proprium Intuitum, qui* μνήμη τίς ἐστι τῶν πολλάκις καὶ ὡσαύτως ὀφθέντων *.i. memoria quadam eorum, qua ſapè eodem modo fieri viſa ſunt, hic cap. 2. b. & capite 11. de Opt. Secta h.*

54. *Eiuſdem* Αὐτοψίας *ſpecies Empiricis, in ijs qui ſapè incidunt morbis, tres erant: nempe* περίπτωσις, Αὐτοσχέδιον, μίμησις, *id eſt, Caſus, Spontanea Actio, Imitatio. Et* περίπτωσιν *aſſerit Galenus hic cap. 2. b.* ἀπὸ τοῦ περιπίπτειν ἀβουλήτως τοῖς πράγμασιν, *.i. eò quod abſq; conſilio, adeoq; forte fortuna incidant homines, in huiusmodi rerum cognitionem.*

55. *Hac ipſa* περίπτωσις, *qua etiam* περιπτωτικὸν γένος τῆς ἐμπειρίας, *id eſt, Caſualis experientia ſpecies vocabatur, duplex erat, vna* φυσική, *Naturalis, qua obſeruantur, qua fiunt fortuito & à cauſa Naturali, ſed nobis incognita. Et prout euentus fuerit bonus aut malus, ita occaſionē prabent imitādi in medendo, aut euitandi.*

56. *Exempli gratia, cum videmus fortè febritiřanti cuipiam ſuperuenire hamorrhagiam ex naribus & inde febrem ceſſare: noſq; hinc occaſionem ſumimus, venam ſecandi febricitātibus, hic cap. 2. a. Item videmus Phtiſico ſuperuenire alui fluxū, eumq; inde mori: atq; hinc conijcimus Phtiſicos non eſſe purgandos 5. Aph. 12.*

57. *Altera* περίπτωσις *erat* τυχική, *id eſt, fortuita, quâ incidimus in ea, qua fiunt à cauſa fortuita quidem ſed nobis tamen nota: & prout obſeruando viderimus bonum aut malum ſucceſſum, ita ſumimus occaſionem, arte eadem imitandi aut euitandi, verbi gratia, videmus febricitantem, ob ſitis vehementiam, bibere aquam fri-*

Digitized by Google

gidam affatim,& inde ſanari:atq; inde occaſionem ſumimus frigidæ potionis in febribus,hic cap.2.a.

56. Secunda ſpecies Αυτοψίας vocatur Αυτοσχέδιον, tamquam ſi dicas ſpontaneũ factum, quo homines proprio inſtinctu, aut à ſomnijs moniti,aut aliter permoti, ad rei alicuius vſum accedũt,& ex euentu poſtea Theorema ſibi conſtituunt, de imitando deinceps eodem facto aut fugiendo. ibid.

59. Exempla multa habes cap. 12. de ſubfiguratione Empirica: & imprimis illud quod etiam initio libri vndecimi de ſimplicium Medic. facult. in Vipera hiſtoria recitatur. Prædiuitis illius viri Elephantiaſi laborantis, qui per ſomniũ ab Aeſculapio monitus,ex Thracia Pergamum venit,vt vteretur medicamento ex viperis:cuius uſu curatus,occaſionem dedit in ſimilibus morbis, ſimili medicamento vtendi.

60. Tertia Αυτοψίας ſpecies erat μίμησις, ſeu μιμητικὸν γένος ἐμπειρίας. Ὅταν τ̃ ὠφελησάντων ἢ βλαψάντων ὁτουοῦν ἢ φύσει ἢ αὐτοσχεδίως, ἐπὶ τ̃ παθῶν εἰς πεῖραν ἄγοιτο, id eſt, Quando eorum quæ profuiſſe aut nocuiſſe per περίπτωσιν aut Αυτοσχέδιον comperta fuerant, Empirici in ſimilibus affectib. iterum atq; iterum experiuntur,donec ex pluribus exemplis viderint ſucceſſum, vnde formant ſibi θεώρημα καὶ πιστὸν .i. Theorema & fidum Artis præceptum hic cap. 2.b.

61. Vt cum ſæpè & in multis exemplis febricitantium, viderunt Venæſectionem profuiſſe, concludunt hoc tamquam θεώρημα καὶ πιστὸν,atq; obſeruant. Venæſectionem febricitãtibus prodeſſe. Definiuntq; Theorema habitum rei quam ſæpe viderint,cum oppoſiti diſtinctione:

one: propterea quod quædam ſint Theoremata eorum quæ ſæpè, quædam quæ rarò, quædam quæ aliquando eveniant, aliquādo non. cap. 2 de ſubfigurat. Empirica f.

62. Cùm verò circa ſingulos morbos, de ijs quæ in illorum curatione facere aut euitare oporteat, Theoremata huiusmodi congeſſerint: totum illud Αθροισμα, totamq; hanc cognitionem medicinam vocarunt, & medicum illum appellarunt, qui eadem congeſſit hic cap. 2. b. c.

63. Eadem medicina, vt reſpectu eorum qui illam inuenerunt, ex modo item inuentionis Αυτοψία καὶ Εμπειρία dicitur: ita rurſus ſi congeſtio hæc eadem ſcriptis mandetur, Vocatur Ιςορία, quæ eſt, ἐπαγγελία τȣ́τȣ τȣ̃ Αθροίσματος. i. enarratio eorum Theorematum quæ per περίπτωσιν, Αυτοσχέδιον καὶ μίμησιν inuenta fuerunt & obſeruata. ibidem.

64. Qui denique Medicus, ea quæ ab alijs per Experientiam comperta & ſcriptis mandata, aut viua voce communicata diſcit & vtitur, is ex Hiſtoria Empiricus factus eſſe dicitur. cap. 4. de ſubfiguratione Empirica.

65. Et ad morbos communes quiq; frequenter ſolent euenire: ſufficiebant Empiricis illa quæ iam commemorauimus, inueniendorum remediorū inſtrumenta. Sed quia ſolent aliquando etiam morbi quidam rari incidere, ad quos neq; per Αυτοψίαν vllam aut Hiſtoriam remedia comperta extant: Idcirco tertium inſtrumentum ad Inuenienda pro talibus morbis remedia habebant, nempe τὴν τȣ̃ ὁμοίȣ μετάβασιν id eſt, tranſitum à ſimili ad ſimile. hic cap. 2. c. & de ſubfigurat. Empirica cap. 2. 4. 11.

Digitized by Google

66. *In huiusmodi tranſitu quandoq; ἀπὸ πάθους ἐπὶ πάθος τὸ αὐτὸ βοήθημα μεταφέρουσι, id eſt, à morbo aliquo noto, remedia transferunt ad morbum ignotum, qui tamen cum noto aliquam ſimilitudinem habeat, eumque curabant ut notum. Aliquando à parte ad partem, ut à brachio ad femur. Nonnunquam à remedio ad remedium, verbi gratia, ſi in Lienteria prius experti eſſent Cidonium: cum id non adeſſet, tranſibant ad Meſpilum. ibidem.*

67. *Quod ſi huiusmodi tranſitum ſucceſſus aliquoties comprobaſſet, perueniebant etiam ad θεωρήματα ἢ πιστὰ, perinde vt per περίπτωσιν αὐτοσχέδιον καὶ μίμησιν, Vocabãtq; hanc de Tranſitu Experientiam, quam ſucceſſus comprobaſſet, τριβικὴν ὅτι χρὴ τετρῖφθαι, id eſt, exercitatoriam, quia in artis operibus exercitatum eſſe oporteat eum, qui per talem tranſitum aliquid inuenire velit: cum è contra per alios modos, quilibet obſeruare queat aliquid. ibidem.*

68. *Hiſce fundamentis acquiſita Medicina Empirica: dum ad Curandos Morbos conſeruandamq; ſanitatem ſe accingit, Finales partes habere dicitur: Indicatoriam, Curatoriam, & Salubrem, quæ nil aliud ſunt quam ſcopi, ad quos Actionem ſuam Empiricus dirigit: de ſubſig. Empir. cap. 4.*

69. *Nam, per indicatoriam, indicat de præſentibus & futuris, hoc eſt, cognoſcit morbos, & de eorum euetu præſagit. Per Curatoriam, adminiſtrat remedia chirurgica, Pharmaceutica, & Diætetica. Per ſalubrem deniq;, monſtrat modum conſeruandæ Sanitatis. ibidem.*

70. *Commune autem Inſtrumentum, ad omnes ferè hos*

rè hos ſcopos contendendi, habebant Empirici Συνδρομὴν, id eſt, Concurſum, quem Gal. 2. Meth. cap. 4. dixit eſſe Ἀθροισμα τῶν συμπτωμάτων ὑπαρχόντων τῷ πεπονθότι τόπῳ, id eſt, Congeriem ſymptomatum parti affectæ inhærentium, hâc enim vtebantur Empirici ad morbum cognoſcendū, præſagiendum, & curandum.

71. Ad morbum dignoſcendū hoc modo. Febris acuta, ſpirandi difficultas, ſputū coloratū, tuſſis, hæc Syndromen faciunt tàm Pleuritidi quàm Peripneumoniæ communē: quia ex talium ſymptomatū congerie, vterq; horum morborum ex æquo ſignificatur. Quod ſi ad ſuperiora ſymptomata accedat dolor lateris punctorius, Syndrome erit Pleuritica. Si verò loco huius doloris, adſit maior ſpirandi difficultas, metus ſuffocationis, vt non niſi erecti ſpirent, tunc Syndrome eſt Peripneumonica. de ſubfigur. Empirica cap. 6.

72. Ad præſagiendū. Nares acutæ, oculi concaui, collapſa tempora, frigida contractaq́; aures, cutis circa frontem arida, dura, denſa, color faciei pallidus, in morbi principio malū eſt, ibidem & 1. prognoſt. text. 6 7.

73. Ad curandum. Eſt ne, verbi gratia, Pleuritico ſecanda Vena? Reſpondent, ſi Plethorica ſyndrome adſit, Vires conſtent, ætas ſit iuuenilis, tempus anni vernum, æger venæſectioni ſit aſſuetus ibidem.

Diſputatio IV.

De Secta Dogmaticorum.

74.

D*Ogmaticorum Secta experientiam non contem-*

nit, ſed docet eam ſolam non ſufficere, ad ea inuenienda omnia, quæ Sanitati cōſeruandæ atq; reparādæ neceſſaria ſunt: ob Infinitā ſcilicet cauſarū, morborū, ſymptomatum, perſonarū, locorū atq; aliorū accidentiū varietatem, quorum ratione immutari curationem oporteat.

75. *Ad* Experientiam *ergo rationem eſſe adiungendam, vt ad quæ illa, circa ſingularia experiendo nequit peruenire:* Ratio *quæ à cauſis vniuerſalibus progreditur, perueniat.* Rationem *quoq; ſolam non ſufficere, propterea quod multa ſunt, quorum cauſas ignoramus. Vtq; in ijs quorum cauſas cognoſcimus certò, ſola ratio ſufficit: ita in ijs quorum cauſas ignoramus, oportere nos ad* Experientiam *confugere.*

76. *Et eſſe hanc* Galeni *ſententiam, disertè eius verba exprimunt, initio cap. 8. de opti: ſecta, quibus tres ſectas diſtinguit hoc modo.* Οι λογικοὶ μέσοι τούτων κεχωρήκασιν, οὔτε γὰρ πάντα τὰ συμφέροντα ἐκ τηρήσεως φάσιν λαμβάνεσθαι, ὡς λέγουσι οἱ ἐμπειρικοί. Ου μὴν οὐδ' ἐκ τῆς ἐνδείξεως εὑρίσκεσθαι, ὡς οἱ μεθοδικοὶ, ἀλλὰ ἃ μὲν ἐκ τῆς τηρήσεως εὑρίσκεσθαι, ὡς τὰ θανάσιμα, ἰόβολα, ἃ δ' ἐξ ἐνδείξεως, ἐφ' ὧν τὰ αἴτια εὑρίσκεται, *id eſt*, Rationales Medici, *inter* Empiricos *&* vocatos Methodicos *mediam viam ingrediuntur, ut qui aſſerant, neq; poſſe ex obſeruatione omnia cognoſci quæ ad medendum conducunt, vt Empirici dicunt. Neq; omnia à ſola ratione inueniri, ut vocati Methodici contendunt. Sed quædam obſeruatione inueniri, ut venena & quæ venenum fundunt, præterea, vt ſub finē præcedētis capitis dicitur, purgantia, quæ benè aut malè nutriunt & ſimilia. Quædam ab Indicatione, qualia ſunt illa quorū cauſas cognoſcimus.*

Vtq;

77. Vtq; tantò ſis certior, meliusq; intelligas hanc ſſe Galeni ſententiam, vide quæ dicuntur cap. 7. eiuſlem iam citati libri. Item cap. 1. huius libri de Sectis. Iem cap. 13. de ſubfiguratione Empirica circa finem. ræterea lib. 9. de Placitis cap. 6. d. e. Libro 3. de Lo-s Affect. cap. 2. c. cap. 3. e f. Imprimis verò libro 1. Meth. ıp 3. f. g. exemplo frigidæ potionis. Item 2. Meth. cap. b. c. cap. 7. e. tertio Methodi cap. 1. d. e. cap. 2. f g.

78. Hiſce locis enim oſtendit quod ratione ſimul & xperientia egeamus: ſed utriusq; naturam ſeorſim eſſe adendam, & de vtraq; ſeorſim docendum, vt vtriusq; s appareat: quo ſenſu, diſſerit hic cap. 3. huius libri de ctis ad Tyrones: de Medicina rationali ſola, quatenus ola Ratione pendet: quibus illa fundamentis nitatur: m de Experientia natura ſufficiant, quæ præcedenti ite de Arte Empiricorum ſunt propoſita.

79. Medicina Rationalis ergo, quatenus ab Expentia recedit, ſoliq; rationi innititur, propriũ eſt, vt per lications inueniat, illa quæ ad curandos morbos & ſervandam ſanitatem faciunt. Hinc lib. 2. Meth. 7. f. ita loquitur Gal. Ἕπεται πρῶτον καὶ μάλιστα, τὸ ἐνδείξεως ἅπασαν γίγνεσθαι τὴν θεραπευτικὴν μέθο-. Ὅσον γὰρ ἀποκεχώρηκε τῆς ἐμπειρίας, ἔνδειξις ὀνοεται σύμπαν. i. Sequitur ut rationalis Medicina quæ hodo medetur, per indicationes procedat. Nam quas ab experientia recedit, tota nititur indicationibus.

80. Eisdemq; hiſce ibidem mox ſubiungit hæc Ἀραι μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐνδείξεων χρὴ, μεταβῆναι δ' ευτον ἐπὶ τὰς ἐφεξῆς, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τὰς ἐκείνων ἐχομέ καὶ τοῦτο ποιοῦντα, μὴ παύσασθαι, πρὶν ἐφίκεσθαι τοῦ

τέλους

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

τέλους αὐτῶν, id eſt, In inueniẽdis cuiuſq; morbi remedijs, Incipere oportet à primis indicationibus: & ab his deinceps ad proximas tranſire: atq; hinc ad alias: nec deſinere, donec finem conſequaris, inuenerisq; remedia & eorundem adminiſtrandorum ordinem.

81. Ενδείξις verò ab Ενδείγνυμαι .i. oſtendo nomen obtinuit, quod illa veluti digito monſtret, ea quæ circa ægrum ſint facienda, & cap. 11. de Opt. Secta definitur Συμπροσπίπτουσα κατάληψις τοῦ ὠφελοῦντος, ἅμα τῇ τοῦ βλάπτοντος καταλήψει ἄνευ τηρήσεως ἢ λογισμοῦ, id eſt, ſimul eueniens comprehenſio iuuantis, vnà cum nocentis cõprehenſione, ſine obſeruatione aut ratiocinatione.

82. Nam vt eiuſdem libri cap. 10. dicitur, quam rationem habent Axiomata ad demonſtrationem, eandem obtinet Ενδείξις ad Medicationem, verbi gratia, Si cui agendo quippiam, in aliquam partẽ aculeus inhæſerit: abſq; ratiocinatione aut obſeruatione eũ ſtatim auſſerre conatur: eodem ferè modo vt bruta animalia, ab æſtu læſa confugiunt ad vmbram.

83. Breuius verò adhuc initio cap. 7. libri 2. Methodi inquit Gal. τὴν οἷον Ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας Ἔνδειξιν λέγομεν .i. Ipſam inſinuationem quaſi, eius quod ſequi oportet, Indicationem Vocamus.

84. Quoniam verò in hac Methodo Rationali, per Indicationes procedimus ad Inuenienda cuiuſq; morbi remedia, & ordinem eorum adminiſtrandorum, vt ſcias quid primo, ſecundo, tertio aut quarto faciẽdum? 1. Meth. cap. 4. h. Idcirco vt poſtea 2. Meth. cap. 7. e. dicitur. Neceſſe eſt Ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ὁρμώμενον, εὑρίσκειν τὸ ἀκόλουθον ὡς ἐμφαινόμενον τῷ ἡγουμένῳ .i.

Ex rei ipſius natura ordiri, & inde inuenire, quod conſequens faciendumq́; ſit, tamquam in præcedenti aliquo deſignatum.

85. Quod vt præſtare queat Medicus Dogmaticus, cognitione indiget earum rerũ, quæ ei hanc vim ſuppeditare queant atq; facultatem. Ea autem ſunt illa, quæ hic initio cap. 3. enumerantur. Videlicet Primo ἡ φύσις τοῦ σώματος ὃ ἐπιχειρεῖ ἰᾶσθαι. Secundo τῶν αἰτίων ἁπάντων τὰς δυνάμεις, οἷς τὸ σῶμα ὑγιειότερον γίγνεται. Tertio Ἀέρων φύσις καὶ ὑδάτων καὶ χωρῶν καὶ ἐδεσμάτων καὶ πομάτων καὶ ἐθῶν Quarto Νοσημάτων ἁπάντων αἰτίαι. Quinto τῶν ἰαμάτων δυνάμεις. Sexto παραβάλλειν οἷός τε εἶναι καὶ λογίζεσθαι. Hoc eſt, I. Natura corporis humani quod curandum eſt. II. Cauſarum vires quibus idem ſubinde ſalubrius aut inſalubrius redditur. III. Natura aëris, locorum, aquarum, regionum, ciborum, potionum, conſuetudinum. IV. Morborum omnium cauſa. V. Medicamentorum vires. VI. Vt ſit Logicus poſſitq; concludere quod remedium cui cauſæ aduerſetur.

86. Per naturã corporis humani, totã Phyſiologiam intelligimus, quæ diſcimus ex quibus elementis, Humoribus, temperamentis, partibus id conſtet. Quibus viribus ac facultatibus eadem ſint prædita, ad quas actiones edendas apta. Quibus inſtrumentis ac ſpiritibus ad eaſdem edendas utantur. Et quod omnia hæc Naturæ nomine intelligantur, ex diſputatione de hominis Natura ſecundum Hipp. prop. 1. & ſequentibus videbis infra.

87. Per αἰτίων ἁπάντων δυνάμεις &c. Item τῶν νοσημάτων ἁπάντων αἰτίας quæ ſecundo & quarto loco cenſentur, Pathologiam maximè exprimit, in qua de

differentijs ſimul & cauſis morborum ac ſymptomatum diſſerimus: quædam etiam pertinent ad Simioticen.

88. Αερων φύσις κỳ ὑδάτων *cæteraq́;* Tertio loco enumerata, uti & quædā eorū quæ recenſentur ſecūdo loco, ad ὑγιεινὴν maximè ſpectāt, & ex parte etiā ad Simioticen. Vti & quæ ponuntur quinto loco τῶν ἰαμάτων δυνάμεις, ad Therapeuticen pertinent. Quæ ſexto loco recenſentur ad reliquas diſciplinas referuntur quibus Medicum ornatum eſſe conuenit, maximèq; ad Logicam, ceu ad inſtrumentum cognoſcendi Medicinam, totiusq; Philoſophiæ cognitionem conſequendi.

89. *Harum rerum cognitione Inſtructi, quomodo per Indicationes ad inuenienda remedia, eorumq; adminiſtrandorum ordinem atq; modum, procedere liceat, binis exemplis demonſtrat nobis hic cap. 3. d.e. Galenus. Horum primum eſt tumor Phlegmonoſus. Alterum Febris orta ex Plethora. Deinde cap. 4. g. addit exemplum tertium de morſu Canis rabidi, aut ictu viperæ.*

90. *Primum ergo quod attinet, Id Simiotices auxilio per ſua ſymptomata, nempe tumorem, tenſionem, renitentiam doloremq;, cognoſcimus eſſe Phlegmonem. Eandem phlegmonem Pathologiæ præceptis inſtituti, nouimus ortam eſſe, eò quod in partem, quo ipſa exiſtit, humor aliquis maiori quantitate, quam oportuit, influxerit, eam tumidā fecerit, diſtendendo dolorem faciat: & dum idem humor à natura partis, neq; diſſlari nec gubernari poteſt putreſcit, magis incaleſcit atque ita dolorem adhuc magis auget. ibidem.*

91. *Therapeutices præceptis igitur inſtitutus Rationalis Medicus, nouit in eo morbo quem fecit repletio,*

indi-

dicari vacuationem humoris qui partem replendo ac ſtendendo tumidam dolentemque efficit. Atq; hae prima indicatio à morbi Natura petita.

92. Deinceps verò quia idem ſcit, Humorem eum poſſe adhuc fluere: vel iam influxiſſe: id ſimul etiã intelligit, in humore adhuc fluẽte, indicari fluxus inhibitiẽ in eo qui iã influxit atq; hæret indicari vacuationẽ.

93. Tertio progreditur ad ea, quæ poſſunt inhibere xum, Repellentia ſc. atq; Refrigerantia: & Aſtrinitia, partim Auertentia per Venaſectionem. Poſtmom ad ea accedit, quæ poſſunt vacuare quod iam inhæ,qualia ſunt Humectantia & Laxantia. Quarto ad gis particulares Indicationes pergit, quæ ſumuntur Iatura partis laborantis, Natura Aegroti, Aetate, Rene, Anni tempore, conſuetudine & ſimilibus: quarum hectu limitat ea, quæ à primis Indicationibus ſuatur ibidem.

94. Nam qui v. g. intelligit quaſdam Naturas, pro erſitate Aetatis, Conſuetudinis, partis affectæ &c. lius deteriuſue ferre hæc aut illa Vacuantia, Aſtrintia: Idcirco diſtinguit quid in qua parte, ætate, na, & quo tempore vſurpandum? Vt ſi phlegmone ſit rachio, rectè ſecundum primas Indicationes, nouit io per Aſtringentia fluxum eſſe inhibendum, poſtdum per laxantia Vacuandam eſſe materiam. At ſi it in Latere, Aſtringentibus ab initio parcius vtetur, omninò ab ijs abſtinebit, ne materia ad Pulmones atur: laxabit autem. Vt vides Hippoc. facere 2. de u Acut. tex. 1. Vide etiam cap. 19. e. de Artu conſtione. Contrà in Hepate & Ventriculo, ſemper Aſtringen-

ſtringentibus vteris, aut eadem Laxantibus admiſcebis, 13. Meth. cap. 15. & 11. Meth. cap. 16. b.

95. In Altero exemplo itidem, poſtquam per Signa medica rationalis medicus cognoſcit, Febrem ortam eſſe ex plethora, ob tarditatem ad motus, quod grauitatis ſenſum toto corpore æger percipiat, tumidiori corpore ſit quàm antea, rubicundus exiſtat, venas habeat amplas ac ſanguine diſtentas. Idcirco Therapeutices præceptis inſtitutus, mox intelligit curationẽ à venaſectione eſſe inchoandã, eò quod nimia copia ſanguinis Indicet ſui ablationem. Præterea quod morbo calido, caloris febrilis materia ſit auferenda.

96. Sed rurſus quia idem, partim ex Phyſiologia, partim Therapeutica nouit, pro diuerſitate ætatis, virium, conſuetudinis, Regionis, anni temporis, alios meliùs faciliusq́; Venaſectionem ferre, alios difficiliùs: Idcirco id quod à prima Indicatione, ex Natura cauſaq; Morbi deſumpta ſuadet, ſecundarijs hiſce limitabit, ac ſanguinem vel audacius ac maiori copia vacuabit, aut minori, aut etiam penitus venaſectionem omittet.

97. Quod ſi enim v. g. vires conſtent, ætas ſit Iuuenilis aut Virilis, anni tempus Vernum, Aeger etiam prius venaſectioni aſſuetus, Regio temperata: tunc nil impedit, quominus ſanguinem audacter mittas, ſicuti prima Indicatio ſuadet. Contrà ſi æger ſit debilis, valde ſenex, Venam prius nunquam ſecuerit, tempus ſit hyemale, Regio frigida, tunc parciùs detrahet, aut venaſectionem planè omittet.

98. Tertio exemplo docet Naturam morbi, (à quo prima Indicatio ſumitur) ſi ex alijs ſymptomatibus cognoſci

ſci nequeat, ex cauſis procatarcticis indagandam. v. Morſus omnis vlcus efficit: Idipſum verò in ſoluta connuitatis genere exiſtens, per ſe & quatenus vlcus eſt: dicat ſui conſolidationem. Sed ſi ſit vlcus venenam, à Cane rabido, aut Vipera ictu inflictum: Indicat, parte affecta, Venenum primo extrahendum, & poſt vlcus conſolidandum. hic cap. 4. g.

99. Quo poſito incipit curationem Medicus rationa, non à ſarcoticis aut Epuloticis, ſed à ſiccantibus acriſq; remedijs, item cucurbitâ cum ſcarificatione, omnibuſq; alijs, quæ poßint, venenatam qualitatem cum u inflictam abſumere, & tādem longo tempore pòſt, ando ſperat, omnem veneni vim eſſe abſumptam, cicricem inducit.

Diſputatio V.

quibus Empirici & Rationales Medici conveniant aut differant.

100.

QVoniam verò ita, uti docuimus, differunt hæ binæ ſectæ Empiricorum, ac rationalium Medicorum: diuerſis medicamentis utrimque earum dici, in ijsdem morbis perſæpe utuntur, exemplo Sarici, quod ad ulcera carne replenda, ex Aerugine, O- & Cera parare docuit ratio ſola, Experientia inue-e non potuit 3. Meth. cap. 2. b. Sed rurſus etiam frenter contingit, eoſdem morbos, ab utriuſq; ſecta me-is, ſecundum propria ſectæ præcepta medentibus, ijſdem

107. Ἀσύστατον eſſe experientiam contendebat Aſclepiades, propterea quod Empirici docebant, Theoremata ſua oriri ex obſeruatione eorum, quæ ſæpè eodem modo fieri viſa ſunt, vt ſupra prop: 59. 60. dicitur. At vero ſingularia, circa quæ Experientia verſatur, in perpetuo fluxu conſiſtere. Vnde contingat vt μηδὲν πλεονάκις ὡσαύτως ὀφθῆναι, id eſt, nil ſæpiùs eodem conſpici queat modo. ibidem.

108. Altera ſententia fuit Eraſiſtrati, & eorum qui eum ſequebantur. Hi concedebant per experientiam poſſe quidem inueniri remedia ſimplicia, ad morbos ſimplices, v. g. Portulacam pro hæmodia. Sed ad compoſitos morbos compoſita remedia, non poſſe ſola experientia inueniri. ibidem. Atq; hæc ferè eſt etiam ſententia Galeni 3. Meth. cap. 2. Vide etiam 3. de locis affect. cap. 3. eſ. cap. 4. d. e.

109. Tertia opinio erat aliorum quorundam Dogmaticorum, qui concedebant tàm compoſita quàm ſimplicia remedia: ad morbos tàm ſimplices quàm compoſitos inueniri poſſe. Sed idipſum non niſi longo tempore, magnaq; difficultate fieri poſſe. Idcirco in experientiâ accuſabant τὸ ἀπεριόριστον μακρὸν καὶ ἀμέθοδον .i. quod infinita propè eſſet, nimis longa, & quæ Methodo in Artis formam redigi non poſſet.

110. De ſeipſis verò gloriabantur Dogmatici, quod Inſtrumenta haberent, per quæ omnibus hiſce difficultatibus, obuiam ire queant. Per eam ſcilicet cognitionem, qua cognoſcunt (vt ante prop. 82. oſtendimus) Primò τὴν φύσιν τοῦ σώματος. Secũdo τῶν νοσημάτων ἁπάντων τὰς γενέσεις. Tertio τῶν ἰαμάτων τὰς δυνάμεις.

Quarto

Quarto τὴν Ἀνατομικὴν καὶ ἔνδειξιν καὶ διαλεκτικὴν θεωρίαν. I. Naturam corporis. II. Omnium morborum generationem & cauſas. III. Medicamentorum vires. IV. Anatomiam, indicationem & omnem dialecticam contemplationem hic cap. 5. á.

111. Contrà verò Empirici contendebant, experientiam neq; Ἀσύστατον, neq; Ἀτελῆ, neq; Ἄτεχνον eſſe. Sed Συστατικὴν quæ in Artis formam redigi poſſit Αὐταρκὴν καὶ τεχνικὴν. i. ſufficientem & artificialem: quia conſtat obſeruatione eorum, quæ ſenſu vera eſſe comprobantur. hic cap. 5. á.

112. Et quidem per Ἐπιλογισμὸν ijs vocatum, poſſe ſe τὰ πρόσκαιρα Ἄδηλα. i. Oportunè latentia cognoſcere, quæ non ſunt quidem planè euidentia, poſſint tamen ſenſu interueniente euidentia fieri. v.g. ſi id de quo omnes conſentiunt, in proprio ſenſu experiaris. Deinde per eundem Epilogiſmum reprahendi poſſe eos, qui contra euidentiam audent ſe opponere. Item ad reprahendenda Sophiſmata: eodem cap. 5. b.

113. Eam inſuper cognitionem, quam Dogmatici profitentur, de Natura corporis, morborum ortu & cauſis, medicamentorum viribus, calumniantur tamquam ἄρχῃ τοῦ πιθανοῦ προϊόντα, βεβαίαν δὲ γνῶσιν οὐδεμίαν ἔχοντα. i. quæ probabilis quidē ſit, veram cognitionē nullam obtineat: & ſi quam obtineat, eam eſſe inutilem & ſuperfluam. eodem cap. 5. á.

114. Logicam verò & Ἀναλογισμον, quo omnes demonſtrationes intelligebant, nil prodeſſe, ſed magis nocere, quia rei quæ per ſe obſcura eſt, nulla ſit demonſtratio: quicquid enim cognoſcitur, id ex ſemetipſo cognoſci:

Digitized by Google

dem curari remedijs, ijs præſertim quæ ſunt alicuius momenti. hic cap. 4.

101. Veluti in propoſito exemplo febris ex plethora orta, vacuatio, per venæſectionem facta, Item vt eadem vacuatio, pro ratione Aetatis, Virium, conſuetudinis, regionis, anni temporis, in alijs partior, in alijs abundantior fiat. Item vt vlcus ex morſu canis rabidi, aut Viperæ ictu factum, prius curetur per ea quæ venenum extrahunt, quam per Sarcotica aut Epulotica. Id tàm Dogmatici, quàm Empirici ſecundum propriæ ſectæ Dogmata obſeruant. ibidem.

102. Ea quoq; quibus permouentur, tàm Dogmatici, quàm Empirici, ad eorundem huiusmodi remediorum, in ijsdem morbis vſum. Item propter quæ ijsdem hiſce remedijs. v. g. Venæſectione, in alijs largius in alijs parcius vtuntur. Item ob quas vlcus hoc, aliter curatur quam illud, re ipſa atq; ſubiecto ſunt eadẽ. ibidem.

103. Nam vt Dogmaticus, vbi ſunt amplæ Venæ, color rubicundus, ſegnities quædam ad motus, corpus tumidius, venam ſecat, & quidem audacius in Iuuene, aſueto, robuſto, Vernali tempore, quàm in ſene, debili, eo qui non aſueuit, & hyemali tempore. Vlcus item à canis rabidi morſu factum, aliter curat quam aliud. Ita verus Empiricus omnia quoq; hæc obſeruat.

104. In quo ergo differunt? Reſpondeo differre eos modo, quo ab hiſce iam commemoratis, & circa ægros apparentibus, ad huiusmodi Remediorum Vſum permouentur: Cuius modi diuerſitatem Galenus, hic cap. 4. f. hiſce verbis exprimit. Ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς φαινομένοις κατὰ τὸ σῶμα συμπτώμασιν, ἔνδειξις τῆς αἰτίας γίνεται τοῖς δογμα-

'ογματικοῖς, ἐξ ἧς τὴν θεραπείαν συνέσηκσιν. ὑπόμνη-
ις δὲ τοῖς Εμπειρικοῖς τῶν πολλάκις ὡσαύτως τετηρημέ-
ων .i. Eadem quæ circa ægrum apparent Symptomata
. g. in febricitante Vena amplæ, turgidæ, ſegnities ad
otus, color rubeus &c.) Dogmaticis indicationẽ cau-
ſuppeditant, ex qua curationem inueniunt: propterea
ilicet quod ex hiſce cognoſcunt naturam morbi: nem-
febrem ex plethora ortam. Et ei contrariam eſſe va-
ationem intelligunt: atq; ita à priori progrediuntur.

105. Empiricis verò ſuppeditāt memoriam eorum,
æ ſæpè prius fuêre obſeruata: vt ita à poſteriori atq;
ijs quæ prius viderunt cum ſucceſſu fieri, permouen-
, vt nunc quoq; idem faciant, v.g. Cum recordentur
ibus ſæpè fuiſſe inciſam venā cum ſucceſſu. Et qui-
n, Iuuenibus, Robuſtis aſuetuq; tutius, quàm ijs qui
trario modo ſe haberent. Idem nunc facientes, ſpe-
t ſucceſſum. Cauſas autem propter quas ita ſit a-
dum, non curant.

Quid binæ hæ ſectæ ſibi mutuò obijciant?

06. Hinc verò etiam contendebant inter ſe Do-
ıtici & Empirici ſibiq; viciſſim alia atq; alia obij-
ant. Præcipua tamẽ capita eorū, quæ reprahende-
Dogmatici in Empiricis, tria erant. Primum quod
rientia per ſe eſſet Ασύςατος .i. quæ in artis formam
ri non poſſet. Secundo quod ſit Ατελής .i. Imper-
. Tertio Αμέθοδος καὶ Ατεχνος .i. methodo careat,
e Artificialis exiſtat. hic cap. 5. h.

Ασύςα,

dem curari remedijs, ijs præſertim quæ ſunt alicuius momenti. hic cap. 4.

101. Veluti in propoſito exemplo febris ex plethora orta, vacuatio, per venæſectionem facta, Item vt eadem vacuatio, pro ratione Aetatis, Virium, conſuetudinis, regionis, anni temporis, in alijs partior, in alijs abundantior fiat. Item vt vlcus ex morſu canis rabidi, aut Viperæ ictu factum, prius curetur per ea quæ venenum extrahunt, quam per Sarcotica aut Epulotica. Id tàm Dogmatici, quàm Empirici ſecundum propriæ ſectæ Dogmata obſeruant. ibidem.

102. Ea quoq; quibus permouentur, tàm Dogmatici, quàm Empirici, ad eorundem huiusmodi remediorum, in ijsdem morbis vſum. Item propter quæ ijsdem hiſce remedijs. v. g. Venæſectione, in alijs largius in alijs parcius vtuntur. Item ob quas vlcus hoc, aliter curatur quam illud, re ipſa atq; ſubiecto ſunt eadē. ibidem.

103. Nam vt Dogmaticus, vbi ſunt amplæ Venæ, color rubicundus, ſegnities quædam ad motus, corpus tumidius, venam ſecat, & quidem audacius in Iuuene, aſueto, robuſto, Vernali tempore, quàm in ſene, debili, eo qui non aſueuit, & hyemali tempore. Vlcus item à canis rabidi morſu factum, aliter curat quam aliud. Ita verus Empiricus omnia quoq; hæc obſeruat.

104. In quo ergo differunt? Reſpondeo differre eos modo, quo ab hiſce iam commemoratis, & circa ægros apparentibus, ad huiusmodi Remediorum Vſum permouentur: Cuius modi diuerſitatem Galenus, hic cap. 4. f. hiſce verbis exprimit. Ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς φαινομένοις κατὰ τὸ σῶμα συμπτώμασιν, ἔνδειξις τῆς αἰτίας γίνεται τοῖς

δογμα-

λογματικοῖς, ἐξ ἧς τὴν θεραπείαν σύρίσκουσιν. ὑπόμνη-
ϛις δὲ τοῖς Ἐμπειρικοῖς τῶν πολλάκις ὡσαύτως τετηρημέ-
νων .i. Eadem quæ circa ægrum apparent Symptomata
(v. g. in febricitante Venæ amplæ, turgidæ, ſegnities ad
notus, color rubeus &c.) Dogmaticis indicationẽ cau-
ſæ ſuppeditant, ex qua curationem inueniunt: propterea
ſcilicet quod ex hiſce cognoſcunt naturam morbi: nem-
pe febrem ex plethora ortam. Et ei contrariam eſſe va-
cuationem intelligunt: atq; ita à priori progrediuntur.

105. Empiricis verò ſuppeditãt memoriam eorum,
quæ ſæpè prius fuêre obſeruata: vt ita à poſteriori atq;
ex ijs quæ prius viderunt cum ſucceſſu fieri, permouen-
tur, vt nunc quoq; idem faciant, v.g. Cum recordentur
talibus ſæpè fuiſſe inciſam venã cum ſucceſſu. Et qui-
dem, Iuuenibus, Robuſtis aſuetisq; tutius, quàm ijs qui
contrario modo ſe haberent. Idem nunc facientes, ſpe-
rant ſucceſſum. Cauſas autem propter quas ita ſit a-
gendum, non curant.

Quid binæ hæ ſectæ ſibi mutuò obijciant?

106. Hinc verò etiam contendebant inter ſe Dog-
matici & Empirici ſibiq; viciſſim alia atq; alia obij-
ciebant. Præcipua tamẽ capita eorũ, quæ reprahende-
bant Dogmatici in Empiricis, tria erant. Primum quod
experientia per ſe eſſet Ἀσύςατος .i. quæ in artis formam
redigi non poſſet. Secundo quod ſit Ἀτελὴς .i. Imper-
fecta. Tertio Ἀμέθοδος καὶ Ἄτεχνος .i. methodo careat,
neque Artificialis exiſtat. hic cap. 5. h.

Ἀσύςα-

Digitized by Google

dem curari remedijs, ijs præſertim quæ ſunt alicuius momenti. hic cap. 4.

101. Veluti in propoſito exemplo febris ex plethora orta, vacuatio, per venæſectionem facta, Item vt eadem vacuatio, pro ratione Aetatis, Virium, conſuetudinis, regionis, anni temporis, in alijs parcior, in alijs abundantior fiat. Item vt vlcus ex morſu canis rabidi, aut Viperæ ictu factum, prius curetur per ea quæ venenum extrahunt, quam per Sarcotica aut Epulotica. Id tàm Dogmatici, quàm Empirici ſecundum propria ſectæ Dogmata obſeruant. ibidem.

102. Ea quoq; quibus permouentur, tàm Dogmatici, quàm Empirici, ad eorundem huiusmodi remediorum, in ijsdem morbis vſum. Item propter quæ ijsdem hiſce remedijs. v. g. Venæſectione, in alijs largius in alijs parcius vtuntur. Item ob quas vlcus hoc, aliter curatur quam illud, re ipſa atq; ſubiecto ſunt eadē. ibidem.

103. Nam vt Dogmaticus, vbi ſunt amplæ Venæ, color rubicundus, ſegnities quædam ad motus, corpus tumidius, venam ſecat, & quidem audacius in Iuuene, aſueto, robuſto, Vernali tempore, quàm in ſene, debili, eo qui non aſueuit, & hyemali tempore. Vlcus item à canis rabidi morſu factum, aliter curat quam aliud. Ita verus Empiricus omnia quoq; hæc obſeruat.

104. In quo ergo differunt? Reſpondeo differre eos modo, quo ab hiſce iam commemoratis, & circa ægros apparentibus, ad huiusmodi Remediorum Vſum permouentur: Cuius modi diuerſitatem Galenus, hic cap. 4. f. hiſce verbis exprimit. Ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς φαινομένοις κατὰ τὸ σῶμα συμπτώμασιν, ἔνδειξις τῆς αἰτίας γίνεται τοῖς δογμα-

λογματικοῖς, ἐξ ἧς τὴν θεραπείαν συμβάλλουσιν. ὑπόμνη-
ις δὲ τοῖς Ἐμπειρικοῖς τῶν πολλάκις ὡσαύτως τετηρημέ-
ων .i. Eadem quæ circa ægrum apparent Symptomata
v. g. in febricitante Venæ amplæ, turgidæ, ſegnities ad
ɪotus, color rubeus &c.) Dogmaticis indicationē cau-
e ſuppeditant, ex qua curationem inueniunt: propterea
cilicet quod ex hiſce cognoſcunt naturam morbi: nem-
e febrem ex plethora ortam. Et ei contrariam eſſe va-
uationem intelligunt: atq; ita à priori progrediuntur.

105. Empiricis verò ſuppeditāt memoriam eorum,
uæ ſæpè prius fuêre obſeruata: vt ita à poſteriori atq;
x ijs quæ prius viderunt cum ſucceſſu fieri, permouen-
ɪr, vt nunc quoq; idem faciant, v.g. Cum recordentur
ɪlibus ſæpè fuiſſe inciſam venā cum ſucceſſu. Et qui-
em, Iuuenibus, Robuſtis aſuetisq; tutius, quàm ijs qui
ɔntrario modo ſe haberent. Idem nunc facientes, ſpe-
ɪnt ſucceſſum. Cauſas autem propter quas ita ſit a-
endum, non curant.

Quid binæ hæ ſectæ ſibi mutuò obijciant?

106. Hinc verò etiam contendebant inter ſe Do-
matici & Empirici ſibiq; viciſſim alia atq; alia obij-
ebant. Præcipua tamē capita eorū, quæ reprehende-
ant Dogmatici in Empiricis, tria erant. Primum quod
xperientia per ſe eſſet Ἀσύστατος .i. quæ in artis formam
edigi non poſſet. Secundo quod ſit Ἀτελὴς .i. Imper-
ecta. Tertio Ἀμέθοδος καὶ Ἄτεχνος .i. methodo careat,
eque Artificialis exiſtat. hic cap. 5. h.

Ἀσύστα-

Digitized by Google

dem curari remediјs, ijs præſertim quæ ſunt alicuius momenti. hic cap. 4.

101. *Veluti in propoſito exemplo febris ex plethora orta, vacuatio, per venæſectionem facta, Item vt eadem vacuatio, pro ratione Aetatis, Virium, conſuetudinis, regionis, anni temporis, in alijs partior, in alijs abundantior fiat. Item vt vlcus ex morſu canis rabidi, aut Viperæ ictu factum, prius curetur per ea quæ venenum extrahunt, quam per Sarcotica aut Epulotica. Id tàm Dogmatici, quàm Empirici ſecundum propria ſectæ Dogmata obſeruant. ibidem.*

102. *Ea quoq; quibus permouentur, tàm Dogmatici, quàm Empirici, ad eorundem huiuſmodi remediorum, in ijsdem morbis vſum. Item propter quæ ijsdem hiſce remedijs. v. g. Venæſectione, in alijs largius in alijs parcius vtuntur. Item ob quas vlcus hoc, aliter curatur quam illud, re ipſa atq; ſubiecto ſunt eadē. ibidem.*

103. *Nam vt Dogmaticus, vbi ſunt ampla Venæ, color rubicundus, ſegnities quædam ad motus, corpus tumidius, venam ſecat, & quidem audacius in Iuuene, aſueto, robuſto, Vernali tempore, quàm in ſene, debili, eo qui non aſueuit, & hyemali tempore. Vlcus item à canis rabidi morſu factum, aliter curat quam aliud. Ita verus Empiricus omnia quoq; hæc obſeruat.*

104. *In quo ergo differunt? Reſpondeo differre eos modo, quo ab hiſce iam commemoratis, & circa ægros apparentibus, ad huiuſmodi Remediorum Vſum permouentur: Cuius modi diuerſitatem Galenus, hic cap. 4. f. hiſce verbis exprimit.* Ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς φαινομένοις κα-τὰ τὸ σῶμα συμπτώμασιν, ἔνδειξις τῆς αἰτίας γίνεσθαι τοῖς

δογμα-

'ογματικοῖς, ἐξ ἧς τὴν θεραπείαν σύμβουσιν. ὑπόμνη-
ις δὲ τοῖς Ἐμπειρικοῖς τῶν πολλάκις ὡσαύτως τετηρημέ-
ων .i. Eadem quæ circa ægrum apparent Symptomata
. g. in febricitante Venæ amplæ, turgidæ, ſegnities ad
otus, color rubeus &c.) Dogmaticis indicationē cau-
ſuppeditant, ex qua curationem inueniunt: propterea
licet quod ex hiſce cognoſcunt naturam morbi: nem-
febrem ex plethora ortam. Et ei contrariam eſſe va-
ationem intelligunt: atq; ita à priori progrediuntur.
105. Empiricis verò ſuppeditāt memoriam eorum,
æ ſæpè prius fuēre obſeruata: vt ita à poſteriori atq;
ijs quæ prius viderunt cum ſucceſſu fieri, permouen-
, vt nunc quoq; idem faciant, v.g. Cum recordentur
bus ſæpè fuiſſe inciſam venā cum ſucceſſu. Et qui-
, Iuuenibus, Robuſtis aſuetiſq; tutius, quàm ijs qui
trario modo ſe haberent. Idem nunc facientes, ſpe-
ſucceſſum. Cauſas autem propter quas ita ſit a-
lum, non curant.

Quid binæ hæ ſectæ ſibi mutuò obijciant?

16. Hinc verò etiam contendebant inter ſe Do-
tici & Empirici ſibiq; viciſſim alia atq; alia obij-
nt. Præcipua tamē capita eorū, quæ reprahende-
Dogmatici in Empiricis, tria erant. Primum quod
ientia per ſe eſſet Ἀσύστατος .i. quæ in artis formam
i non poſſet. Secundo quod ſit Ἀτελὴς .i. Imper-
Tertio Ἀμέθοδος καὶ Ἄτεχνος .i. methodo careat,
Artificialis exiſtat. hic cap. 5. h.

Ἀσύστα-

107. Ἀσύστατον eſſe experientiam contendebat Aſclepiades, propterea quod Empirici docebant, Theoremata ſua oriri ex obſeruatione eorum, quæ ſæpè eodem modo fieri viſa ſunt, vt ſupra prop: 59. 60. dicitur. At vero ſingularia, circa quæ Experientia verſatur, in perpetuo fluxu conſiſtere. Vnde contingat vt μηδὲν πλεοσάκις ὡσαύτως ὠφθῆναι, id eſt, nil ſæpiùs eodem conſpici queat modo. ibidem.

108. Altera ſententia fuit Eraſiſtrati, & eorum qui eum ſequebantur. Hi concedebant per experientiam poſſe quidem inueniri remedia ſimplicia, ad morbos ſimplices, v. g. Portulacam pro hæmodia. Sed ad compoſitos morbos compoſita remedia, non poſſe ſola experientia inueniri. ibidem. Atq; hæc ferè eſt etiam ſententia Galeni 3. Meth. cap. 2. Vide etiam 3. de locis affect. cap. 3. eſ. cap. 4. d. e.

109. Tertia opinio erat aliorum quorundam Dogmaticorum, qui concedebant tàm compoſita quàm ſimplicia remedia: ad morbos tàm ſimplices quàm compoſitos inueniri poſſe. Sed idipſum non niſi longo tempore, magnaq; difficultate fieri poſſe. Idcirco in experientiâ accuſabant τὸ ἀπερίορισον μακρὸν ϗ ἀμέθοδον .i. quod infinita propè eſſet, nimis longa, & quæ Methodo in Artis formam redigi non poſſet.

110. De ſeipſis verò gloriabantur Dogmatici, quod Inſtrumenta haberent, per quæ omnibus hiſce difficultatibus, obuiam ire queant. Per eam ſcilicet cognitionem, qua cognoſcunt (vt ante prop. 82. oſtendimus) Primò τὴν φύσιν τοῦ σώματος. Secũdo τῶν νοσημάτων ἁπάντων τὰς γενέσεις. Tertio τῶν ἰαμάτων τὰς δυνάμεις.

Quarto

Quarto τὴν Ανατομὴν καὶ ἔνδειξιν καὶ διαλεκτικὴν θεωρί-
αν. I. Naturam corporis. II. Omnium morborum generationem & cauſas. III. Medicamentorum vires. IV. Anatomiam, indicationem & omnem dialecticam contemplationem hic cap. 5. á.

111. Contrà verò Empirici contendebant, experientiam neq; Ασύστατον, neq; Ατελῆ, neq; Ατεχνον eſſe. Sed Συστατικὴν quæ in Artis formam redigi poſſit Αὐτάρκη καὶ τεχνικὴν .i. ſufficientem & artificialem: quia conſtat obſeruatione eorum, quæ ſenſu vera eſſe comprobantur. hic cap. 5. á.

112. Et quidem per Επιλογισμον ijs vocatum, poſſe ſe τὰ πρόσκαιρα Αδηλα .i. Opportunè latentia cognoſcere, quæ non ſunt quidem planè euidentia, poſſint tamen ſenſu interueniente euidentia fieri. v.g. ſi id de quo omnes conſentiunt, in proprio ſenſu experiaris. Deinde per eundem Epilogiſmum reprahendi poſſe eos, qui contra euidentiam audent ſe opponere. Item ad reprahendenda Sophiſmata: eodem cap. 5. b.

113. Eam inſuper cognitionem, quam Dogmatici profitentur, de Natura corporis, morborum ortu & cauſis, medicamentorum viribus, calumniantur tamquam ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προϊόντα, βεβαίαν δὲ γνῶσιν οὐδεμίαν ἔχοντα .i. quæ probabilis quidē ſit, veram cognitionē nullam obtineat: & ſi quam obtineat, eam eſſe inutilem & ſuperfluam. eodem cap. 5. á.

114. Logicam verò & Αναλόγισμον, quo omnes demonſtrationes intelligebant, nil prodeſſe, ſed magis nocere, quia rei quæ per ſe obſcura eſt, nulla ſit demonſtratio: quicquid enim cognoſcitur, id ex ſemetipſo cog-

Digitized by Google

noſci: multos oriri errores propter vitioſos demonſtrandi modos. Ἀναλόγισμος *enim omnis ab euidentibus incipit, & deſinit in obſcura.* Ἔνδειξιν *nullam eſſe, quia nihil ab alio indicatur. ibidem.*

Diſputatio VI.
De Secta Methodicorum.

115.

Οἱ μεθοδικοὶ .i. *Methodici Medici, ſeipſos ita vocauerunt propterea quod ſingulari quadam induſtria & Methodo, artem Medicam in breue compendiũ contraxiſſe contenderent: abiectis ſcilicet multis, quæ obſcura & ad Medendum inutilia forent: utilibus ac manifeſtis ſolis conſeruatis. Quam Sectã primus inchoaſſe dicitur Themiſſon Laodicæus, Aſclepiadis inſignis Dogmatici diſcipulus: poſtea verò Theſſalus Trallianus ſub Nerone eandem perfeciſſe. hic cap. 6. c. Item Iſagogici cap. 4. & 2. Meth. cap. 2. h.*

116. Eiuſdem verò Methodi Vim, ſe demonſtraſſe aſſerebant. Reijciendo ex Arte, ea, quæ tàm Dogmatici quàm Empirici, in curando cenſent obſeruanda. Cognitionem loci affecti, cauſæ morbificæ, Aetatis, Temporum anni, Regionis, Virium, Habitus corporis, Conſuetudinis. hic cap. 6. c. e. Item doctrinam de cauſis procatarcticis. cap. 7. g.

117. Deinde ex ijs quæ Dogmatici ſoli tractant, abijciendo τὸ ἄδηλον *uniuerſum, quo nomine intelligebant, totam Phyſiologiam & Pathologiam, Phyſicam, Logicam*

Logicam contemplationem, cæterarumq; rerum quæ ſuprà prop. 83. & ſequentibus Dogmaticorum propria eſſe docuimus. hic cap. 6. d. e.

118. Retinuiſſe verò ea tantum, quæ eſſent ad medendum neceſſaria, & ex quibus τὴν ἔνδειξιν τοῦ συμφέροντος .i. Indicationes Vtilium Remediorum deſumi poſſent: Cuiusmodi ſunt φαινόμεναι κοινότητες, id eſt, Apparentes communitates: quo nomine vocabant binas morborum differentias uniuerſales, & Tertiam ex hiſce mixtam, ad quas omnes in uniuerſum morbos referri poſſe contendebant, & ex ijſdem Remedia indicari, ad eorundem Curationem ibidem.

119. Harum communitatum binas extremas vocabant στέγνωσιν καὶ ῥύσιν, id eſt, aſtrictionem & profluuium: vel στεγνὸν καὶ ῥοῶδες .i. Aſtrictum & fluens. Tertiam ἐπιπεπλεγμένην .i. mixtam & ex utriſq; compoſitã. Siquidem enim naturales effluxiones eſſent ſuppreſſæ, ut v.g. in phlegmone, Aſtrictum morbum nominabant. Si nimiùm fluerent in diarrhæa, profluuium nuncupant. Quod ſi quando utrumq; concurrat, ut in Oculo, phlegmone ſimul & fluxione laborante, mixtum nuncupabant, ibidem.

120. Ex ijſdem etiã Indicationes curativas ſuppeditari: nempe ἐπὶ μὲν τῶν στεγνῶν τὴν χάλασιν, ἐπὶ δὲ τῶν ῥοωδῶν τὴν στάσιν -- ἐν δὲ τοῖς ἐπιπεπλεγμένοις, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἵστασθαι. i. in Aſtrictis Indicari laxationem: in fluentibus cohibitionem: in mixtis ei maximè reſiſtendum, quod magis urgeret. ibidem.

121. Secundum hos ergo, Medicina in compendium ita contracta μέθοδος dicitur & definitur γνῶσις τῶν

φαινομένων κοινοτήτων, συμφωνῶν τε ϗ ἀκολουθῶν, τῷ τῆς ἰατρικῆς τέλει, προσεχῶν ϗ ἀναγκαίων πρὸς ὑγείαν. i. Cognitio eorum quæ communia evidentiaque ſint, conſentanea item ac conſequentia Medicinæ fini, & ad ſanitatem proxima ac neceſſaria. hic cap. 6. e.

122. Cum verò Methodici Ἄδηλον omne reieciſſent, veriſimile eſt, Themiſſonem qui primus ſectæ huius fundamenta iecit, has binas κοινότητας ab Aſclepiade præceptore accepiſſe. Aſclepiades enim cum eſſet Dogmaticus, & idem τὰς Ἀτόμους pro Elementis haberet (ut ex ijs apparet, quæ lib. 1. de Naturalibus facult. cap. 13. contra illum à Galeno diſputantur) ratione horum Elementorum neceſſariò binas tantùm in partibus ſimilaribus morborum differētias conſtituere cogebatur, nempe τ̃ πόρων εὐρύτητα ϗ στέγνωσιν.

123. Nam ut poſitis huiuſmodi Elementis, ſanitatem partium ſimilariũ ſtatuere oportet, ἐν τῇ τ̃ πόρων συμμετρίᾳ. i. in mediocritate pororũ: ita Morbũ in Ἀμετρίᾳ eorundem. Cuius Ἀμετρίας ſunt binæ primæ differentiæ, nempè εὐρύτης ϗ στέγνωσις. i. Pororũ latitudo unde oritur ῥύσις & eorũdē Anguſtia ex qua ſequitur στέγνωσις. Vide initio cap. 4. libri de Morborũ diff. item infra cap. 9. huius libri, & in hiſce theſib. infra prop. 148. & ſequentibus.

124. Iidem igitur Methodici cum Dogmaticis communem habent ἔνδειξιν: ſed differunt quod per eam ſolam cenſent inveniri remedia ad omnes morbos. Dogmatici verò partim Indicatione, partim experientia ut ſupra prop. 73. & ſequentibus dicitur. II. differũt in hoc, quod Dogmatici Indicationes ſuas ſumunt ex natura mor-

Digitized by Google

norborum maximè & cauſarum quæ ijs ſunt contra-
iæ,ut ſupra prop.80.dicitur. Methodici omnia hæc vo-
ant Α'δηλα ϗ Α'χρηςα.i.obſcura & inutilia, & ex ſo-
is ſuis communitatibus evidentibus ſumunt ſuas indi-
ationes ibidem.

125. Cum Empiricis etiam conveniunt Methodici,
. quod τ̃ ἀδήλων ἀποχωρȢσιν.i.abſtinent à cognitione
erum abditarum, circa quas Dogmatici verſantur.
I. περὶ τὰ φαινόμενα διατρίβȢσιν.i.Verſantur circa res
videntes & in ſenſus cadentes. Sed rurſus ab ijſdem dif-
erunt,quod alia de cauſa,τῶν ἀδήλων abſtinent.Nam
mpirici ab ijs abſtinent ὡς ἀγνώςων.i.tamquam ab ijs
uæ ſciri nequeant.Methodici ὡς ἀχρήςων.i.tamquam
b ijs quæ nil proſint. Deinde περὶ τὰ φαινόμενα Em-
irici verſantur,propter τήρησιν.i.ut obſervēt,quæ pro-
int aut noceant. Methodici tantum ut diſcant cogno-
cere ſuas κοινότητας. ibidem.

Quomodo Methodici hanc ſuam Sectam defendant.

126. Compendiariam verò hanc ſectam ſuam, rectè
abere comprobabant argumentis probabilibus, & ab
videntia ut illi loquebantur ſumptis. Primùm enim
ectè reiecisse ſe Doctrinam de cauſis morborum proca-
arcticis, Aeſtu, Frigore, Ebrietate, Cruditate, Fame,
xercitijs, Laſsitudine, Conſuetudine: de quibus tàm
mpirici quàm Dogmatici ſollicitè agunt: quia etſi ha-
um quodq; poßit affectū generare: non tamen ipſa cu-
antur:quod curatio ad affectus ipſos ſit adhibēda.c.7.g.

127. *Totam quoq; illam Doctrinā, quâ Empirici ſuā τήρησιν, Dogmatici Coindicationes ſuas deſumunt, tāquam longam & Inutilem reieciſſe, de Anni tempore, Regionibus, Aetatibus, Conſuetudine. Neq; enim horū reſpectu Variare Curationem, quòd Aſtricti morbi omnes Relaxantibus, Fluidi cohibentibus ſint curandi ibidem.*

128. *Anatomiam quoq; ſe abieciſſe, item Doctrinam de cauſis proximis, atq; τὸ ἄδηλον univerſum: quia per evidentia & in ſenſus cadentia cognoſcere liceat, ſitne Adſtrictus morbus, fluens an mixtus: & ſi Aſtrictus ſit, per laxantia eſſe eum ubiq; curandum, in Carnoſis, Nervoſis, Venoſis aut alijs quibuscumq; partibus.*

Quomodo Empirici Methodicos reprehendant.

129. *Empirici cum Methodicis commune habebant τῶν ἀδήλων ἀποχωρῆσαι, καὶ περὶ τὰ φαινόμενα διατρίβειν, ut diximus paulo antè prop. 123. Sed deinde rurſus ab ijſdem differebant διὰ τὸ παρορώμενον. i. propter ea quæ hîc à Methodicis abiecta erant tamquam inutilia, à quibus ipſi Empirici tamen ſuam τήρησιν obſervabant. Cuiusmodi erant cauſæ procatarcticæ, Aetas ægrotantis, Anni tempus, Regio, pars Affecta, ſola, aut ſimul cū cauſa Affectus, & alia ſimilia. hic cap. 8. h. a.*

130. *Itaq; earundem harum rerum & ſimilium conſiderationem, malè à Methodicis fuiſſe ab Arte amputatam, Argumentis itidem veriſimilibus ab ipſa Evidentia ſumptis, probant Empirici contrà Methodicos, eo modo ut iam ſequitur.*

131. *Pro-*

131. *Procatarctica cauſa cognitionem, in morbis curandis non parvam vim habere docent Empirici exemplo canis rabidi. Cùm enim bini à Cane Rabido morſi ita curarentur, ut in uno vulneris ſolius ratio haberetur, Idemq; vulnus mox conſolidaretur. In altero magis ad cauſam procatarcticã ſpectaretur, uſurpatis ſcilicet Remedijs & intra corpus ſumptis & foris adhibitis vulneri, quæ Rabiei Canis adverſarentur: Docuit eventus, rectiùs fuiſſe curatum illum, in quo Procatarcticæ Cauſæ Ratio habita fuiſſet, quàm illum in quo illa fuiſſet neglecta.*

132. *In hoc enim vulnus quidem citiùs fuiſſe conſolidatum: ſed poſtmodum cõſequuta ſymptomata lethalia. In altero tardiùs quidem fuiſſe vulnus perductum ad cicatricem: ſed curationem fuiſſe durabilem, eò quod per Idonea medicamenta, venenata illa vis, quæ cũ morſu parti vulneratæ acceſſerat, ſublata oppugnataq; fuiſſet. hic cap. 8 a.*

133. *Et quia morſus Canis rabidi facta eſt mentio: nõ vitio mihi vertetur ſi Galeni Medicamentum, quod ab Aeſchrione Empirico præceptore, contra eundem morſum acceperat, hic ex lib. 11. de ſimplic. Medic. facult ubi de Cancris agitur, proponamus. Id recipit Cancrorum fluviatilium, in patella æris rubei uſtorum partes decem: gentianæ partes quinq;: Thuris partem unam, quæ pulverizata, cochlearis menſura quotidie per quadraginta dies propinabat: Idem ferè Remedium deſcribitur lib. 6. cap. 37 à Dioſcoride.*

134. *Sed nec minùs apparet Aetatis in curando Rationem eſſe habendam, propterea quod iiſdem morbis pro*

ætatis diverſitate Remedia immutari oporteat: non in quantitate & qualitate ſolū: (ut cum infirmiori ætati leviora minori quantitate, firmiori robuſtiora cùm purgantia tùm alia medicamenta exhibemus) ſed etiam toto genere. Nam pleuritico in ætate conſiſtente venam incidimus: puero verò admodum parvo, aut in ætate admodum ſenili, ne Methodici quidem venam ſecant. hic cap.8.b.

135. Pro diverſitate temporum Anni mutari Curationes oportere pronuntiat Hipp.4.Aph.4. & 5. Inquiẽs qui purgatione egent, eos faciliùs purgari aliis temporibus quam ſub Canicula. Itẽ æſtate per ſuperiora, hyeme melius per inferiora purgationem inſtitui poſſe. Vtq; hoc eſt ab Hipp. pronuntiatum, ita comprobat Experientia. ibidem: poteſt verò huc referri tota 3. Sectio Aphoriſmorum.

136. Regionis diverſitatem Medico obſervandam, vel hinc apparet, quod Venæ ſectio in temperatis regionibus audacter uſurpatur cũ fructu, in valdè frigidis, aut valdè calidis regionibus, eam difficiliùs ferunt: ibidem.

137. Deniq; morbi quidam quibuſdam Regionibus ſunt proprii, ut Scorbutus iis qui ad Mare Balticum habitant. Hungarica febris vocata Hungaris: & alii morbi aliis regionibus ſunt ἐνδήμιοι, παρδήμιοι, ἐπιδήμιοι, id eſt, Vernaculi, Communes, populariter vagantes, ut in proœmio ſuper 1. Epidem. docetur. Huc poſſunt referri quæ ab Hipp. in lib. de Aëre, Aqua & Locis diſputatur.

138. Longè verò adhuc evidentius conſtat, pro partiũ affectarum diverſitate, Curationẽ variari, & malè Methodicos reieciſſe hanc doctrinam: eò quod ipſimet, in phlegmo-

phlegmone curanda, id obſervant, nam eam quæ in crure eſt, oleo perfricant & ſcalpello incidunt, cuiusmodi Remedia oculorum inflammationibus, neq; ipſi nec alius quiſquam ſanæ mẽtis adhibebit. itidẽ. hic cap. 8. c. d.

139. Item in Auribus phlegmone laborantibus: Acetũ cum Roſaceo commodum Remedium eſt, oculis pernitioſum. Phlegmonem in manibus cruribusq;, præſertim ſub finem, laxantibus ſemper curamus, at non ſemper in columella, auribus, aut oculis, ibidem.

140. Quæ etiam in eadem parte exiſtit inflammatio, v.g. in cruribus aut manibus, pro diverſitate cauſæ effectricis, diverſam requirit curationem. Nam ſi ex ictu orta ſit, cum fructu laxantia mox poſſunt adhiberi: ſi ex plethora provenerit, prius aſtringentia & refrigerantia requirit, & ultimo laxantia.

Diſputatio VII.

Quomodo Dogmatici repræhendant Methodicos.

141.

QVæ in Compendiaria illa ſua Methodo, abiecerant Methodici tamquam inutilia: eorum aliqua æque Dogmaticis atque Empiricis, tamquam ad curandos morbos neceſſaria habebantur. Vt quæcunq; de cauſis procatarcticis, Aetate, Regione, Anni tempore, parte affecta & ſimilibus docentur.

142. Eadem verò hæc, malè ex arte fuiſſe reiecta à

Methodicis: oſtenſum eſt ſecundum Empiricorum ſententiam ſuprà prop. 127 & ſequentibus: & quidem ab Evidentiâ ac manifeſtis rerũ exemplis ſumptis ex cap. 8. huius libri de Sectis. Quam reprahenſionem ab Empiricis contra Methodicos propoſitam, Dogmatici ratam habent, ut hic cap. 9. d. dicitur. Et inſuper ipſi adverſus eoſdẽ, partim περὶ τῶν φαινομένων κοινοτήτων ab ipſis excogitatis partim etiã περὶ τῶν ἀδήλων, de quibus etiã antè prop. 104. diſputatum eſt, hec quæ ſequuntur adijciũt.

143. Primum adverſus ipſas κοινότητας & quidẽ præcipuè extremas, nempè στέγνωσιν καὶ ῥύσιν obijciũt Dogmatici ipſis Methodicis diſcordiam, quia de ijſdem diverſo modo alij atq; alij loquebantur: adeoq; περὶ τῶν ὀνομάτων ὁμολογεῖται, περὶ τῶν πραγμάτων διαφερόμενοι id eſt, de vocabulis conſentiunt, de rebus, quas per ea intelligere oporteat differunt, & interrogati quid στέγνωσις, ῥύσις aut ἐπιπλεγμένον ſit? Aliter atq; aliter reſpondent. hic cap. 9. f. e. g.

144. Præſtantiſsimi quiq; tamen Methodicorum, in binas ſententias diviſi erant, quod eorum aliqui τοῖς παρὰ φύσιν ἐκκρίσεσι παραμετρῶσι. i. excretionibus naturæ modum excedentibus illas definirent. Nempe ἰσχομένων μὲν αὐτῶν στέγνωσιν, ἀμέτρως δὲ ἐκκρινομένων ῥύσιν ὀνομάζοντες i. Si ſuppreſſæ eſſent Excretiones Aſtrictum morbum: ſi immodicè excernerentur, profluviũ vocabãt.

145 Contrà verò alij non ijs quæ excernerentur aut retinerentur, illas definiẽdas eſſe cõtendebãt, ſed ταῖς τῶν σωμάτων διαθέσεσιν. i. affectib. corporis, ita ut στέγνωσις ſit talis affectus, à quo Excreta retinentur, ῥύσις verò talis à quo Immodicè excernuntur.

146. Sive

Digitized by Google

146. *Sive autem excretionibus ipſis Naturæ modum excedentibus, definiamus* ῥύσιν καὶ στέγνωσιν, *tamquam binas ſummas morborum differẽtias: ſive affectibus corporis, à quibus illæ vel profluunt vel cohibentur nimiũ: ſemper tamen ſequuntur abſurda, propter quæ ſimul quoq; efficitur, totam hanc* περὶ τῶν φαινομένων κοινοτήτων *doctrinam, eſſe ineptam abſurdamq;. ibidem.*

147. *Et excrementis ipſis non rectè definiri* ῥύσιν καὶ στέγνωσιν, *apparet ex ipſis morborum criſibus, quibus aut ſudores, aut Vrinæ, aut Vomitiones, aut Alvi excrementa, aut Sanguis per Nares,* πλείω τῶν κατὰ φύσιν, *id eſt, plures quam pro modo naturæ excernuntur, quæ ſecundum tales Methodicos, ad* ῥύσιν *Morbum pertinere oportebit: cum tamen omnia hæc ſint ſalubria, & eorum cohibitio morboſa. ibidem.*

148. *Veriſimilior erit ergo eorum ſententia, quæ in communitatibus deſcribendis, non ad ipſa Excrementa ſpectant, ſed affectus corporis, à quibus excrementa prodeunt aut cohibentur; adeoq; ut dicitur hic cap. 9. f. quibus* μὴ τὸ ῥέον, ἀλλ' ἡ διάθεσις τῶν σωμάτων, ἐξ ἧς τὸ ῥέον. *i. non ipſum excrementum, quod v. g. ex ventre profluit, ſit* ῥύσις, *ſed corporum illa diſpoſitio, atq; affectus cuius ratione prodeunt, ſit* ῥύσις, *& affectus ille ſit* στέγνωσις *à quo cohibentur.*

149. *Sed ſi hoc ſtatuatur, corruent, Methodicorum hypotheſes, qui totam ſuam Methodũ hoc ipſo expreſſerunt, quòd* τὰς φαινομένας κοινότητας. *i. Apparentes Cõmunitates, ſenſuiq; evidentes haſce ſummas morborum differentias invenerint. Quomodo enim earum ulla erit* φαινομένη. *i. Apparens,* ἣν δὴ ἐνδέχεται οὐδεμίᾳ τῇ αἰσθή-

σέων

σέων φαίνεσθαι.i.quæ nulli ſenſui apparebit. ibid.

150. Quod ſi enim v.g.non excrementa quæ profluũt ex corpore per alvum ſunt ῥύσις,ſed corporis affectus,cuius ratione illa profluunt, quomodo ille idem Affectus erit φαινόμενος.i.apparens,evidens atq; ſenſibilis? Cum neq; videas ubi ſit,neq; qualis ſit? Cum poſſit eſſe in Inferioribus aut ſuperioribus Inteſtinis,in Meſenterio,Hepate,aut alia aliqua parte corporis.

151. At verò ſi ita acceptas,nihilominus eas eſſe dicãt φαινομένας,quia διὰ σημείων γνωρίζεσθαι καὶ φαίνεσθαι,i.per ſigna cognoſcuntur & apparentes fieri queant: tunc produnt,ſe nihil ſingulare hac ſua Methodo conſequutos eſſe: & inſuper totam doctrinam πέρι τῶν ἀδήλων, non debuiſſe reijcere. ibidem.

152. Vt enim certò per ſigna poſſint cognoſcere, partium in profundo corporis latentiũ Affectus, & quãnam earum afficiatur? Anatomia primò ſitum formãq; partium ſingularum indagare oportebit. Deinde Phyſica contemplatione,earundem uſus & functiones inveſtigare,Logica inſuper contemplatione uti, ne ſophiſmatis aut ipſi decipiantur aut alios decipiant. ibidem.

153. Mixtã verò ſuam cõmunitatẽ,quã ἐπιλεγομένην vocabant,in quarũdam partiũ inflãmationib. apparere docebãt,v.g.in Oculis,Naribus,Tõſillis,Gingivis, Vua & ſimilib.quãdo ſc.earũdem harum partium phlegmone, coniuncta eſt μετὰ ῥεύματος.i.cum fluxione hic cap.9.h.

154. Nam quatenus ratione phlegmones intumeſcũt ac dura redduntur: eatenus στέγνωσιν eſſe ob cohibitam excretionem: quatenus verò cernimus aliquid ſubinde ex eiſdem partibus phlegmone laborantibus fluere: eatenus eſſe ῥύσιν. ibidem.

155.Eiuſ-

155. Eiuſdem mixtionis cauſam ſtatuūt πόρους τοὺς μὲν ἀραιοὺς τοὺς δὲ μεμυκότας. Τινὲς δ' οὐκ ὀκνοῦσι περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, συνίστασθαι λέγειν ῥύσιν καὶ στέγνωσιν, id eſt, poros, partis laborantis phlegmone, alios rarefactos, ut aliquid effluat: alios clauſos, ut cohibeantur excretiones. Quidam etiam aſſerunt circa unum eundemq; porum ῥύσιν ſimul ac στέγνωσιν conſiſtere.

156. Hanc verò Methodicorum Doctrinam de mixta hac cōmunitate, & ſimul etiam de alijs binis reprahendunt Dogmatici per Enſtaſin: Negando eam quam proponunt pororum latitudinem & anguſtiam, ſolam eſſe cauſam omnium quæ effluunt aut retinētur in partibus: propterea quod ſi maximè pori rarefacti ſint: tamen ſi id quod continetur, aut craſſum ſit, aut exiguū, non tamen quicquam ex parte effluat hic cap. 9. a.

157. Et ad Enſtaſin hanc declarandam, proponit nobis Galenus hic, ex Dogmaticorum ſententia, veros modos & cauſas univerſales, propter quas quippiā, in quaq; parte aut Retineatur aut Excernatur, quæ tales ſunt.

158. Ἀραιουμένου τοῦ περιέχοντος αὐτὸ, καὶ αὐτοῦ τοῦ περιεχομένου λεπτυνομένου, καὶ πλείονος γινομένου, καὶ σφοδρότερον κινουμένου, καὶ ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς ἐφελκομένου, ἢ πρός τινος τῶν ἐντὸς ὠθουμένου. i. I. Rarefacto continente. II. Attenuata re contēta. III. Aucta eadē re cōtenta. IV. Eadem materia contenta vehementius cōmota. V. Si contenta in aliqua parte materia, ab aliqua Externa cauſa trahatur. VI. Si ab Interna cauſa expellatur. Et ſicuti ab huiuſmodi cauſis fit Excretio, ita à cauſis contrarijs fit Retentio.

159. Exemplis hæc intelliges hoc modo, Aqua in Vaſe denſo

Digitized by Google

denſo contenta, non effluit: ſi id rareſiat effluet. Item ex fictili raro, poteſt effluere Aqua: Mel verò aut quippiam melle craſſius non effluet. Spongia quamvis rara ſit, tamen exigua aqua imbuta nil effluere permittet: multoque minus ſi alia denſiori ſubſtantia fuerit imbuta. At ſi copioſa aqua imbuatur ſpongia, effluet omnis ſuperfluitas. Idipſum faciliùs adhuc fiet, ſi comprimatur ab aliqua externa cauſa. In Criſibus vi expultricis facultatis expelluntur ſuperflui humores. Motu quoq; ipſo fieri, ut aliquid citiùs effluat, indicat navigatio.

160. Ex oculis ergo Phlegmone laborantibus, poteſt aliquid effluere, propter raritatem partis inflammatæ: copiam humoris: eiuſdem tenuitatem: quod natura & per has partes & ex hiſce partibus aliquid excernat. Idemq; de alijs partibus quibus ſimilis ineſt raritas iudicandum erit. Videmus etiam ſi qua pars fuerit exulcerata, ex eâ aliquid ſubinde effluere, tamquam quæ ablata cute ſit rarior facta.

161. Hactenus de Sectis quæ Galeni tempore adhuc celebres erant. Sed etiam patrũ noſtrorũ memoria, Quarta Paracelſiſtarum Secta orta eſt in Germania, quæ deinde tamquam ſcabies quædam cõtagioſa, vicinas quoq; Regiones invaſit, & multis fraudibus occaſionem præbuit.

162. Non negamus, Chymica arte poſſe Olea, Aquas & alia multa parari utilia. Sed eadem tunc demum utilia cenſemus, ſi uſurpentur à Medico Dogmatico, qui & alijs, & hiſce quandoq; uti poteſt. De hâc verò Secta & Paracelſiſtarum erroribus, præclarè ſcripſit Eraſtus. De eorum tamẽ Elementis, quæ illi Principia nominãt, nos ſummatim etiã in Diſputatione de Elemẽtis docuimus.

Diſpu-

Diſputatio IIX.

Quæ Secta cæteris præferenda & quot ſint partes Medicinæ.

163.

Quia verò, ut ſupra prop. 22. diximus, tota hæc Doctrina de Sectis eò tendit, ut cùm ſtudio Medico quiſpiam ſe addicere cupit, mox intelligat, cui Sectæ potiſsimum operam dare oporteat, Credo equidem ex ijs quæ iam propoſuimus manifeſtum eſſe Dogmaticorum Sectam, quæ Ratione ſimul & Experientia nititur, cæteris præferendam. Itaq; nos in Academia Baſilienſi pro more & inſtituto maiorum, ſecundum eiuſdem huius ſectæ placita, Medicinam docemus.

164. Illius partes autem, ex eiuſdem huius Sectæ placitis, enumerantur cap. 4. Iſagogici. τὸ φυσιολογικὸν, τὸ Αἰτιολογικὸν ἢ παθολογικὸν, τὸ σημειωτικὸν καὶ τὸ θεραπευτικὸν, *hoc eſt, I. Phyſiologia II. Aetiologia ſeu potius Pathologia, III. Conſervandæ ſanitatis ratio. IV. Signorum doctrina V. Curandorum morborum ratio.*

165. Avicenna autem, quem Arabes reliqui ſequuntur lib. 1. fen. 1. Doct. 1. cap. 1. Vti etiam initio Canticorũ, brevius dividit totam, in Theoricam & Practicam. Theoricã vocat eam partem, quæ verſatur circa Theoremata univerſalia, Phyſiologica, ſcil. Pathologica ac Semeiotica. Practicam illam nominat, quæ Theorematis hiſce univerſalibus inſtructa, accedit ad operationem, in eoq; occupa-

cupatur, ut Sanitatem præſentē conſervet, aut Morbos abigendo eandem recuperet. Ad Praxin ergo pertinent, τὸ ὑγιεινὸν καὶ τὸ θεραπευτικὸν-reliqua ad Theoriam.

166. Nec obſtat quod τὸ ὑγιεινὸν in Iſagogico præferatur τῷ σημειωτικῷ; tamquam ſi hoc eſſet magis Practicum quam illud. Idem enim fecit etiam in Canticis Avicenna, & Auerrhoes etiam Avicennam enarrans, dum dividit Theoricam in Res Naturales, Non Naturales & Præternaturam.

167. Res non Naturales enim Medicis Vocatæ, potiſſima ſunt Inſtrumenta conſeruandæ ſanitatis, ut vides lib. 5. de tuenda ſanit. cap. 15. Vbi ſex illas ab Arabibus nuncupatas, quaternario comprahendit, per προσφερόμενα, ποιούμενα, κενούμενα, καὶ ἔξωθεν προσπίπτοντα .i. adhibēda per cibos & potiones, Faciēda motu atq; quiete, Educenda per ea quæ excernuntur aut Retinentur. Forinſecus deniq; incidentia, ut Aer cæteraq; cauſæ alterantes, inter quas Animi perturbationes etiam recenſentur.

168. Id autem factum eſt, tam ab Iſagogici autore quam Arabibus, propterea quod & Signorum aliqua pars eſt particularis, circa ſingulos morbos verſans: & τῶν ὑγιεινῶν quædam ſunt univerſalia præcepta.

169. Si tamen rectè expendas, Scopum Artis medicæ, prius prop. 28. & ſequentibus explicatum, & ea ipſa quæ lib. 1. de tuenda Sanitate toto, præſertim verò cap. 15. & quæ cap. 85. Artis medicæ docentur à Galen. rectè ad Theoriā referimus τὸ φυσιολογικὸν παθολογικὸν καὶ σημειωτικὸν. Ad πρᾶξιν verò τὸ ὑγιεινὸν καὶ θεραπευτικὸν.

170. Cum autem multi libri ſcripti ſint à Galeno & Hippo-

Hippocrate Phyſiologici & Semeiotici, quia tamen nos in Theorica noſtra profeſſione, quàm fieri poteſt maximè compendiariam docendi rationem conamur aſſequi. Itaq; præcipuos quoſdam tantum enarramus, vt & Triennij ſpacio curſum abſolvere, & ſimul cuiusq; harum partium præcipua capita tradere queamus.

171. Phyſiologiam igitur ipſam proponimus, enarrando lib. de Elementis: De Hominis Natura ſecundum Hipp. de Temperamentis, libros tres de facult. Naturalibus: quibus ex libris de Hipp. & Platonis dogmatibus ea adijcimus, quæ de Animali & Vitali facultate cognoſcenda ſunt. Doctrinam de Spiritibus ex varijs Galeni locis decerptam explicamus. Doctrinam de partibus humani corporis Anatomico quidem relinquimus ſummam tamen nos quoq; breviter exprimimus.

172. Pathologiam docemus enarrando ſex libros Galeni, de differentijs & cauſis morborum & Symptomatum, ijsq;, ex libris de febrium differentijs, ſummam adijcimus. Deniq; pro Semiotice enarramus ſex libros de Locis affectis.

173. Omnium denique horum librorum, Diexodicæ narrationis ſummam, ſingillatim in Theſes digeſtam, pro Menſtruis cuiusque anni Diſputationibus Studioſis ventilandam proponimus, vt deinceps apparebit.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

DOCTRINA DE ELEMENTIS:

Ex Galeni, Hipp. Ariſt. & Platonis ſententia enarrata: ſummatimq́; in propoſitiones digeſta: & pro binis Exercitijs, ad diſputandum propoſita.

Adiecta eſt etiam Paracelſiſtarum ſententia de Elementis: quæ illis Principia dicuntur.

Ad
Illuſtriſſimos Principes & Dominos D. Georgium, & D. Ianuszium, Radzuuilios, Duces Birzæ & Dubinki, Patrueles, Sacri Rom. Imperij Principes.

Reſpondentibus,

D. M. LUCA IUSTO
&
D. M. IOAN. HENRICO RYHINERO.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio I.

Doctrina de Elementis.

THESIS I.

DOctrinam de Elementis, ex Galeni, Hippocratis, Ariſtotelis, & Platonis ſententia ſummatim ex-plicaturi, à vocabulis ipſis ordiemur, quæ tria hîc ſe offerunt, nempe ϛοιχεῖον, ἀρχὴ καὶ αἴτιον, id eſt, Elementum, Principium & Cauſſa.

2. Eadem verò hæc tria, Vſurpantur vel generaliter in Artibus ſcientijsq; omnibus, in quibus dicuntur quædā eſſe ut Principia, Cauſæ aut Elementa. Quædam ut ex principijs cauſis atq; Elementis orta, deducta factaq;. Atq; ita ferè promiſcuè Vſurpantur cauſæ, Principij atq; Elementi vocabula. Et Ariſt. quoq; 5. Metaphyſ. cap. 2. inquit πάντα τὰ αἴτια ἀρχαί, id eſt, omnes cauſæ ſunt principia. et 12. eiuſdem operis libro cap. 4 idem ferè innuit.

3. In eadem latâ hâc ſignificatione, referuntur vel ad ſubſiſtendum, quatenus ſunt cauſæ rei, ut ſit. Vel ad cognoſcendum, quatenus ſunt Cauſæ & Principia demonſtrationum, ſicuti Axiomata & Hypotheſes. Vt Ariſt. quoq; 5. Metaphyſ. cap. 1. in ſexto Principij ſignificato docet, inquiens unam eſſe principij ſignificationem, ὅθεν γνωςὸν τὸ πρᾶγμα πρῶτον, id eſt, unde res primò cognoſcitur.

4. Principia autem cognitionis, aliquando coincidūt

cùm principijs eſſentiæ. Nam ſicuti per ortum ſolis eſt dies: ita per eundem cognoſcitur. Aliquando differũt, neq; enim ſicuti per tantam quandam laterum divaricationem, tres Anguli cuiusq; Trianguli, ſunt binis rectis æquales: ita per eandem cognoſcuntur, ſed per alia axiomata, ut cernis lib. 1. de Element. apud Euclidem prop. 32.

5. Ferè autem, non ſimpliciter diximus promiſcuè uſurpari hæc tria. Primò ob id quod principij ſignificatio omnium latiſsima eſt, ob multas eius ſignificationes 5. Metaphyſ. cap. 1. explicatas. Deinde quod Elementum de Materiali cauſa maximè dicatur cuiusq; rei, cuius eſt Elementum, adeoq́; ipſius pars ſit 8. de Placitis cap. 2.

6. Particulariter verò uſurpantur eadem hæc tria, tùnc, quando quærimus ex quibus primis Principijs, Cauſis aut Elementis, Mundus hic Inferior genitus ſit? Item, ex quibus, homines, cæteraq́; Animalia, generentur? De qua ſignificatione dicit Ariſt. 12. metaphyſ. cap. 4. Principium aliud eſſe quã Elementum: Dividi etiam Principium latè ſumptum in Cauſas & Elementa.

7. Nimirùm quòd Prima Principia, (nempe Materia, Forma & Privatio) Analogicè intelligantur: nec ſunt Corpora, ſed Corporum principia, quæ priora eſſe Elemẽtis, Ratio docuit. Elementa verò, ſunt Corpora ex Principijs primo orta, ex quibus tamquã primis & ſimpliciſsimis, alia Corpora componuntur. Hinc Galenus lib. 1. de Element: cap. 6. gg. docuit Primas qualitates, Materiæ primæ accedentes producere Elementa: & Elementum eſſe Ομογενές ijs quorum eſt Elementum, eò quòd Elementa Corporum, etiam ſunt Corpora. In eandem

andem ſententiam, loquitur etiam Plutarchus de Principiis & Elementis lib.1.cap.1.de Placitis Philoſophorū.

8. *In poſteriore hâc particulari ſignificatione de Elementis acturi, quatuor Capita quæremus. Primò vtrū Medicina neceſſariò à Doctrina de Elementis inchoetur? Secundò, quid ſit Elementum? Tertiò, Quæ & quot ſint Elementa? Quartò deniq;, Quas Vires habent, propter quas, & quarum ratione, poſſint eſſe Elementa?*

Doctrina de Elementis, ſit ne Medico neceſſaria?

9. *De primo dicimus. Ei, qui Medicinam, tanquam mpiricus exercet, doctrinam de Elementis, nec eſſe neſſariam, nec quicquam prodeſſe. Sed qui tanquam ogmaticus & Rationalis medicus, Medicinam factu- eſt, ei planè neceſſum eſſe, vt ſtatim ab initio, rectè ſtituatur in doctrina de Elementis.*

10 *Cuius rei ratio eſt, quod neq; ſanitatem partium ilarium conſervare, neq; amiſſam recuperare per icationes quiſquam poteſt, qui non novit Eſſentiam, itatis aut Morbi earundem.*

1. *Sanitas autem partium ſimilarium, ex quibus tes Inſtrumentariæ, totumq; corpus componitur, con- in convenienti mixtione Elementorū: vti & Morbi, dem partium, ex eorundem Elementorum immo- tâ mixtione.*

2. *Nam ex quibus Elementis, partes noſtri corpo- ictæ ſunt, ex ijs rectè ſe habentibus valent, vimq; a-*

gendi obtinent: & contrà iiſdem malè ſe habentibus, ægrotant, & læduntur earum actiones.

13. Quòd ſi igitur Rationali Medico, *neceſſe eſt ſcire, ob quam cauſam, quæq; pars* Actionem *edere poſſit, aut non poſſit: ſequitur vt eidem etiam neceſſe ſit cognoſcere, ex quibus* Elementis, *eædem partes ſint factæ, quâ de re videre licet, lib. 1. de Elem. cap. 1. De Artis conſtitut. cap. 4. De Morborum differ. cap. 5. h. Præfationem Galeni ſuper lib. 1. Hipp. de Nat. Humana. lib. 8. de placitis Hipp. & Plato. cap. 24. aliiſq; locis.*

Quid ſit Elementum?

14. Hæc de Primo huius Diſputationis Capite. Veniamus ad Secundum, de quo dicimus cum Galeno initio lib. 1. de Elementis, itemque lib. 8. de Placitis cap. 2. c. στοιχεῖον ἐλάχιστόν ἐστι μόριον ὅπερ ἂν ᾖ στοιχεῖον. *id eſt, Elementum eſt minima pars eius, cuius eſt Elementum.*

15. Στοιχεῖον *enim, ad id cuius eſt* στοιχεῖον, *ſe habet vt pars ad totum, lib. 8. de Placit. cap. 2. Sed differt tamen, quòd non qualibet pars, ſit Elementum eius, cuius eſt pars: ſed minima tantùm pars.*

16. Partes autem omnes ex diuiſione inveniuntur. Sed Diuiſio alia fit κατὰ τὸ μέγεθος, *quæ abit in infinitum: nec proinde apta eſt ad inveniendas eas minimas partes, quæ ſunt Elementa. Ariſt: n. lib. 1. de cœlo cap. 1. inquit:* Τὸ συνεχές ἐστι τὸ διαιρετὸν εἰς ἀεὶ διαιρετά. *i. Cōtinū eſt diviſibile in ea, quæ iterum ſemper dividi poſſunt. Alia fit* κατὰ τὸ εἶδος, *quæ hûc pertinet.*

17. Se-

17. Secundùm poſteriorem hanc, dividimus ſubſtan-
tiam compoſitam, per Analyſin in partes κατὰ τὸ εἶδος
διαφέρουσας, id eſt, ſpecie differentes, & quæ vltimæ
ſunt, in tali diviſione, eæ ſunt Elementa.

18. Exempli gratia. Corpus humanum, Primò in
Extrema, Caput & Truncum, tanquam partes ſpecie
differentes, ſecatur: Secundò ex Extremis Brachium
dividimus iterum, in Humerum, Cubitum, Manum:
Tertiò deniq; Manum diſtribuimus in Oſſa, Cutim, Ve-
nas, Arterias, Tendines, Nervos, Carnem. Hîc vides
ſemper produci partes ſpecie differentes: & quæ vlti-
mæ ſunt ex huiuſmodi diviſione, eæ ſunt Elementa.

19. Hinc fit, vt cùm Oſſa, Cutis, Nerui Caro, Venæ,
Arteriæ, cæteræq; ſimilares partes, ſenſus, iudicio vlti-
mæ ac minimæ partes ſint, ex huiuſmodi diviſione pro-
venientes: Idcircò ipſæ quoq; dicantur à Galeno eſſe
στοιχεῖα πρὸς τὴν αἴσθησιν, id eſt, Elementa iudicio ſen-
ſus conſiderata. Et ſi verè in nullas alias partes, reſolvi
poſſent, eædem ipſæ quoque eſſent τῇ φύσει πρῶτα στοι-
χεῖα. i. Primæ Naturæ Elementa.

20. Red Ratio deprehendit, has quoq; conſtare ex a-
lijs partibus diuerſæ ſpeciei, in quas etiam reſoluuntur:
& proinde alia eſſe Elementa, ex quibus Natura eas
compoſuit.

21. In hanc ſententiam dixit Ariſtoteles lib. 3. de Cœ-
lo cap. 3. id eſſe: στοιχεῖον τῶν σωμάτων, εἰς ὃ τὰ ἄλλα σώ-
ματα διαιρεῖται, ἐνυπάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ. Id eſt,
Elementum corporum eſſe id, in quod reliqua corpora
reſoluuntur; quodq; ijſdem ineſt Actû aut Potentiâ
Et 5. Metaphyſ: cap. 3. Στοιχεῖον λέγεται ἐξ οὗ σύγκειται

Digitized by Google

πρώτου ἐνυπάρχοντος, ἀδιαιρέτου τῷ εἴδει εἰς ἕτερον εἶδος
i. Elementum dicitur, ex quo quid, primo in exiſtente, componitur, quod Specie non dividi queat, in Specie differentia.

22 Quærere igitur Elelementa, eſt indagare, quænam, & quot ſint Prima & Simpliciſſima corpora, ex quibus, Natura, format Partes ſimilares Hominis, itemq; reliquorum Animalium. Plantarum item, ac corporum omnium compoſitorum, quæ in hoc inferiori mundo generantur, eſſentiam. Nam partes, ex hoc diviſionis genere, proveniunt minimæ atque vltimæ, eæ etiam, omnium ſunt ſimpliciſſimæ.

Vnum ne an plura ſint Elementa.?

23 Hoc ipſum autem inueſtigaturi, (quod Tertiū eſt Propoſitæ Diſputationis caput) inde ordiri oportet, vnde Hippocrates quoque exorſus eſt: nempe, vt Primò videamus: Vnumné tantummodo ſit Elementum; an Plura: & vbi plura eſſe demonſtraverimus, vt videamus tandem, quot, & quænam illa ſint.

24 Qui vnum tantùm aſſeruerunt Elementum eſſe, in tres ſententias fuêre diviſi. Prima omnium abſurdiſsima ſententia, fuit eorum, qui dixerunt, Vnum numero eſſe Elementum: & hoc ipſo, coacti fuêre aſſerere, Omnia Vnum eſſe: ſiue, vt illi loquebantur, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, ἀμετάβλητον καὶ ἄπειρον, Id eſt, Omnia eſſe vnum quiddam immutabile & Infinitum.

25. Hæc fuit ſententia Meliſſi & Parmenidis, vt apparet ex cap. 4. lib. 1. de Elem. itemq; apud Ariſtotel. lib. 1. Phyſic.

Digitized by Google

1. Phyſic.cap. 2.3. quæ abſurdior eſt, quàm vt egeat confutatione. Hoc enim poſito, deſtruitur Medicina & Naturalis Philoſophia.

26. Altera ſententia fuit eorum, qui non numero vnum, ſed ἓν εἶναι τῇ ἰδέᾳ στοιχεῖον, id eſt, vnum ſpecie eſſe Elementum aſſeruerunt. Idipſumq; dicebant eſſe ἀπαθὲς, ἄποιον καὶ ἀναίσθητον, id eſt, quod non alterari neq; ſentire poſſet: nec vlla qualitate præditum foret.

27. Fuit autem hæc eorum ſententia, qui ponebant τὰς Ἀτόμους, ſiue ἄτομα σώματα, vel vt alij vocabant, ἐλάχιστα, ἄθραυστα, ἀμερῆ, vel etiam ἀμέριστα σώματα, pro Elementis: quæ ſecta habuit celebres philoſophos & medicos, Epicurum ſcil. Democritum, Leucippum & alios, Galeniq; tempore adhuc celebris erat.

28. Naturam autem Atomorum repræſentari aſſerebant, ijs Corpuſculis, quæ, in Aëre, radijs ſolaribus per feneſtrā ingredientibus, colluſtrato, ſursùm deorſumq; feruntur, vt eſt apud Ariſtotelem lib. 1. de Anima cap. 2. & apud Galenum lib. 1. de Natur. facult. cap. 14.

29. De quibus vulgare erat illud Democriti: ἓν καὶ μηδὲν ἐστὶ τὰ πάντα, Id eſt, Omnia ſunt Vnum & Nihil: Per ἓν enim intelligebant τὰς Ἀτόμους, quæ omnes eſſent vnius Naturæ. Per μηδὲν verò vacuum ſpacium infinitum, in quo huiuſmodi ἄτομοι, ſursùm deorſumq; in omne ævum moverentur, & ex quorum coniunctione res generarentur, vt docet Galenus cap. 2. lib. 1. de Elementis.

30. Tertia ſententia fuit Anaximenis, Anaximandri, Thaletis, Heracliti & aliorum: quorum ſinguli etiam ponebant ἓν τῇ ἰδέᾳ εἶναι στοιχεῖον .i. Vnum ſpecie eſſe

Elementum: ſed id non vt illi ἀπαθὲς ϗ ἄποιον, ſed παθητικὸν ϗ πεποιομένον. i. quod alterari poſſet & qualitatibus prædìtum foret. Idq; corū alij eſſe dicebant Terram, alij Aquam, alij Aërem, alij Ignem. Vide cap. 3. 4. lib. 1 de Elementis.

31. Hos omnes Hippocrates initio lib. 1. de Natura hominis vno telo conficit, inquiens: Si Homo vnum eſſet, nunquam doleret hoc eſt ſi homo ex vnico ſimplici corpore ceu Elemento factus eſſet: nunquam doleret. Experientia autem teſtatur eum doloribus, ac morbis plurimis eſſe obnoxium.

32. Nam vt in diſputatione de Dolore oſtendemus, Quod dolore affici debet: duo hæc habere oportet: nempe vt Alteretur, Patiaturq́;: deinde vt Alterationem Paßionemq́; ſentiat.

33. Quod autem vna ſimpliciq́; ſubſtantia conſtat, neq; alterari aut pati poteſt: quia non eſt, à quo alteretur & patiatur; nihil enim à ſeipſo patitur: neq; in ſeipſum agit. Paßionem deinde non poſſet ſentire, ſi maximè pateretur: quia illud ſimplex, ex quo factum eſt, ſenſu caret, & alterari, ac ſenſum acquirere non potuit: cùm non eſſet, à quo alteraretur.

34. Sequitur ergo plura eſſe Elementa, eaq́; talia, quæ alterari ac pati poßint: quomodo enim aliâs, ex eo quod non ſentit, fieri poſſet corpus ſentiens, niſi alteraretur ac multipliciter immutaretur id, ex quo quippiam generatur.

Quæ

Digitized by Google

Quæ & quot ſint Elementa & de Ariſt. Argumentis.

35. *Itaq; eò tandem accedendum, vt videamus, quot & quænam illa ſint Simplicia Corpora, ex quibus Homines conſtant, cæteraq; Animalia, Plantæ item ac corpora reliqua, quæcunq; in hoc mundo inferiori generantur. De quâ re nos, cum Hippocrate, Platone, Ariſtotele, & Galeno, cæteriſq; melioris notæ philoſophis dicimus,* Quatuor illa eſſe: Terram, Aquam, Aërem, Ignem.

36. *Et Ariſtoteles quidem, cuius Demonſtrationes ſunt efficaciſſimæ, duobus modis hoc probat: Primùm quatenus eadem hæc ſunt Simplicia corpora, & partes huius mũdi Sublunaris, oſtendens, nec plura eſſe ea, nec pauciora, quàm hæc quatuor: Secundò quatenus eadem hæc ſimplicia corpora, ſunt Materia Generationis omnium Rerum.*

37. *Priori modo agit de ijs lib. 4. de Cœlo, præcipuè cap. 4. 5. & pro fundamento ponit, quod antè copiosè etiam oſtenderat:* Simplicis Corporis eſſe Motum Simplicem: *adeoq; ſimplicem motum propriam eſſe affectionem corporis Simplicis.*

38. *Hinc & alia Argumenta, & præcipuè hoc infert: Tot ſunt corpora ſimplicia, quot motus ſimplices: At Motus ſimplices primùm bini ſunt, Vnus Circularis & Aeternus, Alter Rectus & terminis incluſus. Circularis, æternuſq; ineſt cæleſti corpori: Rectus ineſt corporibus intrà cælum comprehenſis.*

39. *Deinde quia corporum, quæ ſunt infrà Lunam proprius,*

proprius eſt, Motus Simplex, ac Rectus, iterũ ſic colligit: Tot ſunt corpora ſimplicia infrà Lunam exiſtentia, quottuplices ſunt motus ſimplices atque Recti: Sunt autem illi quatuor. Bini à centro ad cirumferentiam, rerum Leuium, quæ ſurſum feruntur: & Bini à circumferentiâ, ad centrum, rerum Gravium, quæ deorſum feruntur.

40. Et quòd bini ſint Recti deorſum tendentes, apparet: quia corpora quædam naturaliter per omnia reliqua Elementa deorſum feruntur, ad Centrum vſq; ſi nihil obſtet, vt Terra; Quædam non; Aqua enim per Ignem Aëremq́; deorſum fertur, per Terram non fertur, ſed ei ſupernatat: & ſi Terram cum Aquâ miſceas, videbis ſubſidere Terram, & Aquam ſupernatare.

41. Similiter apparet, Binos eſſe Motus ſurſum tendentes, Ignem enim terra eructat: & proinde multò magis, idem Ignis, per Aquam, niſi obruatur penetrabit. Quòd verò & per Aërem ſurſum penetret Ignis, Aëre quieſcente, nos quotidie videmus; cùm Aër, per Terram, Aquamq́; ſurſum tendat, per Ignem non aſcendat.

42. Quatenus autem eadem hæc quatuor corpora & ſimplicia ſunt, & Materia generationis omnium rerum exiſtunt, agit Ariſtotel. lib. 2. de Ortu & Interitu; ponitq́; pro Fundamento: Quia Res, quarum generationis Elementa quærimus, Tactu percipiuntur, idcircò eorum Elementa, corpora eſſe ſimplicia, ac tactu perceptibilia. II. Simplicium corporum tactu perceptibilium principia, eſſe etiam Tactu perceptibilia, Eademq́; eſſe Qualitates primas, Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum.

43. *Hoc poſito ſic colligit: Tot ſunt ſimplicia corpora, ex quibus ceu Elementis, res compoſitæ omnes generantur, quot modis, coire poſſunt, in primâ Materiâ, Cauſæ à quibus generantur. Id verò fit quatuor modis. Nam Calidum cum ſicco coire poteſt, vnde oritur Ignis : Calidum cum Humido poteſt cohærere vnde Aër fit : Frigidum conſiſtere poteſt cum ſicco, vnde Terra, & cum humido item, vnde naſcitur Aqua.*

44. *Quòd verò, & hæc omnia quatuor, in omni mixto perfecto inſunt, probaturus, ponit idem pro fundamento;* τὰς γενέσεις ἐκ τῶν ἐναντίων εἶναι. *i. Generationes fieri ex Contrarijs per Actionem & Paſſionem.*

45. *Vnde ſic infert: Si vnum contrariorum Elementorum mixto ineſt; ei neceſſe eſt ineſſe etiam contrarium alterũ: At nos videmus Elementũ frigidum ſiccũ, temq; Frigidum & Humidum, nempe terram & aquã, mni mixto ineſſe, tùm, propter pondus, quo deorſum feuntur: tùm quia terra non per ſe terminatur formaarq;, ſed adveniente humore. Itaq; eorum contraria uoq;, omni mixto ineſſe oportet.*

Galeni Rationes de quatuor Elementis.

46. *Propoſuimus ſumma Capita rationum Ariſtotearum : Veniamus ad Galenicas, qui, pro fundamento nit: ſenſui non eſſe contradicendum; & proinde quia nc inferiorem mundum, videmus ex Terra, Aqua, Aë- & Igne conſtare, non debet hoc in dubium vocari.*

47. *Hinc ita infert: Ex quibus conſtat hic mundus ſublu-*

ctus, Arbores plantasq́ omnes : deinde ex hiſce nutriri Animalia; Homines verò etiam partim ex hiſce plantis, partim ex carnibus aliorum animalium, quæ hiſce nutrita fuêre, cibos & potiones ſumere. Ex quibus ſanguis cæteriq́ humores, vti & ſemen, in eo naſcuntur, quibus conceptus formantur, augentur & nutriuntur. cap. 8. lib. 1. de Element.

57. Audiamus tandem ipſum etiam Moſem, qui inquit, formatum eſſe hominem ex Limo Terræ & inſufflatum eidem eſſe ſpiraculum vitæ.

Quænam Vires inſint Terræ, Aeri, Aquę, Igni ob quas ſint pro Elementis habenda.

58. Sed veniamus iam ad Quartum caput huius Diſputationis, & videamus, num eadem hæc ſimplicia corpora, eas vires obtineant, vt poſsint eſſe omniũ compoſitorum corporum Elementa.

59. Hâc de re agit Galenus cap. vlt. lib. 1. de Elem. ponitq́ pro fundamento : Oportere ſimplicia illa corpora, ex quibus tanquam Elementis fiunt Homines, cæteraq́ Animalia, Plantæ ac reliqua corpora compoſita, dum ex illis horum quippiam generatur, alterari & immutari, non foris in ſuperficie ſolùm, ſed per totam ſubſtantiam: atq́ ita ex omnibus commixtis, fieri aliquid diverſum à ſingulis.

60. Quomodo enim aliàs, ex ijs quæ non ſentiunt, fieret aliquid quod ſentiat; ex ijs quæ non vident, non ambulant, non recordantur, aliquid oriretur, quod videat, ambulet, recordetur, ratiocinetur? 61. Quod

Digitized by Google

61. Quod ſi ergo ita ſe habet, neceſſe erit, ea corpora ſimplicia, quæ Elementa ſunt, tales vires habere, quibus, dum ſe mutuò tangunt, ſe mutuò etiam per totam ſubſtantiam alterare queant, adeóq; vt Galenus loquitur, δὶ ὅλων κεκρᾶσθαι. i. Per ſe tota miſceri, vniri, contemperariq; poſſint.

62. Nec quod ad præſentē doctrinā attinet, refert quicquā ſiue dicas illam δὶ ὅλων τῶν ϛοιχείων κρᾶσιν, fieri, vti Ariſtot. & Peripateticis placuit, τῶν ποιοτήτων μόνων δὶ ἀλλήλων ἰὀσῶν .i. ſolis Elementorum minutim factorum, qualitatibus ſe mutuò penetrantibus, aut, vt Stoici voluerunt τῶν σωματικῶν ὀσίων δὶ ἀλλήλων ἰὀσῶν. i. Penetrantibus ſe mutuò ipſis corporeis Elementorum ſubſtantijs.

63. Neceſſe eſt enim, alterari, mutari atq; vniri per totam ſubſtantiam Elementa, ſi quid inde generari debeat, ſive illud fiat, vt Peripatetici voluerunt, nobisq; etiam videtur: ſive vti docuerunt Stoici.

64. Fruſtrà autem facta eſſent à Natura Elementa, ſi ijſdem fuiſſent inſita vires, quibus potuiſſent in ſe mutuò transmutari, & ſe mutuò varijs modis per totam ſubſtantiam alterare, mutare, quòd aliàs ex ijs generari nil potuiſſet.

65. Vires autem illæ ſunt qualitates: quia, omnis facultas, eſt qualitas quædam.

66. Videndum igitur ex omnibus Qualitatibus, quænam tales ſint, quæ poſſint, totam ſubſtantiam rerum, quas contingunt, immutare, & alterare.

67. Ex viſibilibus nulla poteſt alterare totam ſubſtantiam, eius quod contingit. Similiter nulla ex

ſublunaris, ex ijſdem conſtant etiam illa, quæ in eo generantur cap.5. lib. 1. de Element.d. & ſequentibus.

48. *Deinde: Quæ in Animalibus ſi non pura, tamen proportione quadam ſimplicibus reſpondentia, poſſunt monſtrari, ex ijs ſimplicibus facta ſunt animalia. At in Animalibus monſtrantur partes Terreæ: vt Oſſa, Cartilagines: monſtrantur quædam humida, rara, fuſilia, & proinde aquea, vt pinguedo. percipis calorem Tactu manifeſtum, qui tibi Ignem denotat: Habes deniq; Spiritus & Aërem Reſpiratione attractum, quâ nunquam poſſunt carere. Ibidem.*

49. *Tertiò: Ex quibus videmus generari Plantas omnis generis, ex ijſdem quoq; neceſſe eſt generari Animalia, quæ ijſdem nutriuntur augentur: At Plantæ generantur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne. Ibidem.*

50. *Quartò: Quibus mediocriter ſeſe habentibus Animal conſeruatur; & quibus aut vehementiùs auctis immutatisúe, aut penitùs ſublatis, Animal corrumpitur, ex ijs conſtat: Cæterùm mediocritate Calidi, frigidi, humidi, ſicci conſeruatur Animal, & horum aliquo immoderatè aucto, aut imminuto, aut ſublato, interit. Ergo ex Calido, frigido, humido & ſicco Elemento conſtant. cap. 6. lib. 1. de Elem. h.h. & ſequentibus.*

51. *Quintò: In quæ animalia corrumpuntur, & vltimò reſolvuntur, ex ijs ſunt facta. At reſoluuntur in Terram, Aquam, Aërem & Ignem, non tunc tantùm, cùm moriuntur, vnde dixit Hippocrates omnia elementa tunc redire ad ſuam naturã, ſed etiam dum vivunt. Nam per. inſenſilem tranſpirationem Aërea & Ignea ſubſtan-*

ſubſtantia ſubinde abſumitur: per ſudores Aquea manifeſtè effluit: Terrea verò etiam ſimul abſumitur cum Aquea, vt apparet ex ſordibus, qui poſt ſudores partib. adhærent.

52. Sextò: Per quæ homo à Præternaturali ſtatu in Naturalem reſtituitur, ex ijs conſtat: At refrigeratus, ab Elemento calido in naturalem ſtatum revertitur, vti & nimis incaleſcens à Frigido: exſiccatus reparatur ab humido, & nimium humectatus, ab ſicco Elemento.

53. Septimò deniq;: Ex quibus Animalia nutriuntur, ex ijs ſunt facta. At nutriuntur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne, vt & ex ijs, quæ ex hiſce ſunt genita. cap. 5. lib. 1. de Elementis. e. f. cap. 6. h. cap. 7. b. c.

54. His omnibus accedit contemplatio particularis de Hominis Analyſi & Syntheſi, quæ veluti ante oculos nobis proponit, eius prima Elemẽta, eſſe Terrã, Aquam, Aërem, & Ignem. Per Analyſin enim ſi Corpus humanũ reſolvas, in partes maiores, atq; has in alias minores, vltimas ac ſimpliciſſimas inveniemus partes ſimilares, quæ ſenſus iudicio ſimplices, videntur, vnde etiam ϛοιχεῖα πρὸς τὴν αἴσθησιν vocantur.

55. Sed Ratio tamen docet, has factas eſſe immediatè ex quatuor humoribus: deinde Humores genitos ex cibis & potionibus; quæ ſumuntur ex frumentaceis, Herbis, Radicibus, Leguminibus, Vino, Pane, & ſimilibus, quæ naſcuntur ex Terra reliquisq; Elementis.

56. In Syntheſi è contrà, ex Terra Imbribus irrigata, accedente Aëris temperie, & Calore moderato, naſci videmus, Herbas, Olera, legumina, frumenta, fructus,

ſublunaris, ex ijſdem conſtant etiam illa, quæ in eo generantur cap.5. lib. 1. de Element.d. & ſequentibus.

48. Deinde: *Quæ in Animalibus ſi non pura, tamen proportione quadam ſimplicibus reſpondentia, poſſunt monſtrari, ex ijs ſimplicibus facta ſunt animalia. At in Animalibus monſtrantur partes Terreæ: vt Oſſa, Cartilagines: monſtrantur quædam humida, rara, fuſilia, & proinde aquea, vt pinguedo. percipis calorem Tactu manifeſtum, qui tibi Ignem denotat: Habes deniq; Spiritus & Aërem Reſpiratione attractum, quâ nunquam poſſunt carere. Ibidem.*

49. Tertiò: *Ex quibus videmus generari Plantas omnis generis, ex ijſdem quoq; neceſſe eſt generari Animalia, quæ ijſdem nutriuntur augentur: At Plantæ generantur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne. Ibidem.*

50. Quartò: *Quibus mediocriter ſeſe habentibus Animal conſeruatur; & quibus aut vehementiùs auctis immutatisúe, aut penitùs ſublatis, Animal corrumpitur, ex ijs conſtat: Cæterùm mediocritate Calidi, frigidi, humidi, ſicci conſeruatur Animal, & horum aliquo immoderatè aucto, aut imminuto, aut ſublato, interit. Ergo ex Calido, frigido, humido & ſicco Elemento conſtant. cap. 6. lib. 1. de Elem. h.h. & ſequentibus.*

51. Quintò: *In quæ animalia corrumpuntur, & vltimò reſolvuntur, ex ijs ſunt facta. At reſoluuntur in Terram, Aquam, Aërem & Ignem, non tunc tantùm, cùm moriuntur, vnde dixit Hippocrates omnia elementa tunc redire ad ſuam naturã, ſed etiam dum vivunt. Nam per inſenſilem tranſpirationem Aërea & Ignea*

ſubſtan-

ſubſtantia ſubinde abſumitur; per ſudores Aquea manifeſtè effluit: Terrea verò etiam ſimul abſumitur cum Aquea, vt apparet ex ſordibus, qui poſt ſudores partib. adhærent.

52. Sextò: Per quæ homo à Præternaturali ſtatu in Naturalem reſtituitur, ex ÿs conſtat: At refrigeratus, ab Elemento calido in naturalem ſtatum revertitur, vti & nimis incaleſcens à Frigido: exſiccatus reparatur ab humido, & nimium humectatus, ab ſicco Elemento.

53. Septimò deniq;: Ex quibus Animalia nutriuntur, ex ÿs ſunt facta. At nutriuntur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne, vt & ex ÿs, quæ ex hiſce ſunt genita. cap. 5. ib. 1. de Elementis. e. f. cap. 6. h. cap. 7. b. c.

54. His omnibus accedit contemplatio particularis 'e Hominis Analyſi & Syntheſi, quæ veluti ante oculos obis proponit, eius prima Elemẽta, eſſe Terrã, Aquam, ërem, & Ignem. Per Analyſin enim ſi Corpus humanũ ;ſolvas, in partes maiores, atq; has in alias minores, ltimas ac ſimpliciſſimas inveniemus partes ſimilares, uæ ſenſus iudicio ſimplices, videntur, vnde etiam στοιχεῖα πρὸς τὴν αἴσθησιν vocantur.

55. Sed Ratio tamen docet, has factas eſſe immediatè : quatuor humoribus: deinde Humores genitos ex cibis potionibus; quæ ſumuntur ex frumentaceis, Herbis, adicibus, Leguminibus, Vino, Pane, & ſimilibus, quæ ſcuntur ex Terra reliquisq; Elementis.

56. In Syntheſi è contrà, ex Terra Imbribus irrigata, cedente Aëris temperie, & Calore moderato, naſci rnimus, Herbas, Olera, legumina, frumenta, fructus,

Digitized by Google

ſublunaris, ex ijſdem conſtant etiam illa, quæ in eo generantur cap.5. lib. 1. de Element.d. & ſequentibus.

48. Deinde: *Quæ in Animalibus ſi non pura, tamen proportione quadam ſimplicibus reſpondentia, poſſunt monſtrari, ex ijs ſimplicibus facta ſunt animalia. At in Animalibus monſtrantur partes Terreæ: vt Oſſa, Cartilagines: monſtrantur quædam humida, rara, fuſilia, & proinde aquea, vt pinguedo. percipis calorem Tactu manifeſtum, qui tibi Ignem denotat: Habes deniq; Spiritus & Aërem Reſpiratione attractum, quâ nunquam poſſunt carere. Ibidem.*

49. Tertiò: *Ex quibus videmus generari Plantas omnis generis, ex ijſdem quoq; neceſſe eſt generari Animalia, quæ ijſdem nutriuntur augentur: At Plantæ generantur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne. Ibidem.*

50. Quartò: *Quibus mediocriter ſeſe habentibus Animal conſeruatur; & quibus aut vehementiùs auctis immutatisúe, aut penitùs ſublatis, Animal corrumpitur, ex ijs conſtat: Cæterùm mediocritate Calidi, frigidi, humidi, ſicci conſeruatur Animal, & horum aliquo immoderatè aucto, aut imminuto, aut ſublato, interit. Ergo ex Calido, frigido, humido & ſicco Elemento conſtant. cap. 6. lib. 1. de Elem. h.h. & ſequentibus.*

51. Quintò: *In quæ animalia corrumpuntur, & vltimò reſolvuntur, ex ijs ſunt facta. At reſoluuntur in Terram, Aquam, Aërem & Ignem, non tunc tantùm, cùm moriuntur, vnde dixit Hippocrates omnia elementa tunc redire ad ſuam naturã, ſed etiam dum vivunt. Nam per. inſenſilem tranſpirationem Aërea & Ignea ſubſtan-*

ſubſtantia ſubinde abſumitur: per ſudores Aquea manifeſtè effluit: Terrea verò etiam ſimul abſumitur cum Aquea, vt apparet ex ſordibus, qui poſt ſudores partib. adhærent.

52. Sextò: Per quæ homo à Præternaturali ſtatu in Naturalem reſtituitur, ex ijs conſtat: At refrigeratus, ab Elemento calido in naturalem ſtatum revertitur, vti & nimis incaleſcens à Frigido: exſiccatus reparatur ab humido, & nimium humectatus, ab ſicco Elemento.

53. Septimò deniq;: Ex quibus Animalia nutriuntur, ex ijs ſunt facta. At nutriuntur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne, vt & ex ijs, quæ ex hiſce ſunt genita. cap. 5. lib. 1. de Elementis. e. f. cap. 6. h. cap. 7. b. c.

54. His omnibus accedit contemplatio particularis de Hominis Analyſi & Syntheſi, quæ veluti ante oculos nobis proponit, eius prima Elemēta, eſſe Terrā, Aquam, Aërem, & Ignem. Per Analyſin enim ſi Corpus humanū reſolvas, in partes maiores, atq; has in alias minores, vltimas ac ſimpliciſſimas inveniemus partes ſimilares, quæ ſenſus iudicio ſimplices, videntur, vnde etiam ϛοιχεῖα πρὸς τὴν αἴσθησιν vocantur.

55. Sed Ratio tamen docet, has factas eſſe immediatè ex quatuor humoribus: deinde Humores genitos ex cibis & potionibus; quæ ſumuntur ex frumentaceis, Herbis, Radicibus, Leguminibus, Vino, Pane, & ſimilibus, quæ naſcuntur ex Terra reliquiſq; Elementis.

56. In Syntheſi è contrà, ex Terra Imbribus irrigata, accedente Aëris temperie, & Calore moderato, naſci cernimus, Herbas, Olera, legumina, frumenta, fructus,

ſublunaris, ex ijſdem conſtant etiam illa, quæ in eo generantur cap.5. lib. 1. de Element.d. & ſequentibus.

48. Deinde: *Quæ in Animalibus ſi non pura, tamen proportione quadam ſimplicibus reſpondentia, poſſunt monſtrari, ex ijs ſimplicibus facta ſunt animalia. At in Animalibus monſtrantur partes Terreæ: vt Oſſa, Cartilagines: monſtrantur quædam humida, rara, fuſilia, & proinde aquea, vt pinguedo. percipis calorem Tactu manifeſtum, qui tibi Ignem denotat: Habes deniq; Spiritus & Aërem Reſpiratione attractum, quâ nunquam poſſunt carere. Ibidem.*

49. Tertiò: *Ex quibus videmus generari Plantas omnis generis, ex ijſdem quoq; neceſſe eſt generari Animalia, quæ ijſdem nutriuntur augentur: At Plantæ generantur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne. Ibidem.*

50. Quartò: *Quibus mediocriter ſeſe habentibus Animal conſeruatur; & quibus aut vehementiùs auctis immutatisúe, aut penitùs ſublatis, Animal corrumpitur, ex ijs conſtat: Cæterùm mediocritate Calidi, frigidi, humidi, ſicci conſeruatur Animal, & horum aliquo immoderatè aucto, aut imminuto, aut ſublato, interit. Ergo ex Calido, frigido, humido & ſicco Elemento conſtant. cap. 6. lib. 1. de Elem. h.h. & ſequentibus.*

51. Quintò: *In quæ animalia corrumpuntur, & vltimò reſolvuntur, ex ijs ſunt facta. At reſoluuntur in Terram, Aquam, Aërem & Ignem, non tunc tantùm, cùm moriuntur, vnde dixit Hippocrates omnia elementa tunc redire ad ſuam naturã, ſed etiam dum vivunt. Nam per inſenſilem tranſpirationem Aërea & Ignea ſubſtan-*

Digitized by Google

ſubſtantia ſubinde abſumitur: per ſudores Aquea manifeſtè effluit: Terrea verò etiam ſimul abſumitur cum Aquea, vt apparet ex ſordibus, qui poſt ſudores partib. adhærent.

52. Sextò: Per quæ homo à Præternaturali ſtatu in Naturalem reſtituitur, ex ijs conſtat: At refrigeratus, ab Elemento calido in naturalem ſtatum revertitur, vti & nimis incaleſcens à Frigido: exſiccatus reparatur ab humido, & nimium humectatus, ab ſicco Elemento.

53. Septimò deniq;: Ex quibus Animalia nutriuntur, ex ijs ſunt facta. At nutriuntur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne, vt & ex ijs, quæ ex hiſce ſunt genita. cap. 5. lib. 1. de Elementis. e. f cap. 6. h. cap. 7. b. c.

54. His omnibus accedit contemplatio particularis de Hominis Analyſi & Syntheſi, quæ veluti ante oculos nobis proponit, eius prima Elemēta, eſſe Terrā, Aquam, Aërem, & Ignem. Per Analyſin enim ſi Corpus humanū reſolvas, in partes maiores, atq; has in alias minores, ultimas ac ſimpliciſſimas inveniemus partes ſimilares, quæ ſenſus iudicio ſimplices, videntur, vnde etiam ϛοιχεῖα πρὸς τὴν αἴσθησιν vocantur.

55. Sed Ratio tamen docet, has factas eſſe immediatè ex quatuor humoribus: deinde Humores genitos ex cibis & potionibus; quæ ſumuntur ex frumentaceis, Herbis, Radicibus, Leguminibus, Vino, Pane, & ſimilibus, quæ naſcuntur ex Terra reliquisq; Elementis.

56. In Syntheſi è contrà, ex Terra Imbribus irrigata, accedente Aëris temperie, & Calore moderato, naſci cernimus, Herbas, Olera, legumina, frumenta, fru-

ctus,

ſublunaris, ex iiſdem conſtant etiam illa, quæ in eo generantur cap.5. lib. 1. de Element.d. & ſequentibus.

48. Deinde: Quæ in Animalibus ſi non pura, tamen proportione quadam ſimplicibus reſpondentia, poſſunt monſtrari, ex iis ſimplicibus facta ſunt animalia. At in Animalibus monſtrantur partes Terreæ: vt Oſſa, Cartilagines: monſtrantur quædam humida, rara, fuſilia, & proinde aquea, vt pinguedo. percipis calorem Tactu manifeſtum, qui tibi Ignem denotat: Habes deniq; Spiritus & Aërem Reſpiratione attractum, quâ nunquam poſſunt carere. Ibidem.

49. Tertiò: Ex quibus videmus generari Plantas omnis generis, ex iiſdem quoq; neceſſe eſt generari Animalia, quæ iiſdem nutriuntur augentur: At Plantæ generantur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne. Ibidem.

50. Quartò: Quibus mediocriter ſeſe habentibus Animal conſeruatur; & quibus aut vehementiùs auctis immutatisúe, aut penitùs ſublatis, Animal corrumpitur, ex iis conſtat: Cæterùm mediocritate Calidi, frigidi, humidi, ſicci conſeruatur Animal, & horum aliquo immoderatè aucto, aut imminuto, aut ſublato, interit. Ergo ex Calido, frigido, humido & ſicco Elemento conſtant. cap. 6. lib. 1. de Elem. h.h. & ſequentibus.

51. Quintò: In quæ animalia corrumpuntur, & vltimò reſolvuntur, ex iis ſunt facta. At reſoluuntur in Terram, Aquam, Aërem & Ignem, non tunc tantùm, cùm moriuntur, vnde dixit Hippocrates omnia elementa tunc redire ad ſuam naturã, ſed etiam dum vivunt. Nam per inſenſilem tranſpirationem Aërea & Igneæ ſubſtan-

ſubſtantia ſubinde abſumitur: per ſudores Aquea maniſeſtè effluit: Terrea verò etiam ſimul abſumitur cum Aquea, vt apparet ex ſordibus, qui poſt ſudores partib. adhærent.

52. *Sextò: Per quæ homo à Præternaturali ſtatu in Naturalem reſtituitur, ex ijs conſtat: At refrigeratus, ab Elemento calido in naturalem ſtatum revertitur, vti & nimis incaleſcens à Frigido: exſiccatus reparatur ab humido, & nimium humectatus, ab ſicco Elemento.*

53. *Septimò deniq; Ex quibus Animalia nutriuntur, ex ijs ſunt facta. At nutriuntur ex Terra, Aqua, Aëre, Igne, vt & ex ijs, quæ ex hiſce ſunt genita. cap.5. lib.1. de Elementis. e. f cap. 6. h. cap.7. b.c.*

54. *His omnibus accedit contemplatio particularis de Hominis Analyſi & Syntheſi, quæ veluti ante oculos nobis proponit, eius prima Elemẽta, eſſe Terrã, Aquam, Aërem, & Ignem. Per Analyſin enim ſi Corpus humanũ reſolvas, in partes maiores, atq; has in alias minores, vltimas ac ſimpliciſſimas inveniemus partes ſimilares, quæ ſenſus iudicio ſimplices, videntur, vnde etiam ςοιχεῖα πρὸς τὴν αἴσθησιν vocantur.*

55. *Sed Ratio tamen docet, has factas eſſe immediatè ex quatuor humoribus: deinde Humores genitos ex cibis & potionibus; quæ ſumuntur ex frumentaceis, Herbis, Radicibus, Leguminibus, Vino, Pane, & ſimilibus, quæ naſcuntur ex Terra reliquisq; Elementis.*

56. *In Syntheſi è contrà, ex Terra Imbribus irrigata, accedente Aëris temperie, & Calore moderato, naſci cernimus, Herbas, Olera, legumina, frumenta, fructus,*

ctus, Arbores plantasq; omnes : deinde ex hiſce nutriri Animalia; Homines verò etiam partim ex hiſce plantis partim ex carnibus aliorum animalium, quæ hiſce nutrita fuêre, cibos & potiones ſumere. Ex quibus ſanguis cæteriq; humores, vti & ſemen, in eo naſcuntur, quibus conceptus formantur, augentur & nutriuntur: cap. 8. lib. 1. de Element.

57. *Audiamus tandem ipſum etiam Moſem, qui inquit, formatum eſſe hominem ex Limo Terræ & inſufflatum eidem eſſe ſpiraculum vitæ.*

Quænam Vires inſint Terræ, Aeri, Aquę, Igni ob quas ſint pro Elementis habenda.

58. *Sed veniamus iam ad Quartum caput huius Diſputationis, & videamus, num eadem hæc ſimplicia corpora, eas vires obtineant, vt poſſint eſſe omniū compoſitorum corporum Elementa.*

59. *Hâc de re agit Galenus cap. vlt. lib. 1. de Elem. ponitq; pro fundamento : Oportere ſimplicia illa corpora, ex quibus tanquam Elementis fiunt Homines, cæteraq; Animalia, Plantæ ac reliqua corpora compoſita, dum ex illis horum quippiam generatur, alterari & immutari, non foris in ſuperficie ſolùm, ſed per totam ſubſtantiam: atq; ita ex omnibus commixtis, fieri aliquid diverſum à ſingulis.*

60. *Quomodo enim aliàs, ex ijs quæ non ſentiunt, fieret aliquid quod ſentiat; ex ijs quæ non vident, non ambulant, non recordantur, aliquid oriretur, quod videat, ambulet, recordetur, ratiocinetur?* 61. *Quod*

Digitized by Google

61. Quod ſi ergo ita ſe habet, neceſſe erit, ea corpora ſimplicia, quæ Elementa ſunt, tales vires habere, quibus, dum ſe mutuò tangunt, ſe mutuò etiam per totam ſubſtantiam alterare queant, adeoq́; vt Galenus loquitur, δι᾽ ὅλων κεκρᾶσθαι. i. Per ſe tota miſceri, vniri, contemperariq́; poßint.

62. Nec quod ad præſentẽ doctrinã attinet, refert quicquã ſiue dicas illam δι᾽ ὅλων τῶν στοιχείων κρᾶσιν, fieri, vti Ariſtot. & Peripateticis placuit, τῶν ποιοτήτων μόνων δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. ſolis Elementorum minutim fractorum, qualitatibus ſe mutuò penetrantibus, aut, vt Stoici voluerunt τῶν σωματικῶν οὐσίων δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. Penetrantibus ſe mutuò ipſis corporeis Elementorum ſubſtantijs.

63. Neceſſe eſt enim, alterari, mutari atq; vniri per totam ſubſtantiam Elementa, ſi quid inde generari debeat, ſive illud fiat, vt Peripatetici voluerunt, nobiśq; etiam videtur: ſive vti docuerunt Stoici.

64. Fruſtrà autem facta eſſent à Natura Elementa, niſi ijſdem fuiſſent inſita vires, quibus potuiſſent in ſe mutuò tranſmutari, & ſe mutuò varijs modis per totam ſubſtantiam alterare, mutare, quòd aliàs ex ijs generari nihil potuiſſet.

65. Vires autem illæ ſunt qualitates: quia, omnis facultas, eſt qualitas quædam.

66. Videndum igitur ex omnibus Qualitatibus, quænam tales ſint, quæ poßint, totam ſubſtantiam rerum, quas contingunt, immutare, & alterare.

67. Ex viſibilibus nulla poteſt alterare totam ſubſtantiam, eius quod contingit. Similiter nulla ex

ctus, Arbores plantaſq; omnes : deinde ex hiſce nutriri Animalia; Homines verò etiam partim ex hiſce plantis partim ex carnibus aliorum animalium, quæ hiſce nutrita fuêre, cibos & potiones ſumere. Ex quibus ſanguis cæteriq; humores, vti & ſemen, in eo naſcuntur, quibus conceptus formantur, augentur & nutriuntur: cap. 8. lib. 1. de Element.

57. Audiamus tandem ipſum etiam Moſem, qui inquit, formatum eſſe hominem ex Limo Terræ & inſufflatum eidem eſſe ſpiraculum vitæ.

Quænam Vires inſint Terræ, Aeri, Aquę, Igni ob quas ſint pro Elementis habenda.

58. Sed veniamus iam ad Quartum caput huius Diſputationis, & videamus, num eadem hæc ſimplicia corpora, eas vires obtineant, vt poßint eſſe omniũ compoſitorum corporum Elementa.

59. Hâc de re agit Galenus cap. vlt. lib. 1. de Elem. ponitq; pro fundamento : Oportere ſimplicia illa corpora, ex quibus tanquam Elementis fiunt Homines, cæteraq; Animalia, Plantæ ac reliqua corpora compoſita, dum ex illis horum quippiam generatur, alterari & immutari, non foris in ſuperficie ſolùm, ſed per totam ſubſtantiam: atq; ita ex omnibus commixtis, fieri aliquid diverſum à ſingulis.

60. Quomodo enim aliàs, ex ijs quæ non ſentiunt, fieret aliquid quod ſentiat; ex ijs quæ non vident, non ambulant, non recordantur, aliquid oriretur, quod videat, ambulet, recordetur, ratiocinetur? 61. Quod

Digitized by Google

61. Quod ſi ergo ita ſe habet, neceſſe erit, ea corpora ſimplicia, quæ Elementa ſunt, tales vires habere, quibus, dum ſe mutuò tangunt, ſe mutuò etiam per totam ſubſtantiam alterare queant, adeóq; vt Galenus loquitur, δι᾽ ὅλων κεκρᾶσθαι. i. Per ſe tota miſceri, vniri, contemperaríq; poßint.

62. Nec quod ad præſentẽ doctrinã attinet, refert quicquã ſiue dicas illam δι᾽ ὅλων τῶν στοιχείων κρᾶσιν, fieri, vti Ariſtot. & Peripateticis placuit, τῶν ποιοτήτων μόνων δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. ſolis Elementorum minutim fractorum, qualitatibus ſe mutuò penetrantibus, aut, vt Stoici voluerunt τῶν σωματικῶν οὐσίων δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. Penetrantibus ſe mutuò ipſis corporeis Elementorum ſubſtantijs.

63. Neceſſe eſt enim, alterari, mutari atq; vniri per totam ſubſtantiam Elementa, ſi quid inde generari debeat, ſive illud fiat, vt Peripatetici voluerunt, nobiſq́; etiam videtur: ſive vti docuerunt Stoici.

64. Fruſtrà autem facta eſſent à Natura Elementa, niſi ijſdem fuiſſent inſita vires, quibus potuiſſent in ſe mutuò tranſmutari, & ſe mutuò varijs modis per totam ſubſtantiam alterare, mutare, quòd aliàs ex ijs generari nihil potuiſſet.

65. Vires autem illæ ſunt qualitates: quia, omnis facultas, eſt qualitas quædam.

66. Videndum igitur ex omnibus Qualitatibus, quænam tales ſint, quæ poßint, totam ſubſtantiam rerum, quas contingunt, immutare, & alterare.

67. Ex viſibilibus nulla poteſt alterare totam ſubſtantiam, eius quod contingit. Similiter nulla ex

ctus, Arbores plantaſq; omnes : deinde ex hiſce nutriri Animalia; Homines verò etiam partim ex hiſce plantis partim ex carnibus aliorum animalium, quæ hiſce nutrita fuêre, cibos & potiones ſumere. Ex quibus ſanguis cæteriq; humores, vti & ſemen, in eo naſcuntur, quibus conceptus formantur, augentur & nutriuntur: cap. 8. lib. 1. de Element.

57. *Audiamus tandem ipſum etiam Moſem, qui inquit, formatum eſſe hominem ex Limo Terræ & inſufflatum eidem eſſe ſpiraculum vitæ.*

Quænam Vires inſint Terræ, Aeri, Aquę, Igni ob quas ſint pro Elementis habenda.

58. *Sed veniamus iam ad Quartum caput huius Diſputationis, & videamus, num eadem hæc ſimplicia corpora, eas vires obtineant, vt poßint eſſe omniũ compoſitorum corporum Elementa.*

59. *Hâc de re agit Galenus cap. vlt. lib. 1. de Elem. ponitq; pro fundamento : Oportere ſimplicia illa corpora, ex quibus tanquam Elementis fiunt Homines, cæteraq; Animalia, Plantæ ac reliqua corpora compoſita, dum ex illis horum quippiam generatur, alterari & immutari, non foris in ſuperficie ſolùm, ſed per totam ſubſtantiam: atq; ita ex omnibus commixtis, fieri aliquid diverſum à ſingulis.*

60. *Quomodo enim aliàs, ex ijs quæ non ſentiunt, fieret aliquid quod ſentiat; ex ijs quæ non vident, non ambulant, non recordantur, aliquid oriretur, quod videat, ambulet, recordetur, ratiocinetur?* 61. *Quod*

Digitized by Google

61. Quod ſi ergo ita ſe habet, neceſſe erit, ea corpora ſimplicia, quæ Elementa ſunt, tales vires habere, quibus, dum ſe mutuò tangunt, ſe mutuò etiam per totam ſubſtantiam alterare queant, adeoq́; vt Galenus loquitur, δι' ὅλων κεκρᾶσθαι. i. Per ſe tota miſceri, vniri, contemperariq́; poſſint.

62. Nec quod ad præſentẽ doctrinã attinet, refert quicquã ſiue dicas illam δι' ὅλων τῶν στοιχείων κρᾶσιν, fieri, vti Ariſtot. & Peripateticis placuit, τῶν ποιοτήτων μόνων δι' ἀλλήλων ἰόντων .i. ſolis Elementorum minutim fractorum, qualitatibus ſe mutuò penetrantibus, aut, vt Stoici voluerunt τῶν σωματικῶν οὐσίων δι' ἀλλήλων ἰόντων. i. Penetrantibus ſe mutuò ipſis corporeis Elementorum ſubſtantijs.

63. Neceſſe eſt enim, alterari, mutari atq; vniri per totam ſubſtantiam Elementa, ſi quid inde generari debeat, ſive illud fiat, vt Peripatetici voluerunt, nobiſq́; etiam videtur: ſive vti docuerunt Stoici.

64. Fruſtrà autem facta eſſent à Natura Elementa, niſi ijſdem fuiſſent inſita vires, quibus potuiſſent in ſe mutuò tranſmutari, & ſe mutuò varijs modis per totam ſubſtantiam alterare, mutare, quòd aliàs ex ijs generari nihil potuiſſet.

65. Vires autem illæ ſunt qualitates: quia, omnis facultas, eſt qualitas quædam.

66. Videndum igitur ex omnibus Qualitatibus, quænam tales ſint, quæ poſſint, totam ſubſtantiam rerum, quas contingunt, immutare, & alterare.

67. Ex viſibilibus nulla poteſt alterare totam ſubſtantiam, eius quod contingit. Similiter nulla ex

ctus, Arbores plantasq́; omnes : deinde ex hiſce nutriri Animalia; Homines verò etiam partim ex hiſce plantis partim ex carnibus aliorum animalium, quæ hiſce nutrita fuêre, cibos & potiones ſumere. Ex quibus ſanguis cæteriq́; humores, vti & ſemen, in eo naſcuntur, quibus conceptus formantur, augentur & nutriuntur: cap. 8. lib. 1. de Element.

57. Audiamus tandem ipſum etiam Moſem, qui inquit, formatum eſſe hominem ex Limo Terræ & inſufflatum eidem eſſe ſpiraculum vitæ.

Quænam Vires inſint Terræ, Aeri, Aquę, Igni ob quas ſint pro Elementis habenda.

58. Sed veniamus iam ad Quartum caput huius Diſputationis, & videamus, num eadem hæc ſimplicia corpora, eas vires obtineant, vt poſſint eſſe omniū compoſitorum corporum Elementa.

59. Hâc de re agit Galenus cap. vlt. lib. 1. de Elem. ponitq́; pro fundamento: Oportere ſimplicia illa corpora, ex quibus tanquam Elementis fiunt Homines, cæteraq́; Animalia, Plantæ ac reliqua corpora compoſita, dum ex illis horum quippiam generatur, alterari & immutari, non foris in ſuperficie ſolùm, ſed per totam ſubſtantiam: atq; ita ex omnibus commixtis, fieri aliquid diverſum à ſingulis.

60. Quomodo enim aliàs, ex ijs quæ non ſentiunt, fieret aliquid quod ſentiat; ex ijs quæ non vident, non ambulant, non recordantur, aliquid oriretur, quod videat, ambulet, recordetur, ratiocinetur? 61. Quod

Digitized by Google

61. Quod ſi ergo ita ſe habet, neceſſe erit, ea corpora ſimplicia, quæ Elementa ſunt, tales vires habere, quibus, dum ſe mutuò tangunt, ſe mutuò etiam per totam ſubſtantiam alterare queant, adeoq́ vt Galenus loquitur, δι᾽ ὅλων κεκρᾶσθαι. i. Per ſe tota miſceri, vniri, contemperariq́ poſſint.

62. Nec quod ad præſentē doctrinā attinet, refert quicquā ſiue dicas illam δι᾽ ὅλων τῶν στοιχείων κρᾶσιν, fieri, vti Ariſtot. & Peripateticis placuit, τῶν ποιοτήτων μόνων δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. ſolis Elementorum minutim fractorum, qualitatibus ſe mutuò penetrantibus, aut, vt Stoici voluerunt τῶν σωματικῶν οὐσίων δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. Penetrantibus ſe mutuò ipſis corporeis Elementorum ſubſtantijs.

63. Neceſſe eſt enim, alterari, mutari atq́ vniri per totam ſubſtantiam Elementa, ſi quid inde generari debeat, ſive illud fiat, vt Peripatetici voluerunt, nobisq́ etiam videtur: ſive vti docuerunt Stoici.

64. Fruſtrà autem facta eſſent à Natura Elementa, niſi ijſdem fuiſſent inſita vires, quibus potuiſſent in ſe mutuò tranſmutari, & ſe mutuò varijs modis per totam ſubſtantiam alterare, mutare, quòd aliàs ex ijs generari nihil potuiſſet.

65. Vires autem illæ ſunt qualitates: quia, omnis facultas, eſt qualitas quædam.

66. Videndum igitur ex omnibus Qualitatibus, quænam tales ſint, quæ poſſint, totam ſubſtantiam rerum, quas contingunt, immutare, & alterare.

67. Ex viſibilibus nulla poteſt alterare totam ſubſtantiam, eius quod contingit. Similiter nulla ex

61. Quod ſi ergo ita ſe habet, neceſſe erit, ea corpora ſimplicia, quæ Elementa ſunt, tales vires habere, quibus, dum ſe mutuò tangunt, ſe mutuò etiam per totam ſubſtantiam alterare queant, adeoq́; vt Galenus loquitur, δὶ ὅλων κεκρᾶσθαι. i. Per ſe tota miſceri, vniri, contemperariq́; poßint.

62. Nec quod ad præſentē doctrinā attinet, refert quicquā ſiue dicas illam δὶ ὅλων τῶν στοιχείων κρᾶσιν, fieri, vti Ariſtot. & Peripateticis placuit, τῶν ποιοτήτων μόνων δὶ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. ſolis Elementorum minutim fractorum, qualitatibus ſe mutuò penetrantibus, aut, vt Stoici voluerunt τῶν σωματικῶν οὐσίων δὶ ἀλλήλων ἰουσῶν. i. Penetrantibus ſe mutuò ipſis corporeis Elementorum ſubſtantijs.

63. Neceſſe eſt enim, alterari, mutari atq; vniri per totam ſubſtantiam Elementa, ſi quid inde generari debeat, ſive illud fiat, vt Peripatetici voluerunt, nobisq́; etiam videtur: ſive vti docuerunt Stoici.

64. Fruſtrà autem facta eſſent à Natura Elementa, niſi ijſdem fuiſſent inſita vires, quibus potuiſſent in ſe mutuò tranſmutari, & ſe mutuò varijs modis per totam ſubſtantiam alterare, mutare, quòd aliàs ex ijs generari nihil potuiſſet.

65. Vires autem illæ ſunt qualitates: quia, omnis facultas, eſt qualitas quædam.

66. Videndum igitur ex omnibus Qualitatibus, quænam tales ſint, quæ poßint, totam ſubſtantiam rerum, quas contingunt, immutare, & alterare.

67. Ex viſibilibus nulla poteſt alterare totam ſubſtantiam, eius quod contingit. Similiter nulla ex

E Audi-

Audibilibus, Guſtabilibus Odorabilibus.

68. *Ex Tactibilibus qualitatibus habes, grave, leve, durum, molle, aſperum, tenue, viſcoſum, friabile, & ſimiles, quarum nulla poteſt vicinum corpus contingens, per totam ſubſtantiam, alterare: neque enim ſi res gravis levem tangat, vllo modo eam efficiet graviorem, idemq́; de aliјs iudicandum.*

69. *Superſunt adhuc Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum, quæ & communes ſunt Igni, Aëri, Terræ, Aquæ, cum omnibus corporibus infrà Lunam; Et Primæ ſunt, eò quòd reliquæ omnes, ex tali quâdam harum mixtione oriantur: Vt Ariſt. lib. 2. de ortu & interitu cap. 2. 3. & Galen: lib. 4. de Simpli: cap. 4. & ſequentibus docuerunt. Denique, quod hic maximè requirimus, poſſunt totam ſubſtantiam rerum quas contingũt, alterare & ſibi etiam aſſimilare.*

70. *Si enim Calidum, accedat ad rem non calidam, ſolo contactu poteſt eam totam calidam efficere, & quandoq; etiam ſibi aſſimilare, vt cernere eſt in Igne. Similiter, ſi frigidum accedat ad rem non frigidam: ſolo contactu, eam totam poteſt frigidam reddere. Idemq́; de Humido & Sicco iudicandum.*

71. *Eadem verò hæ Qualitates Primæ, non modò inſunt Terræ, Aëri, Aquæ, Igni: Sed іјſdem inſunt primò & per ſe ſummæ atque impermixtæ: tanquam eorum formæ.*

72. *Hinc factum eſt, vt Hippocrat. in lib. de Nat. hominis, Eadem hæc Elemẽta, nempe Terram, Aquam, Aërem, Ignem, per eorum qualitates exprimat, & Elementa hominis cæterorumq; Animalium, Plantarum, rerúmque*

que ſublunarium omnium compoſitarum dicat eſſe, Calidum, Frigidum, Humidum & Siccum, quibus nominibus intelligit ea corpora, quæ has qualitates habēt ſummas atq; impermixtas.

73. Rectè igitur ex hiſce omnibus inferimus, Eas Qualitates. I. Quæ Igni, Aëri, Aquæ, & Terræ, communes ſunt, cùm omnibus Entibus ſublunaribus. II. Quæ Primæ ſunt naturâ. III. Quæ ſunt eorundem horum Corporum Effectrices. IIII. Quæ totam ſubſtantiam rerū quas tangunt, alterare poſſunt: eſſe omnis Generationis Effectrices: & proinde Cauſæ, vt eadem quatuor Corpora Elementa ſint. Caliditas, Frigiditas, Humiditas, & Siccitas tales ſunt. Ergo &c. hic lib. 1. cap. 9. de Element. g. a.

74. Et rurſus etiam concludimus. Ea ſola Corpora habenda pro Primis Elementis, Quibus Natura implantavit vires, omnis generationis Effectrices Igni autem, Aeri, Aquæ, atq; Terræ, easdem implantavit. Ergo Ignis, Aer, Aqua, & Terra, pro Elementis Primis habenda. ibid.

Diſputatio II.

De Elementis Paracelſiſtarum: Quæ Ipſis Principia vocantur.

THESIS I.

QVòd ſi hæc, quam ex veterum ſententiâ propoſuimus, Doctrina de Elementis, huiuſmodi fun-

mentis nititur: neſcio ego An Parcelſiſtæ commiſeratione magis digni ſint, ob tàm craſſam ignorantiam? An admiratione, quòd in eâdem tàm craſſa ignorãtia verſantes, tamen habeant ſectatores? An potiùs pœna & Caſtigatione, ob id quòd iuventutem ſeducant?

2. Principia, dicunt illi, eſſe, corpora quædam omniũ ſimpliciſſima, puriſſima, ex quibus Homines cæteraq́ Animalia, Arbores, Plantaq́ omnes, imò verò etiam Terra, Aqua, Aër, Ignis, & cælum ipſum facta ſunt, & in quæ etiam reſolvuntur; ac proinde Principiorum vocabulo id intelligunt, quod nos Elementa vocamus.

3. Eadem illa corpora, dicunt eſſe tria: Argentum Vivum, quod Mercurij nomine exprimunt, Sulphur, & Salem.

4. Et ſi quæras quid horum quodq́ illis ſignificet? Reſpondent illi, Mercurij nomine ſe intelligere liquorem quendam, per totam ſubſtantiam eius, cui ineſt diffuſum, qui arte Chymicâ extractus, Ignis vi facillimè attollitur in altum, atque evaporat: perinde ſcil. vt verum argentum vivum, quod Ignem etiam ferre non poteſt.

5. Sulphuris vocabulo ſe nuncupare oleoſam quandam ſubſtantiam, quæ extracta per Chymiam, facillimè ignem concipiat & igne abſumatur, perinde vt Sulphur.

6. Sal verò illis eſſe craſſiorẽ totius mixti portionem, quæ in opere Chymico, ſalis modò ſubſidet.

7. Propterea autem dicunt hæc tria corpora eſſe omnium reliquorum principia (principiorum nomine tamen Elementa intelligentes) quia per artificioſam ſolutionem,

Digitized by Google

lutionem, quæ Chymia ſit, ex omnibus corporibus tria hæc educi poſſint: neceſſe enim eſſe, corpora ex ijs ipſis conſtare, in quæ per Chymiam reſolvuntur.

8. Ad hæc nos ſummatim dicimus. Primùm quæ ex aliquibus componuntur, vt Galenus loquitur ἐν τῷ περιπλέκεσθαι μόνον. *i. ſola coniunctione eorum, ex quibus conſtat compoſitum: vti ex ſimilaribus partibus conſtant Inſtrumenta, ex Inſtrumentis totum corpus. Item vt domus ex lapidibus, lateribus, lignis, cæmento, ſimilibusq́; componitur; ea & Arte & Naturâ, reſolvuntur in ea ipſa, ex quibus facta ſunt: nimirum quia in compoſito naturam ſuam retinent.*

9. Quæ verò componuntur ex aliquibus, tranſmutata ſubſtantia tota eorum, ex quibus componuntur, ea Ars non poteſt reſolvere in ea, ex quibus facta ſunt, neque procedendo neq; retrocedendo: Natura procedendo per longum circuitum ea reſolvit: retrocedendo non reſoluit.

10. Exempli gratia: Ex Terrâ Imbre irrigatâ, accedēte Aëris temperie & Calore moderato, generātur ſegetes, ex ſegetibus homines nutriuntur; inde nutriti generant ſanguinē & ſemen: Ex ſemine & ſanguine fœtus formātur, augenturq́;. Hic nulla ars, vti neq; natura invenitur, quæ ex viro puerū: ex puero ſanguinem atq; ſemen: ex ſemine & ſanguine cibos aut ſegetes, aut ex ſegetibus Terram, Aquam, Aërem, Ignem faciat.

11. Nam vt Ariſtot. inquit 2. Metaphyſ. cap. 2. οὐκ ἀνακάμπτει πρὸς ἄλληλα: οὐ γὰρ γίνεται ἐκ τῆς γενέσεως τὸ γενόμενον. *Id eſt Natura non retrocedit, neq; ex generatione, fit id quod generabatur.*

12. *Non ſequitur ergo, ſi per Chymiam, corrumpendo corpora, ea, in hæc tria reſolvere queant, quòd propterеà ex hiſce ſint facta: Nam artificiosè poſſumus Vinum corrumpere in Acetum, non tamen ex Aceto factum eſt Vinum.*

13. *Deinde dicimus hæc tria, in quæ illi corpora reſolvunt, non eſſe ſimpliciora noſtris; ſed in ea tanquam ſimpliciora reſolvi: Mercurius enim in fumum abiens, reſolvitur in Aërem. Sulphur, ab igne abſumptum, in Ignem commutatur, Sal, eſt ſubſtantia terrea & in Terram potiſſimùm abit.*

14. *Tertiò dicimus. Si Natura feciſſet Sal, Sulphur, & Mercurium, corpora talia, qualia ab ijs deſcribuntur, vt eſſet Materia generationis omnium rerum, eorum vtiq; promptuariū aliquod paraſſet, vt nunquam deeſſet materia rebus generandis. Nos autem in hoc mundo nihil tale videmus.*

15. *Quòd ſi extrà hunc mundum ſublunarem, alicubi ſit Limbus ille, de quo ſomniant, plenus Sale, Sulphure, & Mercurio: quis quæſo hoc dixit Paracelſo? aut vbi ille hoc vidit?*

16. *Quartò deniq; dicimus: Si hæc omnia concedantur, Quomodo ex Sale, Sulphure, & Mercurrio, cauſam reddere poterimus Sanitatis, & Morbi in partibus ſimilaribus? Quomodo ex ijſdem primas morborum differentias deducemus? Quæ vires in ijſdem inerunt, generationis efficientes, quibus tota ſubſtantia mutetur? plura de hiſce vide apud D. Eraſtum in diſputationibus de Medicina Paracelſi, præſertim parte 2.*

De

Digitized by Google

De Dolore.

17. Quoniam Hippocrates in libro de Natura Hominis, text 5. eos in vniverſum omnes, quotquot vnum tantummodo Elementum eſſe contendebant, hoc Argumento confutat: ἐγὼ δὲ φημὶ, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν, ὑπὸ τοῦ ἀλγήσειεν ἓν ἐόν. *Id eſt, Ego autem dico, ſi homo vnum eſſet, nunquam doleret, neque enim eſſet, à quo doleret, ſi vnum foret.*

18. Et, vt Galenus textu 6. eiuſdem libri inquit, ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ταὐτὸν τῷ φάναι, τὸ συνθετικὸν αὐτοῦ στοιχεῖον ἓν εἶναι. *i. Dicere quod homo vnum ſit, perinde eſt, ac ſi aſſeras, eum, ex vnico Elemento factum eſſe.*

19. Idcirco, vt diſputatio hæc, totaq; Doctrina de Elementis illuſtraretur: ſimulq; vt Hippocratei Argumenti vis appareret, novam diſputationem De Dolore eiusq; Cauſis: itemq; de Voluptate, quæ Dolori eſt contraria, ſuperioribus binis olim ſubiunximus: quã poſtmodum in caput 11. tertiæ partis pathologiæ, tamquam in proprium locum tranſtulimus. Vide ergo eiusdem Capitis theſin. 64. & ſequentes.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

DE HOMINIS NATVRA, SECVNDVM HIPPOCRATEM:

Itemq́;

DE OFFICINA SANGVINIS VENARVM'QVE PRINCIPIO.

DISPVTATIONES BINÆ,

Ex

Diexodicâ enarratione libri Hippoc. de Hominis Natura, ſummatim excerptæ.

Ad

Illuſtres & Generoſos D. D. Barones, D. Raphaelem, & D. Andream de Leſzno, Palatinidas Breſtenſes, fratres.

Reſpondentibus,

D. RVDOLPHO SALTZMANO Argent.

D. M. IO. HENRICO RYHINERO Baſilienſ.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio I.

De Natura quid ſit?

THESIS I.

DE hominis natura diſputaturi, primò omnium generatim, quid Natura ſit, meritò docere debemus. Nam, vt rectè apud Platonem, in Phædro dicitur, neq; Animæ, neq; corporis natura, cognoſci poteſt, abſq, τῆς τοῦ ὅλου φύσεως, id eſt, Naturæ vniverſalis cognitione.

2. Eam, alij, atq; alij, aliter atq; aliter definiverunt: nos, cæteris omnibus, præferimus, Hippocratis, Platonis, Ariſtotelis, & Galeni, ſive definitiones, ſive expreſſos definiendæ Naturæ Modos: Quæ, etſi verbis differant, reipſa tamen idem ſignificare eas dicimus.

3. Ariſt. lib. 2. Phyſicorum cap: 1. tanquam philoſophus Naturalis, per ea definivit Naturam, quæ ſunt Vniverſalia maximè, Omni Naturæ competunt, &, de ijs quodammodo dici poſſunt, quæ, Galenus, Plato & Hippocrates, in Naturæ Definitione exprimunt, aut, exprimenda cenſent.

4. Dixit enim eam eſſe: Ἀρχήν τινα, καὶ αἰτίαν, τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν, ἐν ᾧ ὑπάρχει, πρώτως, καθ' αὑτὸ, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. i. Principium, & cauſſa, motus, & quietis, ei, in quo ineſt, primò, per ſe, & non per Accidens.

5. Galenus, vt Medicus, expreſſit, Naturam, ſubluna-

rium maximè rerum, & quidem per id, quod vt Ariſt. in ſublunaribus rebus, ita etiam, idem, cenſet, eſſe cauſſam, omnium motionum: nempe, talem, calidi, frigidi, humidi ſicciq́ mixtionem.

6. Itaq; lib. 3. de. Temp. cap. 4. ſic ait, φύσιν δ᾽ ὅταν εἴπω, τὴν ὅλην οὐσίαν τε καὶ κρᾶσιν λέγω, τὴν τῶν πρώτων στοιχείων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, *id eſt, cùm naturam nomino, totam eſſentiam, atq; temperamentum, quatuor primorum Elementorum intelligo: nempe Calidi, Frigidi, Sicci & Humidi.*

7. Plato, ex ſuâ, & Hippocratis ſententiâ, cenſet, Naturam, per ea eſſe explicandam, quæ, noſtris ſenſibus, poßint, maximè eſſe propinqua, & tamen, explicare, Naturam: Cuiuſmodi ſunt partes, ex quibus, quæq́; res naturalis conſtat, earumq́; vires, quas habent, ad agendum, aut patiendum: nam ex partium viribus, promanant actiones, quæ in ſenſum cadunt.

8. Itaq; ſub finem ferè Dialogi Phædri: ſic loquitur Socrates, ἆρ᾽ οὐχ᾽ ὧδε χρὴ διανοεῖσθαι περὶ ὁτουοῦν φύσεως; πρῶτον μὲν, ἁπλοῦν ἢ πολυειδές ἐστιν, οὗ πέρι βουλησόμεθα εἶναι αὐτοὶ τεχνικοί, καὶ ἄλλους δυνατοὶ ποιεῖν. Ἔπειτα δὲ ἐὰν μὲν ἁπλοῦν ᾖ, σκοπεῖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τίνα πρὸς τί πέφυκεν, εἰς τὸ δρᾶν ἔχον, ἢ τίνα εἰς τὸ παθεῖν ὑπὸ τοῦ. Ἐὰν δὲ πλείω εἴδη. ταῦτα ἀριθμησάμενος, ὅπερ ἐφ᾽ ἑνός, τοῦτ᾽ ἰδεῖν ἐφ᾽ ἑκάστου, τό τι ποιεῖν πέφυκεν, ἢ τό τι παθεῖν ὑπὸ τοῦ: *Quorum ſenſus eſt: In quærendâ cuiuſq; Rei Natura, primò inveſtigandum, nùm, ea ſimplex ſit, an compoſita? &, ſi ſimplex exiſtat: quærendum, quam vim habeat, ad agendum, aut patiendum? ſin fuerit cõpoſita: tunc quærendum, ex quibus componatur? &, quam*

quam vim, eorundem ratione, obtineat, itidem, ad agendum, aut patiendum.

9. Secundùm hos igitur, ſimplicis quidem ſubſtantiæ Natura, erit vis, quam, illa, habet, ad agendum, & patiendum: & qui novit idipſum optimè: eius naturam cognoſcet, econtrà, qui tantummodò idipſum ex parte cognoſcit: ex parte tantummodo, eiuſdem naturam novit.

10. Compoſitæ verò ſubſtantiæ Natura, eſt, mixtio, atque vnio, eorum, quibus, illa, conſtat, vnà, cum facultatibus, & viribus, quas eadem res, ex huiuſmodi mixtione, acquirit.

11. Et qui novit, ex quibus ſimplicibus, conſtet res quæpiam, & quas vires, eadem res, ad agendum, patiendumque obtineat, ex ipſorum, quibus componitur, mixtione: is, eius naturam intelligit.

12. Totam quidem, ſi quidem, omnes vires eius, cognoſcat. Ex parte autem tantum, ſiquidem, aliquas tantummodo, noverit.

Hominis Natura, quomodo, ab Hippocrate explicetur.

13. Hunc cognoſcendæ Naturæ modum, hauſit Plato ex Hippocrate, qui, vt loco iam citato dicitur; Hominis Naturam, ſecundum hanc Methodum, enarravit: nempe in libello de Hominis Natura inſcripto.

14. Quæſivit enim, in eo Hippocrates, primò. πότερον ἕν ἐστι ὁ ἄνθρωπος. *i. An, homo, vna quadam, ac ſimplex ſubſtantia ſit, vno, ſimplicique Elemento conſtans? an, compo-*

compoſita, ex pluribus diverſiſq; ſimplicibus corporibus?

15. Secundò: quas vires, habeat Homo, ad agendum patiendumq́;, ex ÿs, quibus compoſitus eſt, deductas?

16. De priori ergo agens: probat, Hominem, non eſſe ſimplicem quandam ſubſtantiam, ſed compoſitam, ex pluribus diverſa natura ſimplicibus corporibus; nempe, Calido, Frigido, Humido, Sicco: aut ſi mavis, Igne, Aqua, Aëre, Terra.

17. Hæc autem, etſi ſunt communia, omnium rerũ, quæ in hoc mundo ſublunari generantur elementa: non immediatè tamen Hominem componunt: ſed, intervenientibus multis mutationibus, priùs in quatuor humores tranſmutantur, ex quibus immediatè deinde homo, in primâ conceptione formatur, augetur, & editus in lucem, nutritur.

18. Nec obſtat hiſce: quod lib. 1. de ſemine cap. 2. partes quædam ex ſemine, quædam, ex ſanguine, facta eſſe, dicuntur.

19. Nam vt textu 27. huius libri, de Natura hominis, id explicat Galenus: Seminis ipſius moles, ex quâ, fit prima delineatio, ſpermaticarũ partium, tàm eſt exigua, vt reſpectu eius, quod ex ſanguine materno accedit, quaſi pro nihilo habeatur: Deinde eadẽ quoq; moles ſeminis, ex ſanguine, ortùm habuit.

De quatuor humoribus.

20. Quatuor hi humores, ſunt, Sanguis, Pituita, Bilis Flava, Melancholia: qui ſecundum naturam, ſimul omnes

omnes mixti ſunt inter ſe, in ipſâ ſanguinis maſſâ, quæ in venis atque arterijs,per vniverſum corpus diſtributis, ceû in penû quodam, continetur.

21. Ex quo penu, omnes partes reliquæ, trahunt id, quod ſibi familiare eſt,tùm ad ſui nutritionem incrementumq́, tùm alios vſus.

22. Quæ enim: Bilis flava in veſicam fellis,Melancholia,in Lienem,ſubinde trahitur: & inde etiam exonerantur per Aluum, eæ ſunt deteriores & excrementoſæ partes:genuina Bilis & Melancholia: quæ in venis continentur,ſanguini permixtæ.

23. Sic Pituita,quam,per os expuimus, & per nares excernimus:habet quidem ſimilitudinem,cum eâ,quæ, eſt in venis, quia,& colore, & temperie ferè conveniunt: non tamen eadem eſt: ſed potiùs, excrementum nutritionis cerebri: generaturq́; hæc excrementoſa pituita,multis quoq; alijs in locis.

24. Et quamvis,ſecantibus nobis venam, aut Arteriam,ſive vnam quampiam, ſiue plures: ſimplex ſubſtantia videatur effluere: quam ſanguinem omnes vocant: ratio tamen docuit, ſanguinem illum, qui in venis,Arterijsq́, continetur, ijsq; ſectis effluit: ex quatuor diverſis ſubſtantijs conſtare: Nempe ſanguine propriè appellato,Pituitâ, Bile,Melancholiâ.

25. Cuius rei comprobatio, omnium firmiſſima ea eſt: quâ vſus eſt Hipp. textu 27. eiuſdem libri de Natura hominis, videlicet, quòd in omni ætate, quovis anni tempore,die,aut nocte, quamdiu homo viuit: ſemper exhibito medicamento Cholagogo,Bilem,Phlegmagogo, Pituitam, Atrabilario, Melancholiam, ex corpore

trahere

trahere poteris; uti etiam ſanguinem, vulneratâ aliquâ parte.

26. Hanc verò rationem, probationemq́; Galenus, & illic in comm. & lib. 2. de Elementis, præcipuè cap. 2. 5. & lib. 6. de Placitis cap. 8. declarat multis modis. Primùm à prudentiâ Artificis, cui tantam corporis noſtri partium diverſitatem, neq; ex vnâ eâdemq́; materia fabrefieri, neq; nutriri viſum fuit: ſed ex maßâ ſanguinis, quatuor humoribus permixtâ, vt, ſingulis, commoda materia, ſuppeteret.

27. Deinde, quòd in ſanguine, qui ſectâ venâ effluit, obſerventur variæ partes, quædā planè rubræ ac floridæ, quædam nigræ craſſæq; in fundo: quædam flaveſcentes: in quibuſdam verò etiam aliquid manifeſtè album apparet.

28. Tertiò quòd prout alius atq; alius horum humorum abundaverit, ita etiam corporis habitus fiant diverſi: alijs, floridi, & rubicundi: alijs pallidi: nonnullis nigri: quibuſdam, albi ac molles.

29. Quibus accedit ſimilitudo multarum aliarum rerum, quæ cùm intuitu videantur vnæ eſſe: tamen verè conſtant ex diverſis ſubſtantijs: vt in Lacte evidenter apparet.

30. Id enim, cùm à reliquo ſanguine, in venis Arterijsq́; contento, non niſi longiori concoctione differat: & expreſſum ex vberibus, vna ſimplexq́; ſubſtantia intuentib. videatur: tamen ſeparatur in ſubſtantias planè diverſas: nempe Caſeoſam duplicem, primariam & ſecundariam: Pinguem & Seroſam.

31. Recentiores malè accommodant hûc muſti exemplum.

Digitized by Google

emplum. Cuius partium diverſitas, non facit, ad demonſtrandos diverſos humores, ſanguini, in venis permixtos; ſed ad declarandum, quomodo, ex ijſdem humoribus, poſt primam generationem, partes quædam excrementoſæ, in veſicam fellis, & lienem ſeparentur. Vt videre eſt lib.2. de Facultat. Natur. cap. 9. & lib. 4. de vſu partium cap.3.4.

Non eſſe plures quàm quatuor humores.

32. Sed neq; plures ſunt, quàm quatuor humores in corpore. Nam vt dicitur cap. 6. libri de cauſis Morb. item lib.2. de feb. diff. cap. 6. & lib. 3. de locis Affectis cap.7. d. omnis humor in corpore: aut eſt calidus ſiccusq;, isq; in genere Bilis flavæ continetur. aut frigidus & humidus, & ſub Pituita comprehenditur: aut frigidus ſiccus qui eſt Melancholicus: aut calidus & humidus, isq; ſub Sanguine comprehenditur.

33. Secondarij enim humores, ſunt ijdem hi quatuor, gradatim alterati, vt in Corporis ſubſtantiam poßint tranſire.

34. Excrementoſi humores, ſunt horum quatuor humorum partes deteriores, quas, natura, tamquam ſuperfluas, reijcit atque excernit, de quibus dicitur propoſi. 22. 23.

35. Præternaturales humores, ſunt itidem ijdem hi, aut horum partes; in præternaturalem ſtatum converſi. vt dicitur prop.78.

36. Oculorum, qui dicuntur humores, partes eorum ſunt,

ſunt, actionem viſionis obeuntes, aut eidem conferentes

37. Seroſitas ſanguinis, quam Renes attrahit, excrementum eſt omnium humorum: omnis enim ſeroſitas eſt excrementum lib.2. de Natur. Facul.cap.9.d.

38. Humidum Radicale Barbaris nuncupatum, & à Recentioribus Humidum primigenium dictum, ab ijſdem ita explicatur, vt ſit ſubſtantia oleoſa quædam, in quâ, innatus calor, tanquam flamma ab oleo, ſuſtentatur. Itaq; ſecundum hos, erit aliquid ex quatuor humoribus factum.

30. Quod ſi Galenum ſequamur, ab intricatâ de Humido Radicali diſputatione, quæ in nullo ſenſu habet fundamentum, recedemus: & dicemus, Spiritum, Nativumq; calorem, prima eſſe Animæ vehicula, primaq; inſtrumenta.

40. Spiritum, ex ſanguine generari: calorem nativum, in ſanguine accendi: &, vt Lucerna, flammam ex funiculo ardentem, oleo moderato fovet: ita Corpus noſtrum, in corde ceu funiculo, ex ſanguine calorem nativum accendente, vitam fovere, cap.3. libri de vtilitate Reſpirationis circa finem.

41. Conſentiunt cùm hâc doctrinâ: tùm illa, quæ in Animi perturbationibus evenire cernimus, in quibus vnà cum calore, ſanguis totus evidenter movetur: Exempli gratia, per iracundiam, totus fertur ad exteriora: quibuſdam, nonnunquam refugit totus ad centrum: vt, quandoq; illic etiam ſuffocetur veluti in Timore. tùm quòd per magnas hæmorrhagias, vitam finiri novimus. lib: 2. de cauſſis Sympt. cap.5. circa finem, & cap.2. f. lib. quo docet, Animi mores ſequi temperamentum.

42. Vt

Digitized by Google

Quatuor Humores diverſâ plane Subſtantiâ conſtare.

42. *Vt autem non plures ſunt humores, quàm quatuor, in venis & Arterÿs, ita neq; ſunt pauciores: ÿdemq́; totâ ſubſtantiâ à ſe invicem differunt, vt proportione quâdam, quatuor mundi Elementis, reſpondeant.*

43. *Neque approbamus, quòd Fernelius aliâs vir doctiſſimus lib. 6. Phyſiolog. cap. 8. docuit: hos humores in venis eſſe tantùm quaſdam ſangniuis differentias: Ita, vt quæ eius pars, moderatior rubicumdiorq́; ſit, ea pro ſanguine proprie appellato ſit habenda, quæ teniuor, flaviorq́;, Bilis: craſſior & nigrior Melancholia, liquidior albiorq́; Pituita.*

44. *Sed cum Hipp. dicimus: Bilem, quæ eſt ſanguini permixta: de eſſentiâ, eius eſſe: quæ, in veſicam fellis trahitur, & Melancholiam, de eſſentiâ eius quæ trahitur in lienem: vno hoc excepto, quòd deterior pars. ſemper Bilis, & Melancholia, ex ſanguine, in veſicam hanc, atq; Lienem, tanquam excrementoſæ attrahantur. lib. 2. de Natur. Facult. cap. 9.*

45. *Cuius rei certiſſima demonſtratio ea eſt, quam Hipp. textu 27. 28. & ſequentibus habet. ſcil. quòd in omni ætate, die, nocte, quâcunq; horâ, per pharmacum, tales, ex corpore educuntur, quod certè fieri non poſſet, niſi in eo eſſent.*

46. *Neq; rectè dicere poſſis, Melancholiam & Bilem, quæ Medicamentis educuntur: ex ſolâ veſicâ bilariâ, aut liene trahi.*

47. *Maiori. n. quantitate educuntur, præſertim in*

Digitized by Google

ſuperpurgationibus, quàm,quæ in ſolâ fellis veſicâ, aut liene contineantur.

48. Icteri præterea critici, Eryſipelata, ab eâ bile proveniunt, quæ,in venis ſanguini permixta, continebatur.

49. Deniq; Vrinæ, nónne ſunt amaræ ob bilis admixtionem,etiam in ſanis hominibus?

50. Sed ſi amara non nutriunt:bilis tàm amara,quem vſum habet in ſanguine? Item,cur tota maſſa ſanguinis,non fit amara?

51. Reſpondemus multis. modis: I. Deteriorem maximeq; amarã trahi ad veſicam fellis. II. Si Ars,poteſt, ea, quæ,per ſe edendo nõ ſunt,ita,cùm aliis miſcere, vt ſint aliorum condimenta. lib.4.de ſimp.cap.16. multò magis poteſt Natura, ſanguinis maſſam miſcere, ex quatuor diverſis ſubſtantijs: vt tota aptior ſit ad Nutritionem. III. In bilioſis naturis,per longum ieiunium: ſanguinem aliquando fieri amarum, vt eodem loco à Galeno dicitur.

52. Concludimus ergò cum Hipp. textu 24. & ſequentibus. Hos quatuor humores, ſubſtantiâ eſſe planè diverſos,primùm κατὰ νόμον ex veterum auctoritate, qui,eorum ſingulis,tanquam diverſis rebus, diverſa nomina,impoſuerunt.

53. Secundò κατὰ φύσιν: quia differunt Qualitatibus viſibilibus: Sanguis enim rubeus eſt; Bilis eſt flaua, Melancholia nigra,Pituita alba.

54. Tertiò differunt qualitatibus primis. Sanguis eſt temperatus, ad calidum & humidum modicè vergens: Bilis calida & ſicca: Melancholia frigida ſicca: Pituita frigida humida.

55. Quartò

Digitized by Google

55. *Quartò differunt Qualitatibus guſtabilibus: Nam Sanguis, ſi ſecundùm naturam ſe habet, eſt dulcis, Bilis amara, Melancholia acida, Pituita inſipida.*

56. *Quintò à diverſis medicamentis trahentibus, ex corpore educuntur. Invenies enim bilem trahentia, quæ pituitam non ducunt, & trahentia, melancholiam, quæ non ducunt pituitam aut ſanguinem.*

57. *Sextò quia diverſis Anni temporibus, diverſisq́; cœli conſtitutionibus, horũ ſinguli augentur, minuunturq́;. Sanguis enim Vere copioſior eſt, quàm alijs Anni temporibus. Bilis, in Aeſtate. Melancholia, in Autumno. Pituita, Hyeme dominatur.*

58. *Septimò: quòd diverſi Morbi ab horum ſingulis, naturalem modum egredientibus generentur: hæmorrhagiæ quidem à ſanguine: Catharri, tumoresq́; albi, à pituita. Febres tertianæ à bile. Quartanæ à Melancholia.*

Singulas partes Corporis noſtri ex omnibus quatuor humoribus conſtare.

59. *Ex hiſce autem, quatuor humoribus omnibus, certâ proportione mixtis, formatæ ſunt corporis noſtri partes ſimilares: ex quibus inſtrumenta totumq́; corpus componitur.*

60. *Primum quod ex nullo horum ſolo poßit ſuppeditari commoda materia, ad tantam partium diverſitatem formandam, augendam, nutriendam. lib. 2. de Elementis cap. 2.*

61. *Secundò conſtat, ex ijs quæ de fœtus formatione*

docentur, omnes partes formari ex ſanguine materno, vnâ cùm ſemine vtriuſq; parentis : in vtero etiam ex eodem materno ſanguine nutriri. Cæterùm & ſanguis maternus conſtat mixtione quatuor humorum : & ſemen quoq; vtriuſq; parentis, ex ſanguine generatur, quatuor humorum mixtione compoſito, vt docet Gal. textu 18. 27. eiuſdem libri de hominis Natura.

62. Tertiò ijdem quatuor humores, in hominis corpore ſemper inveniuntur, in omni ætate, Anni tempore, die, nocte, quamdiu poteſt ſpiritum trahere tex. 27.

63. Quarto, ſi vno aliquo aut pluribus privatur, neceſſariò interit, vt cernere eſt in ſuperpurgationibus, & magnis hæmorrhagijs textu 28. 39.

64. Quinto, quatuor ijdem humores, ita ſe habent in homine, ceu μικροκόσμῳ ad omnem ætatem: totiuſq; vitæ ſpatium, quomodo Calidum, Frigidum, Siccumq; Elementa, ſe habent ad Mundum hunc infra lunã exiſtentem. Et proinde, ut Mundus per totum Annum, ex hiſce conſtat: ita etiam μικρόκοσμος ex quatuor humoribus. text. 38. 39.

Partes ſingulas, ex ijſdem quatuor humoribus Vires ſuas obtinere.

65. Vt autem ex hiſce omnibus conſtat homo : ita ex ijſdem acquirit vim, quam habet ad Agendum & Patiendum. Vnde permotus Hipp. dixit eoſdem Humores, Hominis Naturam eſſe. Secundum eum ſcilicet explicandæ Naturæ modum, quem, antè propoſuimus, ex Platone.

Digitized by Google

66. *Vires hæ: ſunt Facultates: Animales, Vitales, Naturales. Exempli gratia, Movendi ſentiendiq́ in ſenſus Motusq́ Inſtrumentis. Pulſandi in corde & Arterijs, Concoquendi cibi in ventriculo. Sanguificandi in Hepate, Lac generandi in mammis, & vrinam trahendi in Renibus, idemq́ de cæteris aliarum partium facultatibus, & Actionibus ſentiendum eſt.*

67. *Quoniam autem ex ſimilaribus conſtant Inſtrumentariæ: & ex Inſtrumentis, vniverſum corpus componitur: ſequitur ſanè, quòd, vnde partes ſimilares habent vim agendi, & patiendi: Inde quoq; Inſtrumentariæ, vniverſumq́ corpus eandem obtineat.*

68. *In omni præterea Inſtrumento: vna quadam pars ſimilaris, ferè eſt Actionis cauſſa, reliquæ eidem, vſum aliquem conferunt, vt dicitur cap. 6. libri de Morb. Differ. Itemq́ 2. Meth. cap. 6. & 7. Method. cap. 2.*

69. *Itaq; ſi oſtenderimus, partes ſimilares ex his quatuor humoribus, vires & facultates ſuas obtinere, ad agendum, & patiendum: ſimul etiam patebit, totum corpus ſuas principales vires ex ijſdem habere.*

70. *Principales dico: ne quis putet, me conformationi, Magnitudini, Numero, ac Situi convenienti partium nihil attribuere..*

71. *Habet autem omnis pars ſimilaris facultatē, quam obtinet qualemcunque, ex tali quadam mixtione Calidi, Frigidi, Humidi, Sicciq́ Elementi: quod tanquam alibi à Galeno & Ariſtotele copiosè demonſtratum: pro confeſſo accipimus: & cùm ijſdem, pro fundamento omnis Methodi Medendi ponimus.*

72. *Sed Calidum, Frigidum, Humidum Siccumq́ E-*

lementa, non immediatè ingrediuntur, ſimilarium partium compoſitionem: Verùm priùs per varias alterationes, tranſmutantur in quatuor humores: ex quibus Pituita, Aquam, Sanguis, Aërem, Melancholia, Terram, Bilis flava, Ignem repræſentat.

73. Quòd ſi ergo quatuor humorum iuſta proportio, bonaq́; conſtitutio, in cuiuſq; partis ſimilaris Formatione, Auctione, & Nutritione, continet, convenientem, calidi, frigidi, humidi ſicciq́; Elementi mixtionem: certum eſt, quod eadem iuſta proportio, bonaq́; conſtitutio quatuor humorū, cauſſa quoq; erit facultatum, quas eadem partes obtinent.

74. Et contrà, inepta eorundem proportio, malaq́; conſtitutio: efficiet, vt partes, earumq́; facultates patiantur Actionesq; lædentur. tex. 18.

Vt benè ſe habentes quatuor humores, efficiunt ſanitatem: ita malè habentes, morbum generant.

75. Et in hanc ſententiam Hipp. textu 18. libri de Hominis Natura de ijſdem humoribus dixit, καὶ ταῦτα ἔστιν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. *id eſt, Hi quatuor humores ipſi Homini ſunt Natura corporis: & propter hos valet, & Aegrotat.*

76. Et textu ſequenti ait, Valere quidem hominem ὅταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα, τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ. *i. quando ijdem quatuor humores mediocriter ſe habuerint, temperie, facultate, vi, copiaq́;, ac inſuper quam maximè fuerint permixti.*

77. Qua

77. *Quæ verba ex Galeni ſententia, nos ita interpretamur, vt aſſeramus ſanitatem partium ſimilarium, ex duabus horum humorum conditionibus dependere, quarum vna penes* κρῆσιν, *quam Græci* κρᾶσιν, *nos Temperiem vocamus, Altera penes* μῖξιν *mixtionem conſiſtit.*

78. *In* κράσει *duo requiruntur,* δύναμις καὶ πλῆθος τῶν κεκραμένων. *i. facultas & copia eorum, quæ contemperata ſunt: Exempli gratia, in maſſa ſanguinis quo partes augentur, formantur, nutriuntur, conveniens erit quatuor humorum* δύναμις, *ſi ij neq; Calidiores, neq; Frigidiores, Humidiores aut Sicciores exiſtant quàm oporteat, Conveniens quoq; erit* πλῆθος, *ſi iuſta ſit omnium proportio, vt ſanguis neq; nimium Pituitoſus, Bilioſus, aut Melancholicus exiſtat.*

79. Μῖξις *autem exacta, omnium quatuor humorum inter ſe, conducit & ad Temperiem meliorem efficiendam, atq; etiam ad vnitatem partium, quæ ex iiſdem nutriuntur.*

80. *Vt autem ex hiſce oritur ſanitas, quæ cauſſa eſt omniũ bonarum Actionum: ita, ex iis, quæ hiſce contraria ſunt, ſequitur Morbus, qui paßionis læſionisq; Actionum eſt cauſſa.*

81. *Eaq́; expreßit Hipp. textu 20. inquiens* Ἀλγέει δ᾽ ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ἢ πλέον γένηται ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι, καὶ μὴ κεκραμένον τοῖς πᾶσιν. *i. Aegrotat homo, Si quid horum (nempe* τῆς δυνάμεως καὶ τοῦ πλήθεως*) parciùs aut copioſiùs evaſerit, aut ſi ſeorſim à reliquis ſeparetur.*

Prima genera Morborum vnde.

82. Hinc quoque prima genera Morborum, quæ partibus ſimilaribus accidunt, deducuntur. Nam ſi quid τῆς δυνάμεως *quatuor humorum, plus aut minus iuſtò fuerit: Inde neceſſario ſequitur ſimplex intemperies. Si verò* καὶ δυνάμεως καὶ πλήθεος *quippiam plus aut minus iuſtò fuerit: intemperies ſequitur cum humoris affluxu, vti etiam ſolutio continui: ſi quid* χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι.

83. Organici Morbi autem, qui penes Vitiatam partium conformationem, Magnitudinem, Numerum, ſitumque conſiſtant: non ex ratione Elementorum. quibus corpus conſtat, deducuntur: ſed ex forma ipſa partium: ſemperque eadem genera Morborum organicorum habebis, qualiacunque ponantur eſſe Elementa. vide in libro de Morb: diff. cap. 4. a.

Diſputatio II,

De Inſtrumento Sanguificationis, Venarumque Principio.

THESIS I.

QVoniam in ſuperiori diſputatione oſtendimus, Naturam hominis conſtare, ex mixtione quatuor humorum, qui in venis arteriiſque continentur; Idcircò proximum eſt, vt ad eandem Hominis Naturam melius

melius intelligendam , etiam quæramus , de eorundem humorum generatione.

2. In hâc autem Diſputatione, Cauſſæ nobis inquirendæ ſunt, ex quib. quatuor humores, totaq; ſanguinis maſſa generetur.

3. Et quia de finali Cauſa, vſuq; omnium humorū, itemq́; de forma cuiuſque eorum, abundè in priori diſputatione eſt dictum: Idcircò de eorum Materia & Efficiente hic erit dicendum.

De Materia quatuor humorum.

4. Cuius rei Exordium hinc ſumendum eſt , quòd quæ Cauſſa formavit partes corporis noſtri, eadem facultates ijs attribuit, quibus augeri, nutriri & conſervari poſſent.

5. Vt ergo omnibus aliis partibus: ita ventriculo quoque facultatem inſeruit, qua percipere poſſet indigentiam alimenti: inde verò irritari, ad illud per os acquirendum: ex ore attrahendum: attractum retinendum: alterandum, alterato fruendum, & quod reliquum ſupereſt, tanquam oneroſum excrementoſumq́;, à ſe in Inteſtina expellendum.

6. Et quamvis ventriculus, Ratione carens, non propter alias partes trahat, ſed perinde vt aliæ partes à propriæ indigentiæ ſenſu, adeoq́; ſui ipſius cauſa irritetur ad trahendum: contingit tamen ex Artificis providentia, vt eius, quod ei ſuperfluum excrementoſumq́; eſt, magnà portio alijs corporis partibus, in Alimentū cedat.

7. Itaq; per venas Meſeraicas Hepar primum, ſibi at-

trahit chylum,ex eâ maſſâ,quam ventriculus reiecerat, Attractum Retinet, Alterat, Alterato fruitur & inde nutritur: & quod reliquum eſt deinde,etiam tanquam Excrementum in venam Cavam,aliasq; reijcit.

8. Ex venis reliquæ partes omnes trahunt,de ea ſubſtantia, quam Hepar tanquam ſuperfluam, à ſe in eas reiecerat: illa autem eſt Sanguis humorum mixtione conſtans.

9. Et perinde vt extrà nos videmus, Stercus hominum,quibuſdam alijs Animalibus eſſe Alimentum: ita in humano corpore,excrementi primæ concoctionis,quæ fit in ventriculo, potior pars, eſt Hepati familiare alimentum: & excrementi concoctionis ſecundæ,quæ perficitur in Hepate,itidem potior pars,eſt Alimentum reliquis omnibus corporis partibus,vt docuit Gal. lib. 3. de nat. fac. cap. 9. & lib. 6. de placit. cap. 8.

10. Materia igitur quatuor humorum, qui in maſſa ſanguinis continentur,proxima eſt,Chylus: qui per Meſeraicas venas,ex ijs attrahitur,quem ventriculus peracta prima concoctione,tanquam ſuperfluum,à ſe in Inteſtina reiecerat.

11. Idemq; chylus cùm ob diverſitatem ciborum,quibus nutrimur: tùm ob diverſitatem alterationis diverſarum eius partium,factæ in ventriculo: neceſſariò obtinet partes tenuitate, craſſitie, caliditate, frigiditate, humiditate,ſiccitateq; differentes.

12. Has differentes chyli partes,neceſſe eſt etiam, ab eodem Hepatis calore,inæqualiter alterari: Nam,exempli gratia, quæ tenuiores, calidioresq; eiuſdem partes erunt,illæ prius aſſabuntur,quàm craſſiores,crudioresq; moderatè coquantur.

13. Et-

Digitized by Google

13. Etſi ergo Hepatis reſpectu vnus idemq; Calor ſit: reſpectu tamen eorum, quæ alterantur ab eo, non eſt vnus, ſed eorum quibuſdam moderatus exiſtit: quibuſdam nimius: quibuſdam nimis debilis.

14. Rectè igitur Galenus lib. 2. de Natur. facult. cap. 8. ſ. ex ſuâ, Hipp. Ariſtot. Anaxagoræ, Philotimi aliorumq; veterum ſententiâ, dixit ſanguinem à moderato Calore gigni. Reliquos humores ab immoderato generari.

15. E contra Fernelius Vir Doctiſſ. hoc Galeni dogma lib. 6. Phyſiolog. 4. malè reprehendit.

Ratio diſtributionis Alimenti.

16. Nec probamus etiam modum, quo, idem Fernelius cap. 2. eiuſdem libri, docuit chylum hunc ad hepar peruenire: aſſerens cibi ac potus diſtributionem, nō tantùm tractione venarum hepatis, ac reliquarum partium fieri, ſed etiam ſpontaneo influxu.

17. Quod ſi .n. ſpontaneo in fluxu, & non tractione Hepatis ac Venarum, in Potatoribus vinū diſtribueretur: deorſum potius per amplas vias, ponderis ſui ratione, in inteſtina & alvum vacuaretur: quàm quod ad latus ferretur, per anguſtiſſimas ac repletas vias, verſus Renes ac veſicam.

18. Sed ſi omnis cibi ac potus diſtributio, fit ſola tractione Hepatis venarum, ac partium trahentium ſibi id quod eſt familiare: cur contingit homines plethorâ ac cachexia laborare? cur plus trahunt partes quam opus ſit?

19. Reſpondemus: Omnibus partibus ineſſe vim, trahendi

Digitized by Google

trahendi id quod eſt familiare : ſed quantitatem eius quod trahi oportet, non Tractricis, ſed Retentricis facultatis reſpectu, eſſe definitã: Nam vbi Retẽtrix gravatur pondere attractæ materiæ : non modò nil amplius trahitur: ſed ceſſante Retentrice inſurgit Expultrix vt dicitur cap. 3. lib. 3. de. Nat: fac.

20. Attactrix enim non ceſſat trahere, donec Retentrix gravetur: apparetq́; id in Helluonibus, quorũ ventriculus deglutit, donec nauſea ſuperveniat.

21. Conſuetudo quoq; multum facit, vt plus aut minus partes trahere poſsint.

22. Deniq; etiam hoc addimus. Sicuti quædam actiones voluntariæ, neceſsitati naturæ ſunt obligatæ, vt etiamſi nolis, tamen eas cogaris edere : Ita quaſdam Naturales, voluntati noſtræ aliquantum obedire.

De Sanguificationis Inſtrumento prima opinio.

23. Hac de materia quatuor Humorum, deinceps ad Efficientem cauſſam veniendum erit, cuius nomine, intelligimus partem corporis noſtri, quæ ſanguinem efficit, in quo omnes quatuor humores continentur.

24. De hac parte triplices iam olim fuerunt ſententiæ. Quidam enim aſſeruntCor eſſe ſanguinis officinam, & venarum omnium principium: Alij Venis, hoc ipſum attribuerunt : Alij deniq; Hepati ſanguinem generandi munus aſcripſerunt, venarumq́; principium attribuerunt.

25. Cor ipſum ſanguinis officinam, eſſe exiſtimavit Ariſtoteles

Digitized by Google

Ariſtoteles cùm alijs locis, tum lib. 2. de part. ani. cap. 7. & lib. 3. cap. 4. docuitq́; vnam tantùm eſſe partem principem, quæ ſedes foret omnium facultatum, & proinde etiam ſanguificæ.

26. Eandemq́; ſanguificam vim ob id cordi aſcribit, quòd videamus in Cordis ventriculis, ab ipſa cordis ſubſtantia, ſanguinem immediatè contineri, cùm cæteræ partes omnes, eum non niſi in vaſis contineant.

27. Hinc autem inferebat Venas & Arterias quoq́; inde oriri, & ſanguinem ab ijſdem cavitatibus aſſumere.

28. Cui ex Galeno Reſpondemus. Primò. Cor immediatè continere ſanguinem & primariò, non quemlibet autem, ſed ſanguinem ſpirituoſum calidioremq́;, qualis eſt etiam in Arterijs, quo ſenſu Plato in Timæo dixit; Cor eſſe πηγὴν τοῦ περιφερομένου σφοδρῶς αἵματος, id eſt. fontem eius ſanguinis, qui cum impetu fertur lib. 6. cap. 8. d. de Placitis.

29. Eundem autem ſanguinem, haurit Cor ex Hepate, per truncum Venæ Cauæ, ſurſum aſcendentem, eumq́; præparat & talem efficit.

30. Quòd ſi enim Venæ ex corde orirentur, & non ex Hepate, oporteret truncum vnum aliquem, aut plures maximos eſſe, in ipſo exortu ex corde qui ſenſim in minores per vniverſum corpus diſtribuerentur, vti videmus in exortu Arteriarum contingere.

31. Sed hoc iuxtà Hepar apparet, non iuxtà cor: ex Hepate enim prodeant duo trunci maximi, vnus Venæ Portæ, alter Cava Venæ; qui ſenſim in minores diſtribuuntur, per vniverſum Corpus lib. 6. de Plac. cap. 3.

32. In

Digitized by Google

32. In nullam enim partem omnes venæ conveniunt, quàm in Hepar: vt ex eo ortum trahere eas oporteat. libr. 6. de Placit. cap. 8.

33. Deniq́; ſi Hepar non ſit Sanguificationis inſtrumentum: fruſtrà id factum eſſe oporteret lib. 6. cap. 4. de Placit.

34. Etſi fortè dicas, Hepar Sanguinem præcoquere & præparare cordi, vt in eo perficiatur & abſolvatur, rurſumq́; hinc confici, Cor eſſe ſanguinis veram officinam.

35. Duo iterum tibi obſtabunt: nempe quod ita oporteret totum ſanguinem in Hepate genitũ, ad cor tranſmitti: vti totus chylus ad Hepar mittitur: & tota vrina ad veſicam.

36. Deinde oportuiſſet, ea quæ ſanguinem expurgant Vaſa, Cordi adhærere, nõ Hepati. lib. 6. de Plac. cap. 4. Vide prop. 77. diſputationis de Animæ facult: Argumenta Cæſalpini, pro Ariſt: eorumq́; confutationem.

Secunda opinio de Inſtrumento Sanguificationis.

37. Altera ſententia fuit eorum, qui exiſtimarunt: Sanguinẽ generari à propria venarũ ſubſtantia; quam etſi Gal: lib. 6. de Placit. Hipp. & Plato præcipuè cap. 8. evidenter confutaverit: extitêre tamen ſuperioribus annis, qui eam propè ſepultam iterum eruerunt, & Argumentis confirmare conati ſunt.

38. Ex hiſce mihi videtur primus fuiſſe Laurentius Ioubertus Paradoxo 4. decadis primæ: quem poſtea Iacobus

Digitized by Google

cobus Scheckius in lib. de Sanguificationis inſtrumento, Cæſalpinus 5. quæſtionum peripateticarum 3. Archangelus item Picolhomineus, & alij ſequuti ſunt. Viri certè Doctiſs.

39. Argumentis vſi ſunt varijs: Primumq́; autoritate Galeni nituntur, qui multis locis aſſerit: venis ineſſe vim ſanguinem generandi.

40. Deinde, cùm venæ omnes ſanguinem ſecundùm Naturam contineant, eædemq́; ante hepar extiterint, neceſſe eſſe aiunt, vt eum ipſæ confecerint, non ab hepate acceperint.

41. Tertiò omnes Actiones Naturales, requirunt, vt Agentia per contactū agant, in id quod patitur: itaq; cùm venæ, primæ hauriant chylum ex inteſtinis, eundemq́; tangant; meritò ipſæ quoq; eundem Alterant & in ſanguinem convertunt.

42. Hepar enim non tangit ipſam maſſam ſanguinis: quia tantummodo forinſecùs venis adnaſcitur:

43. Quartò, ſi Hepar eſſet Sanguinis officina, oporteret in eo Cavitatem eſſe factam, in quam chylus reciperetur, alteraretur, & in ſanguinem contactu propriæ carnis iecorariæ, converteretur: vti in ventriculi cavitate cernimus, cibos in chylum, contactu propriæ ſubſtantiæ converti.

44. Colorem ſanguinis rubrum eſſe poſſe, quamuis venæ à quibus factus eſt, ſint albæ. Primùm quia color eſt accidens. Item: quia à calore venarū coquente ſanguinemq́; efficiente, materiæ cōtentæ primū albeſcant: ſecundò flaveſcant, tertiò rubeſcant, vlterius cocta materia nigreſcat, vti carnes ab igne affici novimus.

45. Scheckius

45. *Scheckius vir doctiſſ. propterea ſanguinem rubrum eſſe dicit: quòd venæ eum generent, non Actione* ὁμοειδεῖ, *qualis ea eſt, qua partes nutrimentum ſibi aſſimilant, ſed Actione quæ fit* κατ᾽ ἐντελέχειαν: *qualis ea eſt, qua Aſtra generant Metalla: in hâc enim, non ſimilem eſſe Effectum efficienti.*

46. *Hepatis vſum eum tantummodo eſſe, vt extremitates primarum venarum copulentur cum extremitatibus ſecundarum: hoc eſt, vt Radices venæ portæ coniungantur, cùm radicibus venæ cauæ. Item vt bilioſus humor illîc expurgetur, & ſanguis perfectior illîc fiat.*

47. *Non poſſe etiam fieri, vt ventriculus & inteſtina nutriantur ſanguine, niſi concedamus, venis ineſſe vim ſanguificam.*

48. *Arterias quæ in ventrē & inteſtina pertingunt, neceſſariò attrahere aliquid chyli, eumq́; oportere non ab hepate, ſed ab ipsâ Arteriarum ſubſtantiâ, in ſanguinem converti.*

Reſponſio ad Rationes, quę probant Venas Sanguificare.

49. *Quid igitur ad hæc Argumenta Reſpondendum? Nimirum Galeni auctoritatem quod attinet, ad hanc primum Reſpondemus: Galenum ſeipſum explicare, ita vt quæcunq; vis venis inſit ſanguifica, ea ijs inſit,* οὐ κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, *non ratione propriæ naturæ: ſed ratione principij vnde oriuntur lib. 6. de Plac. cap. 8.*

50. *Nam, quemadmodū nervi, à cerebro, animalem: Arteriæ, à corde, pulſificam: ita venæ ab hepate obtinent*

τὴν

τὴν φυσικὴν δύναμιν.i. *facultatem Naturalem. lib. 1. de vſu part.cap.16.*

51. In eandem ſententiam lib. 4. de vſu part.cap.12. ait,venis Meſeraicis propter Hepar, ineſſe vim aliquam ſanguinem efficiendi.

52. Hinc fit vt chylus in ijſdem, ὑπογραφήν τινα καὶ ἀμυδρὸν εἶδος αἵματος, *id eſt,quandam rudem ſanguinis delineationem ac ſpeciem acquirat,antequam ad Hepar perveniat cap.3. eiuſdem libri.*

53. Venas deinde negamus fuiſſe ante hepar: & negamus etiam ſequi, vt ſi ſanguinem ſecundùm naturam contineant:eum propterea ipſæ generarint.

54. Nam cor etiam in ſuis ventriculis, ſanguinem continet,ſecundùm naturam: nec tamen eum generavit;ſed ab hepate hauſit,eumq́ puriorem , calidiorem magiſq́ ſpirituoſum effecit.

55. Venas ante hepar fuiſſe, dupliciter aſſerunt: Alij quidem propter vmbilicalem venam,quæ omnium prima eſt;quæq́ ſanguinem ad hepatis generationem ſuppeditat. Alij quòd Venæ,Nervi & Arteriæ, ſint prima Corpora.

56. De hâc dicimus, quod non ipſa ſanguinem generat,ſed trahit ex materno vtero:deinde quod eadem, non niſi tamdiù vena ſit, quamdiù cohæret,cum venis vteri materni.Vt proinde venarum vteri materni potius, quàm fœtus, propago quædam exiſtat: à quibus vbi eſt abſciſſa,in ligamentum abit.

57. Quæ verò propriè venæ ſunt fœtus, quibus augetur,nutritur,in vtero,& extrà vterum : eas vt concedimus, ex vmbilicali ceu Traduces tranſplantatas: ita aſ-

 ſerimus,

Digitized by Google

ſerimus, radicari hanc tranſplanationem oportuiſſe in Hepate,& inde progerminari. de fœtus format. cap. 3. b. & lib. 6. de Plac. cap. 5.

58. Eſtq́ hæc reliquarum venarum ab vmbilicali traductio, ſimilis ei, qua de arborib. in arbores vites per rumpos traducuntur.

59. Nam & Rumpi, qui prius ex ſtirpe ſuccum trahunt, ſcrobibus defoßi; Radicationem faciunt in terrâ: & inde poſtea trahunt alimentum, creſcúntq́, quamvis à ſuo primo ſtirpe amputentur.

60. Schechius Vir Doctiß. docet, Venas, Arterias, Nervos, omnium eſſe prima corpora, ceû ſtamina telarum: quibus omnis generis parenchymata & Carnes, perinde vt ſubtegmina telarum, intertexantur, & proinde venas ante Hepar fuiſſe: nec ſanguificam vllam vim, habere ex eo potuiſſe,

61. Id duobus modis probat: Quia ex ſemine formentur. Et quia aliâs non poſſent perforare partes, per quas eſt tranſeundum, ſi ijs eſſent poſteriores.

62. Nos verò dicimus ex ſemine formari, non Venas, Arterias, Nervóſq́ ſolùm: ſed etiam oſſa, Cartilagines, ligamenta, membranas, tendines, omnesq́ ſpermaticas appellatas partes.

63. Cúmq́ vtriuſq́ parentis ſemen, vix Avellanæ nucis molem æquet, nec vteri capacitas, in muliere non prægnante, maiorem molem capiat: ſequitur ſingularum ſpermaticarum partium, ex tàm exigua mole, non niſi primordia quædam primũ formari poſſe, aut quaſdam veluti Radices, qualis eſt in venoſo genere, vmbilicalis vena.

64. Ex

Digitized by Google

64. *Ex hiſce verò primordijs ac veluti Radicibus, vnà tùm carnibus augeri & creſcere ſingulas partes; nec opus eſſe eas perforari, cùm vnà cùm illis creſcant.*

65. *Ad id quod de Contactu afferunt, Reſpondemus, contactum non omnem eſſe immediatum. Nam & ignis per ollarum ferream ſubſtantiam, aquám item in ollis contentam penetrat, & coquit carnes.*

66. *Et calor Gallinæ incubantis, penetrat putamen albumenq́; ovi, & alterat genituram in profundo ovi, efficítq́; pullum.*

67. *Cur ergo nequeat Hepatici Parenthymatis facultas, per tenuiſſimam venarum ſubſtantiam penetrare, & contentam in ijs materiam, ſecundùm ſuam naturam alterare, & in ſanguinem commutare? cùm videamus etiam ſanguinem in Venis Mamillarū contentum, vi parenchymatis mamillarum in lac converti.*

68. *Cavitatem verò quod attinet. Reſpondemus ex lib. 6. de Anat. adminiſt. cap. 2. & lib. 4. de vſu part. cap. 13 g. b. longè maiorem eſſe mutationem, quâ ex chylo fit ſanguis, quàm ea ſit, quâ ex cibò fit chylus.*

69. *Vt eadem magna mutatio fieri poſſet commodiùs, non coniunctim totam chyli materiam, in ſinu quodam concoqui oportuiſſe: ſed in multas partes diviſam per hepatis ſubſtantiam, in tenuiſſimasq́; venas diſtributam.*

70. *Ruboris in ſanguine rationem, ab Iuberto, & ijs qui illum ſequuntur, allatam non aptam eſſe, plurimaq́; inde ſequi abſurda, & inter cætera; quòd ita oporteret, primò totum chylum in pituitam; ſecundò in bilem, tertiò in ſanguinem, vltimò in Melancholiam verti.*

71. Quam Scheckius adfert, adhùc minus aptam eſſe: nam ex ea ſequitur plures eſſe facultatum differentias in Homine, quàm Animales, Vitales & Naturales.

72. Eam enim quam κατ' ἐντελέχειαν vocat, ad nullam harum poſſis revocare, cùm ſanguificam oporteat, ſub Naturali concoctrice eſſe comprehenſam.

73. Vſum quem hepati aſſignant, leviorem etiam dicimus quàm vt eius cauſſa tantum viſcus in Animante ſit factum.

74. Ventriculum & inteſtina, ſanguinem ad ſui nutritionem, per eaſdem venas ab Hepate trahere poſſe, per quas illi chylum traſmiſerunt, lib. 3. de Nat. fac. cap. 13.

75. Arterias quæ ad Ventrem & Inteſtina pertingunt, non chylum inde haurire; ſed calorem nativum eorum fovere lib. 3. de Nat. fac. cap. 14. Veſalius item lib. 5. cap. 3.

De Sanguificationis Inſtrumento Tertia Opinio.

76. Quòd ſi ergo & ij qui Cordi: & ij qui venis aſcripſerunt ſanguinis generationem, errarunt: de tertia opinione, quæ id munus aſcribit Hepati, quid ſentire oporteat, deinceps videndum.

77. Hanc ſententiam præcipuè Hipp. & Galenus ſequuti ſunt; qui docuerunt, Hepar eſſe Sanguinis ac venarum principium. Egitq́ue Gal. de hac re, præcipuè lib. 4. de vſu part. cap. 3. 4. 5. 12. & lib. 6. de Placit. cap. 3. 4. 5. 8.

78. Ad vtrumque horum comprobandum, vſus eſt pro-

propoſitionibus quibuſdam ἀναποδείκτοις, tanquam fundamentis: è quarum numero hæ ſunt.

79. Natura omnia agit meliori modo. Itaq; ſi quam facultatem alicui parti inſerit, ſimul etiam eidem parti attribuit inſtrumenta, quibus facultas illa poſsit agere, ne otioſa eſſe cogatur.

80. Quæcunq; pars corporis noſtri, concoquit aliquã materiam pro alimento, eandem concoquendo ſibi aſsimilat; quod Galenus his verbis expreſsit: ἕκαστον τῶν ἀλλοιούντων μορίων τὴν τροφὴν, οἷον σκοπόν τινα ἔχει καὶ τέλος, ἑαυτῷ συνεξωμοιῶσαι τὸ ἀλλοιούμενον. 4. de vſu partium cap. 12. a.

81. In venis & Arterijs, Maiores truncos minorum eſſe principia: perinde vt in Arboribus cernimus, Truncum in maximos Ramos, hosq; in minores, alios atq; alios, ad minimos uſq; diſtribui.

82. In omni Inſtrumento, cui ſive vnica, ſive gemina aliqua Actio eſt demandata, vnam quandam ſimilarem partem, eſſe eius Actionis cauſſam: & quidem eam, quæ eius Inſtrumenti propria eſt.

83. Quæ enim communes partes ſimilares ſunt, multis Inſtrumentis: communem vſum atq; functionem in omnibus habere. Exempli gratia, Nervus, in brachio, manu, digito, pede, ventre, alijsq; partibus, ſemper eſt vehiculum ſenſitivæ & motricis facultatis.

84. Hiſce ita poſitis ſic infertur. Ea pars corporis noſtri, generando ſanguini eſt deſtinata, & illius officina eſt cenſenda, in quâ omnia inſtrumenta exiſtunt: quæcunq; & ad materiam comparandam: & ad eam in ſanguinem convertendam: & ſanguinem factum ab

Digitized by Google

excrementoſis ſuperfluitatibus expurgandum: & ad eũ omnibus corporis partibus diſtribuendum requiruntur.

85. Omnia autem hæc in hepate habemus: Ad materiam comparandam enim ſunt venæ Meſaraicæ, ab hepatis porta prodeuntes, in Inteſtina & ventriculum, per Meſenterium multiplici ſobole diſtributæ, per quas Hepar, tanquam per Manus chylum attrahit

86. Ad materiam hanc in ſanguinem convertendã, habemus parenchyma hepatis, per cuius ſubſtantiam venæ portæ radices diſtributæ: continent materiam multipliciter diviſam, vt magnam hanc mutationem faciliùs ſubire poßit, & per concoctionẽ, in ſimillem ei quod concoquit ſubſtantiam converti.

87. Cui enim parti corporis ſimillimus eſt ſanguis: ab eiuſdem alteratione & coctione factum eum eſſe oportet: ſimillimus autem eſt parenchymati hepatis.

88. Idem hoc parenchyma, propria eſt hepatis ſubſtantia: neq; in vllâ aliâ parte invenies Carnem, Hepatis Carni ſimilem: cùm reliquæ partes, venæ ſcil. Arteriæ, Membranæ, ligamenta, & in alijs partibus inveniantur.

89. Expurgando ſanguini ab Excrementis, parata habes, primùm veſicam fellis, quæ Hepati adnexa, amarum excrementum trahit. Secundò Lienem è regione poſitũ, qui, per Ramum portæ trahit craſſum ac Melancholicũ excrementum. Tertiò Renes, hepati ſubiectos, qui vtrinque à vena Cava trahunt excrementum ſeroſum.

90. Vbi ex concocto chylo & in ſanguinem, ſubſtantiæ parenchymatis ſimilem converſo, tantum accepit hepar, quantum pro ſui nutritione ſufficit: Reliquum tanquam oneroſum atq; ſuperfluũm, ſuſcipiunt venæ,

quæ

quæ à gibbo hepatis in Cavam prodeunt, & in omnes partes corporis diſtribuunt.

91. Etſi quis maximè cum Ariſtotele contendat, venas ex corde oriri, non ex hepate, is tamen cogitur confiteri, omnes venas in Hepar convenire: non in Cor, cùm Meſaraicarum nulla cor attingat.

92. Ipſa verò Ratio, ex Truncis maioribus, qui ſubinde in minores dividuntur, docet, venas ab Hepate oriri, vt ante propoſitione 30. contra Ariſt. oſtenſum eſt. Vti etiam, quo modo ex Hepate oriantur, contra Ioubertum & Schecķium propoſit. 53. & ſequentib.

93. Meritò ergo inferimus; Vnde prima origo Venarum, illic eſſe officinam ſanguinis; cùm venæ ſint ſanguinis propria receptacula.

94. Apparet hoc adhuc evidentiùs: quòd Affecto inſigniter Hepate, exempli gratia per Scirrhum, ſequitur hydrops: at ſi Venæ ſanguinem generarent, non debebat ex Scirrho hepatis hydrops ſequi.

95. Deniq; quandoquidem, vt cerebrum Animalis facultatis eſt principium, & cor vitalis: ita hepar Naturalis potentiæ ſedem atque Principium omnes fatentur: ſequitur vtiq; quòd vim habeat generandi materiam, proprijs functionibus edendis idoneam: neq; enim aliâs eſſet principium.

96. Præcipuæ actiones Naturales, ſunt Generatio, Auctio, Nutritio: quæ omnes ſanguine perficiuntur, partim immediatè, partim mediatè ſeminis interventû, quod etiam ex ſanguine fit.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

CL. GALENI
DE
TEMPERAMENTIS
LIBRI TRES.

Poſt Diexodicam in Academ. Baſilienſi enarrationem, ſummatim contracti in propoſitiones.

Ad
Illuſtres & Generoſos D. D. D. Barones Naruſſevicios, D. Andream, D. Samuelem, & D. Albertum, Dominos in Vidzis, & Servieta.

Reſpondentibus,

D. ANDREA MAEDERO Colmarienſe.

D. M. IOAN. FRIDERICO WERDENBERG Baſil.

D. CHRISTOPHORO ERYNGIO Vratiſlavienſi.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio I,

De Numero Temperamentorum.

Temperamentum quid?

THESIS I.

QVod Latini vocant Temperamentum: Id à Græcis communiter κρᾶσις, *& ab Hipp. etiam* κρῆσις *dicitur: deducto nomine à* κεραννύσθαι *ſeu* κεκρᾶσθαι, *quod miſceri ac mixtum eſſe ſignificat.*

2. Vt igitur in omni Mixtione, res diverſæ naturæ commiſcentur: ita etiam in Temperamento: ſed non qualibet tamen, neque quomodocunq;.

3. Quæ enim in Temperamento commiſcentur, ſunt Calidum, Frigidum, Humidum, Siccumq́; Elementum: ſive Ignis, Aqua, Aer, Terra.

4. Modus Mixtionis eſt is, quem partim Galen. lib. 1. de Elem. cap. 9. d. expreſſit inquiens, δι᾽ ὅλου ἀνάγκη κεκρᾶσθαι τὰ στοιχεῖα. *i. Elementa in ſe invicem, per totam ſubſtantiam, miſceri oportet. Vt nulla pars mixti detur, quæ non ſit omnium quatuor particeps.*

5. Partim Ariſt. lib. 1. de Ortu & Interitu cap. 10. Vbi, inter cætera ait, quæ hoc modo mixta ſunt, in mixto δυνάμει ὑπάρχειν, ἅπερ ἦσαν πρὶν μιχθῆναι. Ενεργείᾳ ὄντος τοῦ γιγνομένου ἐξ αὐτῶν, *i. non niſi potentia remanere id quod erant: Actû interim exiſtente eo, quod ex ijs eſt factum.*

6. Alterari igitur oportet, mutuâ Actione & Paſſione, quæ-

Digitized by Google

ne, quatuor illa quæ in Compoſita ſubſtantia miſcentur, atq; vniri.

7. Eſt enim vera mixtio, vt ab Ariſt. capite iam citato dicitur, τῶν μικτῶν ἀλλοιωθέντων ἕνωσις, *id eſt miſcibilium alteratorum vnio.*

8. Temperamentū igitur eſt Mixtio Calidi, Frigidi, Humidi, ac Sicci, mutua Actione ac Paſſione eorundē facta.

9. Quod ſi breviùs etiam dixeris. Temperamentū eſt Mixtio Calidi, Frigidi Humidi & Sicci Elementi: potentiâ reliquas clauſulas omnes comprehenderis.

10. Fernel lib. 4. phyſiol. cap. 1. docet non mixtionem: ſed mixtionis Rationem, ſeu proportionem eſſe Temperamentum. Nobis autem ipſa mixtio Elementorū, eſt Temperamentum: Proportionis mixtorum diverſitas, differentias Temperamentorum efficit. Vt vides propoſit. 12. 64. & ſequentibus.

11. Quoniam verò Medicis Dogmaticis pro fundamento ponitur. Temperamentum cuiuſq; partis Similaris, cauſam eſſe eius Actionis, quam illa edit. Idq; integrum, bonas functiones edere: Vitiatum ægras: Idcirco plurimùm intereſt, ad Sanitatem methodicè tuendam, aut recuperandam, vt corporis ac partium eius, Temperamenta dignoſcantur: Vti & eorum: quibus corpora noſtra alterantur. vt dicitur in fine libri ſecūdi de Temperamentis.

12. Hâc de re ſcripſit Galenus tres libros: quorum primo docuit. Quot ſint Temperamentorum differentiæ? Altero: quo modo illæ in Homine ac partibus eius dignoſcantur. Tertio denique, quomodo eædem in ijs diſtinguendæ ſint: quibus corpora noſtra alterantur. Liber de inæquali intemperie, pathologicus eſt.

Digitized by Google

Veterum, de numero temperamentorum, ſententiæ.

13. *Caterùm ad inveniendas Temperamentorũ differentias, orditur à Veterum Opinionibus, docetq́ binas fuiſſe, de numero Temperamentorũ, ſententias, eorum qui maximè Celebres extiterunt: quoſdam enim docuiſſe, Quatuor, quoſdam, Binas tantũ eſſe Temperamentorum differentias. hic lib. 1. cap. 2.*

14. *Qui quatuor aſſeruerunt: ij, idipſum probabant ex modis, quibus cohærere inter ſe poſſent* ἐκ πλεονεκτοῦντος *(id eſt, in excellenti gradu alicuius eorum) Calidũ, Frigidum, Humidum, Siccum.*

15. *Id enim quatuor modis fieri poſſe. Nam Calidum cùm Sicco: Calidum cùm Humido. Frigidum cùm Sicco: Frigidum denique cùm Humido poſſe* πλεονεκτεῖν. *Vnde quatuor oriantur Temperamentorum differentiæ. Calida Sicca: Calida Humida: Frigida Humida: Frigida Sicca.*

16. *Qui binas tantummodo Temperamentorum differentias eſſe contendebant: ij negabant Calidum cùm Humido poſſe* πλεονεκτεῖν*: vt nec Frigidum cùm Sicco.*

17. *Calorem enim* πλεονεκτοῦντα *abſumere Humidum, vt inde neceſſariò ſequatur Calidum Siccúmque Temperamentum. Contrà verò Frigore abundante, non poſſe Humiditatem abſumi, neq; vnquam evadere poſſe Siccum Frigidumq́ Temperamentum: ſed remanere frigidum humidumq́ lib. 1. cap. 2. de tem.*

18. *Galenus vtriuſq; ſententiæ autores arguit: erraſſeq́ potiſ-*

Digitized by Google

potiſſimum oſtendit ob eam cauſam, quod Ευκρατον κρᾶσιν, id eſt, Temperatum Mediumq́ Temperamentū omiſerint: quod primò ponere oportuit, & per illius cōparationem, reliquas Temperamentorum differentias inveſtigare. ibid. cap. 3.

19. Qui tempore Galeni celebres erant Medici, vt Athenæi Sectatores, & alij, Veterum ſententiam, de quatuor Temperamentorum differentijs, defendebanto, ſtendebantq́ Ευκρατον κρᾶσιν non eſſe omiſſam: ſed ſub Calida & Humida comprehenſam.

20. Nam cùm reliquæ Temperamentorum differentiæ, auctæ ſiant Morbi: hanc ſolam talem eſſe, quæ etſi augeatur, non in morbum tranſeat: propriumq́ eſſe τῆς εὐκράτου κράσεως, vt in eâ Calidum cum Humido abundet.

21. Hinc verò fieri, vt Ver Calidum Humidum ſimul atq́ Temperatum exiſtat. Pueritia etiam Calida Humidaq́ ſit, ac maximè ſalubris. Calidam denique humidamq́ conſtitutionem, maximè eſſe Morti contrariam, vt inde apparet, quod Mortuos Græci vocant ἀλίβαντας, tamquā omni Calore ac ſucco exhauſtos. lib. 1. de Temp. cap. 3. b. c.

22. Contrà verò Galen. cap. 4. eiuſdem lib. 1. Quia omnes hæ quatuor Temperament. differentiæ ἀμετρίαν exprimunt (vt apparet ex modo, quo ij quatuor eſſe Temperament. differentias probant, de quo ante propoſit. 12. diximus.) Idcirco nullâ eorum poſſe contineri Εὔκρατον. Deinde aſſerit quoque, Ver minimè eſſe Temperamenti Calidi atque Humidi: ſed potiùs Temperati.

23. Idq́

23. Idq́ de Vere, Senſu ipſo eſſe iudicandum. Neq; enim nos in eo ſentire frigus immodicũ, quale eſt Hyemis: neque Immodicum calorem, vt Aeſtatis tempore, neque tot pluvias, vti in hyeme, neque tantum ſqualorem ſiccitatémque, quantam percipimus æſtivo tempore. Deinde Ratione quoque, quia Ver ſaluberrimum eſt, & minimè morbis obnoxium 3. Aph. 9

24. Tertiò Comparatione quæ legitimè inſtituatur, utriuſque oppoſitæ qualitatis uernalis, cum ſimilibus reliquorum anni temporum qualitatibus: Ita enim comperies, reſpectu Calidi & Frigidi, Ver, medio modo ſe habere: quia neutrum horum tantum habet exceſſum, quantum in alijs anni Temporibus: Eodémq; modo comperies, idem eſſe Mediocre in Humido ac Sicco.

25. Calidam denique Humidámq; Temperiem, atq; Aëris conſtitutionem, omnium peſſimam eſſe, putredini item putridíſq; morbis maximè obnoxiam.

26. Talem verò naturaliter, neque Vernalem, neque Aeſtivam, nec Autumnalem, nec Hyemalem eſſe: ſed tantummodo præternaturalem & Peſtilentem Aeris conſtitutionem. Cuiuſmodi Exempla extant apud Hipp. 2. Epid. ſect. 1. ab initio: Vti etiam initio ſect. 3. lib. 3. eiuſdem operis.

Veteres erraſſe, & quæ ipſis fuerint cauſæ erroris.

27. Errarunt ergo Veteres, qui docuerunt binas eſſe Temperamentorum differentias: Vti & ij, qui quatuor tantùm poſuerunt.

28. Deinde non minus errarunt ij quoque, qui Eu-

κρατορ

κρατον Temperiem, ſub vnâ harum quatuor, nempe Calida & Humida, comprehenſam eſſe exiſtimarunt. Vti & illi, qui Ariſtotelem & Theophraſtum eiuſdem ſententiæ fuiſſe docuerũt Ver item Calidi Humidiq; Temperamenti, ſimul atq; εὔκρατον aſſerunt.

29. Errorum huiuſmodi cauſas plures habuerunt, inter quas, cap. 5. 6. 7. eiuſdem lib. 1. de Temp. recenſentur. I. Logices Ignorantia. II. quod ποσαχῶς λέγεται τὸ θερμὸν, ψυχρὸν, ὑγρὸν ξηρὸν. i. Quotupliciter accipiatur Calidum, frigidum, Humidum, Siccum, itidem ignorarint. III. Quod non expenderint, Ες ὅτι χρὴ βλέποντες, ἢ Ευκρατον ἢ δύσκρατον ὑπολαμβάνειν. i. Cuius Reſpectu Temperatum aut Intemperatũ diſtinguere oporteat? IIII. Quod neſciverunt, ὅτι ȣκ ὁμοίως, ὑγρὰ ἢ θερμὴ ζώȣ κρᾶσις, ἀέρος ὑγρὰ ἢ θερμὴ καταςασις λέγεται. i. Quod non eodem modo Calida humidaq; Animalis Temperies dicatur vt Aëris hic cap. 5. d.

30. De Prima cauſa hîc dicendi locus non eſt: de Secunda ac Tertia ſi dixerimus: ſimul etiam quartã enarraverimus.

31. De II. ergò dicimus, quòd, etſi plures ſint Calidi, Frigidi, Humidi ac Sicci ſignificationes: tamen quæ præſenti inſtituto conferunt, potiſſ. hæ ſunt. I. Quòd horũ quodq; accipitur, vel, quatenus Δυνάμει, i. potentiâ: vel quatenus Ενεργείᾳ, i. actu tale exiſtit.

32. Δυνάμει Calida, Frigida, Humida, Sicca dicuntur eſſe, ea quæ, vt ſummatim dicamus quod, eſſe dicuntur, nondum ſunt; ſed facile fiunt, Vt piper Calidum eſt pôtentia, non quòd primo contactu calidum appareat, ſed quòd à Corpore noſtro facile incaleſcat & id poſtea etiam

iam calefaciat. 3. de Temper cap. 1. Huius modi fere ſunt omnia quæ tamquam Medicamenta accipiuntur: ſive agant Per Se: ſive per Accidens, vt vides initio cap. 4. & medio 5. eiuſdem libri.

33. Ενεργείαι *verò, quæ conſiderantur reſpectû eius, quã iam obtinent qualitatis: ſive eandẽ obtineant* Εμφυτον, *i. inſitũ à natura. ſive* Επίκτητον, *i. acquiſititiam.*

34. Quæ Εμφυτον *obtinent aliquem Calorem, Frigiditatem, Humiditatem, Siccitatem, ea obtinent, harum qualitatum unamquamq́;, vel* Αμικτον καὶ ἁπλῦν, *i. purã ſinceram & Impermixtã: quo modo Ignis continet Calorem & Siccitatem: ac reliqua Elementa ſuas proprias qualitates: Animal autem, in tali ſignificatione, nullum eſt, Calidum. Frigidum, Humidum, aut Siccum, vti neq́; planta aut alia corpora maxima.*

35. Vel eandem Qualitatem obtinent tamquam ἐν τῇ πρὸς τὸ ἐναντίον ἐπιμιξίᾳ πλεονεκτοῦντα, i. quæ in mixtione vincat ſuum contrarium: & in poſteriori hâc ſignificatione conſiderantur rerum mixtarum Temperamenta, præſertimq́; ipſorum Animalium ac partium eorundem.

Ευκρατος temperies atque *Δύσκρατος* quomodo diſtinguendæ?

36. Sed ἐς ὅτι χρὴ βλέπειν, ἐν τῷ εὔκρατον ἢ δύσκρατον ὑπολαμβάνειν? i. quò reſpicere oportet, in eorundem horum Temperamentis dijudicandis, quæ ἐκ πλεονεκτοῦντος dicuntur Calida Frigida Humida Sicca?

37. Reſpondeo. Cùm Medicamenta, quæ ſecundũ po-

tentiam

tentiam conſiderantur, Calida, Frigida, Humida aut Sicca dicuntur, ad Hominem reſpicimus: quem ſi calefaciunt, Calida ſunt, ſin refrigerant, Frigida, Humida item, aut Sicca, ſi Hominem humectent; aut ſiccent. lib. 3. huius operis cap. 5. & lib. 1. de Simplic. cap. 1. lib. 3. cap. 13.

38. In ijs quæ actù talia ſunt: quando, exempli gratia, Aërem Hybernum frigidum, Aeſtivum calidum, Vernalem temperatum, Autumnalem ſiccum vocamus, ad Tactus Humani itidem ſenſum ſpectamus.

39. Sed in Animalium Temperamentis dijudicandis, vt Tactum non negligimus: ita cùm eorum quædam, dicimus Calida, Frigida, Humida, aut Sicca eſſe: Vti etiam cùm partium Humani corporis, quaſdam Calidi, Frigidi, Humidi, aut Sicci Temperamenti pronunciamus: ſemper id, per Comparationem alicuius, exprimimus.

40. Et qui non novit, cuius Reſpectu quæque eorum, dicantur Calidi Frigidi, &c. Temperamenti eſſe: is ea quæ ab Ariſt. Theophraſto, Galeno & alijs Veteribus, de Temperamentis rerum dicta ſunt, intelligere non poteſt.

41. Cuius igitur Reſpectù, dicuntur Res actuali Calore præditæ, imprimiſq; Animalia, corúmq; partes, eſſe Calidi, Frigidi, Humidi aut Sicci Temperamenti?

42. Reſpondeo ex Galeno cap 6. prius citati lib. 1. Id eſſe quandoq; incertum atq; arbitrarium, quod ille vocat τὸ ἐπιτυχὸν: quando reſpectu eius quod libuerit, rem aliquam dicimus Calidi, Frigidi, &c. Temperamenti eſſe. Quâ ſignificatione, Veteres dixerunt omne Animal, eſſe

eſſe Calidi, & Humidi Temperamenti: nempe Plantarũ reſpectu. cap.5. e. huius libri & lib.2. cap.1. f. g.

43. Etſi autem talis comparatio, & apud Veteres, & apud vulgarem loquendi conſuetudinem, in vſu ſæpe ſit: tamen ad Animalium Temperamenta diſtinguenda, imprimisq; in Homine, eiusq; partibus inutilis eſt, & incerta.

44. Certa verò ea eſt, & præſenti inſtituto vtilis, quæ refertur ad aliquid certum, atq; definitum: quale eſt id, quod à Galeno vocatur μέσον, σύμμετρον καὶ εὔκρατον, i. Medium, Symmetrum & Temperatum.

45. Quærendum igitur quidnam illud ſit? Et vtrum vnum Idémque ſit, in omnibus rebus, præſertímque in Hominis, ac partium eius Temperamentis diſtinguendis.

46. Hâc de re dicimus cum Galen. cap.6 iam citato. b.f. Commune eſſe omni medio ſymmetro ac Temperato. τὸ ἴσον ἀπέχειν τῶν ἄκρων, i. vt æqualiter diſtet ab Elementis.

47. Sed quia inter Subſtantias, quarum Temperamenta inveſtigare cupimus, Alia ſunt, Extrema, in ſupremo Subſtantiarum genere: Alia Medijs generib: & Infimis eorundem Speciebus. Idcirco duplex habemus μέσον, σύμμετρον καὶ εὔκρατον. Nempe in ſupremo ſubſtantiarum genere, id quod Ἁπλῶς μέσον exiſtit: In Medijs generibus infimisq; ſpeciebus, id quod πρὸς δικαιοσύνην nuncupatur.

48. In ſupremo genere ſubſtantiarum enim, Extremè Calida, Frigida, Humida, Sicca, ſunt Elementa. Itaque quod in hiſce medium eſt, id æqualiter debet, ab eo,

 quod

quod ſummè Calidum, Frigidum, Humidum, Siccumq́; exiſtit. Tale autē eſt, quod Galeno vocatur Ἁπλῶς μέσον: item μέσον πρὸς ὄγκον τῶν στοιχείων. cap. 6. iam citato. In Scholis ſimpliciter Medium ſeu Temperatum ad Pondus vocatur.

49. Non deſunt, qui συμμετρίαν καὶ εὐκρασίαν illam ſummam, de qua loquitur Galen. lib. 1. de tuenda Sanit. cap. 5. cùm hoc Temperato ad pondus, eandem eſſe exiſtiment. Vti & Fuxius: lib. 1. inſtit. ſect. 3. cap. 2. cenſet, & ſuper caput 2. lib. 2. de Morbor. differētijs. Sed errant: Εὐκρασία enim illa ad eam eſt referenda temperiem, quæ ad Iuſtitiam conſideratur: Imò etiam ad abſolutiſſ: conformationem & vnionem, ut ex ijs, quæ in eodem capite docentur, apparet.

50. Huius autē ad pondus Medij reſpectu, Calidi Temperamenti dicuntur Subſtantiæ omnes, quæ eo ſunt Calidiores. Frigidi, quæ ſunt eo frigidiores. Idemq́; de Humidis atq; Siccis intelligendum: Sic cap. 6. g. h. Sanguis, pituita, Vinum, Oleum, Mel, Humida & contrà, Pilus, Lapis, Lignum, Lapides, Arena, Lateres, Sicca dicuntur.

51. Eiuſdem Comparatione conſiderat Galenus, lib. 2. huius operis. Temperamenta partium corporis humani: generatim ſcilicet, quatenus illa eodem modo ſe habēt, in omnibus hominibus.

52. Docet enim Cutem humanam, eam præſertim quæ in Vola manus exiſtit, eſſe Mediam ad pondus. Et quæcunq; partes, eâdem Cute ſunt Calidiores: eas generatim in omnibus hominibus, inter Calidas partes recenſet. Frigidas, Humidas, Siccasq́; itidem dicit eſſe eas, quæ Cute ſunt frigidiores, humidiores aut ſicciores.

53. Gene-

Digitized by Google

53. Generatim dico, in omnibus hominibus, quia in ſingulis Individuis, cùm de partis alicuius temperamento quæritur: tunc non ad id quod ἁπλῶς μέσον exiſtit: ſed reſpicimus ad μέσον ὁμοειδὲς de quo poſtea agemus: quodq́; ad iuſtitiam vocatur medium.

54. Exempli gratia. Cor etſi generatim, in omnibus hominibus, referatur inter partes Calidas, quia Cute eſt multò calidius. lib. 2. de temp. cap. 3. Nos tamen dicimus Timidos homines, Cor obtinere frigidum, Iracundos Calidum: idq́; intelligimus reſpectu Cordis, quod in Homine Temperatiſſ. exiſtit. cap. 29. 30. Artis Medicæ.

55. In Medijs ſubalternisq́; generibus ſubſtantiarum, quibus continentur Animalia, Plantæ, Arbores Radices, Semina, Fructus, Metalla & ſimilia. In Infimis item horum generum ſpeciebus, nihil eſt extremè Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum: ſed ἐκ πλεονεκτοῦντος tantummodò.

56. Itaque Temperamenta quoque eorum exprimuntur, non reſpectû eius, quod eſt μέσον ἁπλῶς: ſed reſpectû illius, quod πρὸς δικαιοσύνην nuncupatur.

57. Habet verò hoc quoq; cum altero commune, τὸ ἴσον ἀπέχειν τῶν ἄκρων: ſed quia τὰ ἄκρα, hîc alia ſunt, quàm in ſupremo genere: idcirco Medium quoq;, hîc aliud eſt.

58. Exempli gratia, in Animalib: τὰ ἄκρα ſunt Calidiſſ: Frigidiſſ: Humidiſſima ac Sicciſſima Animalia: inter quæ illud Animal dicitur Medium ſive Temperatum: quod æqualiter ab ijs omnib: abeſt.

59. Idipſum verò non pondere, ac menſura contrariorum Elementorum metimur: ſed quod talem habeat

eorum proportionem, ex qua ἄριστα ἔχει τῆς οἰκείας φύσεως, i. optimè poſſit in propria natura ſe habere; ſive functiones, quæ Animalium cuiusq; propriæ ſunt, optimè edere.

60. Tale autem Animal eſt Homo, Galeno teſte, cuius comparatione, Calida dicuntur Animalia omnia, quæ eo ſunt Calidiora. Idemq; de frigidis humidis ac ſiccis ſentiendum.

61. In ipsâ autem Hominum ſpecie, Medius Temperatusq; dicitur ille Homo, qui æqualiter diſtat à Calidiſſ: Humidiſſ: ac Sicciſſimis Hominib: Cognoſciturq; etiam ex eo, quòd ἄριστα ἔχει τῆς οἰκείας φύσεως: hoc eſt ex ipsâ Humanarum functionum præſtantiâ.

62. Huius reſpectu reliqui ſingillatim homines, dicuntur Calidi, Frigidi, Humidi, aut Sicci Temperamenti eſſe, prout eo fuerint Calidiores, Frigidiores aut Sicciores. Sicuti etiam Temperati, quicunq; ἄριστα ἔχει τῆς οἰκείας φύσεως: aut ad ipſius naturam proximè accedunt.

63. Vt autem totius corporis habitus, in ſingulis hominibus, conſideratur reſpectu huius corporis temperatiſſimi. Ita partes quoq; ſingulorum hominum, Calidi, Frigidi, Humidi, aut Sicci Temperamenti dicuntur, reſpectu ſimilium partium, in Temperatiſſimo homine exiſtentium, vt prius propoſitione 50. oſtendimus.

64. Et quæ ratio eſt Inveniendi Medij, in genere Animalium, & ſpecie hominum: eadem quoq; eſt in aliis generibus ſubalternis, & infimis ſpeciebus.

65. Exempli gratia: Temperatiſſ: Vitis, etiam ea eſt, quæ ἄριστα ἔχει τῆς οἰκείας φύσεως, i. quæ plurimas atq; optimas uvas profert. Cuius reſpectù reliquæ dicuntur calidæ,

calidæ, frigidæ, humidæ, aut ſiccæ, prout ea fuerint Calidiores frigid: &c. Idemq́; de alijs eſt ſentiendum omnibus: quorum temperamenta inveſtigamus ſecundum Actum exiſtentia.

De vero numero temperamentorum.

66. Diximus, in quibus Veteres erraverint: & egimus de cauſis, ob quas ijdem, in numero præcipuè Temperamentorum inveniendo, deliquerunt. Qualia item ijſdem cauſis Remedia ſint opponenda. Reliquum eſt vt ipſi oſtendamus, quotnam verè ſint Temperamentorum differentiæ.

67. Ergo ex cap. 8. huius libri 1. de temp. dicimus. Quia Temperamentorum differentiæ, oriuntur ex diverſitate proportionis Calidi, Frigidi, Humidi, Sicciq́; Elementi, in mixto exiſtentis. Idcirco tot principales eſſe Temperamentorum differentias, quot modis præcipuis, in Mixto poteſt eadem proportio variari.

68. Id verò novem modis fieri poſſe. Et proinde novem eſſe præcipuas Temperamentorum differentias, vt hinc apparet.

69. Nam cùm omnia corpora, quorum Temperamenta inveſtigamus, cōpoſita ſint ex Calido, Frigido, Humido ac Sicco Elemento: neceſſe eſt vnum quodque mixtorum, aut μέσον εἶναι τῶν ὑπαρχόντων ἐναντίων, i. Medium eſſe eorum contrariorum, ex quibus componitur, ſive Medium id ſit ἁπλῶς μέσον: ſive πρὸς δικαιοσύνην. Idq́; Temperamentum eſt Εὔκρατον ac primum, Optimumq́;.

70. Aut θαἰτέρῳ τῶν ἄκρων προσκεχωρηκέναι, i. Verſus aliquod Extremorum propendere.

71. Idipſum verò fieri poteſt, vel κατ᾽ ἑτέραν ἀντίθεσιν; vel κατ᾽ ἀμφοτέραν. Et κατὰ τὴν ἑτέραν quidem ita, vt in vnâ duorum contrariorum oppoſitione, mediocritas ſervetur, in alterâ ſolâ ſit immoderatio.

72. Hinc verò oriuntur, differentiæ Temperamentorum quatuor, ſimplices nuncupatæ; nempe, Calida, Frigida, Humida, Sicca. Nimirum, quia mixtum corpus, poterit à medio recedere, aut verſus Calidum, aut verſus Humidum, aut verſus Siccum.

73. Nec debemus dubitare, quin verè exiſtant ſimplices hæ Temperament. differentiæ. Si enim ita poſſunt miſceri Elementa, vt ſit omnium quatuor eorum moderatio: vt in Εὐκρασία: Aut omnium quatuor Immoderatio, vt in Intemperiebus compoſitis: multo magis ita poſſunt miſceri, vt binorum ſit moderatio, & binorum immoderatio. Quibus accedunt, earum notæ, prop. 54. & ſequen. in ſecunda diſputatione traditæ.

74. Item ſi Calidum cohærere poteſt, aut cùm Sicco: aut cum Humido: poterit etiam cohærere cùm eo, quod eſt medium vtrorumq́ʒ. Idemq́ʒ de reliquis Elementis ſentiendum.

75. Quæcunqʒ enim quatuor qualitatum, poteſt cùm vtroque Extremorum alicuius oppoſitionis cohærere: ea poteſt etiam cohærere cùm medio eiuſdem: ſive mediū ſit ἁπλῶς: ſive πρὸς δικαιοσύνην: contrà quàm docuit Averrhoes lib. 2. colliget cap. 1.

76. Quod ſi verò contingat, mixtum corpus, propendere à medio verſus extrema, κατ᾽ ἀμφοτέραν ἀντίθεσιν,

σιν, i. reſpectû vtriusq; oppoſitionis. Nimirum & eius quâ opponitur Calidum Frigido: & eius quâ opponitur Humidum Sicco.

77. Tunc hinc oriuntur aliæ quatuor Temperamentorum differentiæ. Nempe Calida Sicca. Calida Humida. Frigida Sicca. Frigida Humida. Propterea quòd à medio verſus extrema, poſſunt πλεονεκτεῖν ac propendere vel Calidum cùm Sicco: vel Calidum cùm Humido: vel Frigidum cùm Sicco: vel Frigidum cùm Humido.

78. Novem ergo in vniverſum ſunt, principales Temperamentorum differentiæ, quas propoſitum fuit, in primo libro de Temperamentis inveſtigare: eademq; ſingulæ latitudinem, reſpectû eius quod magis aut minus exiſtit, non exiguam obtinent.

Diſputatio II.

De Dignoſcendis Temperam. Differentijs in homine & partibus eius.

THESIS I.

SVperiori diſputatione ex lib. 1. de Temp. oſtenſum eſt, novem eſſe præcipuas Temperamentorum differentias: quibus differunt omnia corpora, quæcunque ex quatuor Elementis conſtant. Deinceps ergo videndum, quomodo, eædem ſint dignoſcendæ.

2. Quia verò Medicus circa hominem occupatur; Id-

circo in eo primùm atq; illius partibus, eaſdem dignoſcere debet: de quâ re nos, in ſecunda hac diſputatione, ex lib. 2. de Temperamentis agemus. Deinde etiam in ijs, à quibus alteratur homo: quam doctrinam ex lib. 3. in tertia diſputatione explicabimus.

3. Vt autem Medicamentorum, cæterorumq; quibus homo alteratur, temperamenta, ſecundum potentiam ferè conſiderantur: ita in homine ipſo, eiusq; partibus, conſiderantur, quatenus Actû talia ſunt.

Initium cognitionis Temperamentorum à cognitione Εὐκρασίας ſumendum, utque Εὔκρατον dignoſcendum?

4. Horum verò, in homine eiusq; partibus, cognitionem, iubet Galenus exordiri, à notitia τῆς συγκράσεως, tùm eâ quæ ἁπλῶς eſt talis: tùm ea quæ πρὸς δικαιοσύνην nuncupatur. Vt ex comparatione cùm ea, appareat, quantum quæque corpora, ac corporum partes, à medio recedant. lib. 1. cap. 9. d. e. lib. 2. de temp. cap. 1 f.

5. Quærendum igitur primò, de ea temperie, quæ eſt ἁπλῶς εὔκρατος, vt habeamus aliquid tali temperie præditum, cui abſolutè partes humani corporis conferamus: & cuius reſpectu dignoſcamus, quænam ex ijs communiter in omnibus hominibus ſint Calidi, Frigidi, Humidi, aut Sicci temperamenti.

6. Secundò de ea σύγκρασία eſt agendum, quæ πρὸς δικαιοσύνην, in hominum ſpecie conſideratur, vt illius reſpectu, totus habitus corporis expendatur, in ſingulis homi-

Digitized by Google

hominibus, vti etiam temperamentum partium ſingularum. Vti dictum eſt, propoſit. 50. 58. præcedentis diſputationis.

7. Ad eam igitur mediam temperiem inveniendam, quæ ἁπλῶς μέσος ᾗ ἐυκρατος exiſtit, præcipit Gal. cap 9. lib. 1. iam citato. Primùm vt tangamus corpora Calidiſſ: Frigidiſſ: Humidiſſ: & Sicciſſ: & inde mente concipiamus aliquid, quod ab iiſdem æqualiter diſtet.

8. Secundò, vt etiam ſenſibile aliquod huiuſmodi medium præparemus, miſcendo æquales portiones rerum Calidiſſ: ac Frigidiſſ: exempli gratia. Nivis, & Aquæ ferventiſſ: Item rerum humidiſſ: & ſicciſſ: vtpote Cineris & Aquæ. Ex vtraque enim mixtione, medium eius ἀντιθέσεως, ſenſibile orietur.

9. Hinc autem deprehendes, cutim humanam, præſertim eam, quæ eſt in Vola manus, hominis benè ſe habentis, quæ nullâ ex causâ callum contraxerit, mediā exiſtere, vt quæ, & vtrique medio ex mixtione orto: ad tactum ſimilis appareat: & inſuper reſpondeat ei, quod cogitatiōe percipitur, tangendo extremè calida, frigida, humida, & ſicca corpora. Eam ergo pro exemplo τȣ̃ ἁπλῶς μέσȣ proponimus.

10. Ipſa quoque Ratio ſenſui ſubſcribit. Primùm quia eadem cutis eſt inſtrumentum tactus exquiſitiſſ: in Animali ſapientiſſ: ac propria tactus obiecta ſunt, Calidū, Frigidum, Durum & Molle: Idcirco exactè medium eſſe oportuit inſtrumentum, quod gradus obiectorum exactiſſ: percipere debebat. lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 1. de temp. Vt hinc appareat, tale Temperamentum cuti etiam ad iuſtitiam competere: & proinde coincidere hîc tempe-

ratum ad juſtitiam : cùm temperato ad Pondus.

11. Secundò, quia perſimilis eſt Nervo molli ſanguine prædito & proinde, vti ijdem Nervi molles, media, in ſicco & humido exiſtit: & quia ſanguine prædita eſt: ſimul etiam media eſt in calido & frigido. Vt hinc conſtet, errare eos, qui Temperatum ad Pondus, dari in humano corpore, negant. Vide prop: 49. ſuperioris diſputationis.

12. Invento eo, quòd eſt ἁπλῶς μέσον *: quærendum de medio* πρὸς δικαιοσύνην*: in hominis ſpecie, eiusq; notæ, ex cap. 9. lib. 1. & cap. 1. lib. 2. de temp. non quomodolibet temperati habitus, ſed eius qui ſit temperatiſſ: & Canon reliquorum Temperatorũ, & Intemperatorum.*

13. Sumuntur autẽ huiuſmodi notæ ex duobus fontibus: nempe ex functionibus, & ijs, quæ ipſas conſequuntur.

14. Naturaliter enim debet, homo temperatiſſ. præſtantiſſ: edere omnes functiones. Ex quibus primò conſiderandæ Animales. Inter quas Ratiocinandi, Intelligendi, Recordandi, Imaginandi, ſi præſtantes ſint, hominem efficiunt prudentiſſ: & ſapientiſſ:

15. Sequuntur deinde ſenſus & Motus, quos in homine temperatiſſimo: integros promptosq; eſſe oportet.

16. Poſt Animales, ſequuntur vitales, ex quibus de temperie maximè illæ indicant, quæ ab animi affectibus prodeunt, nempe timore, iracundia, audacia, præcipitantia, triſtitia, hilaritate, vindictæ cupiditate aut eiuſdem negligentia, & ſimilibus.

17. In hiſce verò omnibus mediocritatem ſervabit Temperatiſſ: homo, quod Galen. cap. 1. h. huius libri ſecundi his verbis expreſſit. Τῇ φύσει μέσος ἀκριβῶς ἐστι θρασύτη-

Digitized by Google

φύτητόστε καὶ δειλείας, μελλήσμού τε καὶ προπετείας, ἐλεοῦτε καὶ φθόνου. Εἴη δ' ἂν ἔυθυμος, φιλόστοργος, φιλάνθρωπος, Συύετος.

18. *Naturales verò functiones plurimùm proſunt ad cognoſcendam temperiem. 1. quia conſtat eas prodire à temperie partium ſimilarium 2. quia à conſuetudine, aut inſtitutione non poſſunt immutari tantopere, vt reliqua.*

19. *Ex omnibus verò illæ maximè erunt contemplandæ, quæ evidenter fiunt, vt ciborum potionumq; appetentia; eorundem* Retentio; Concoctio; *Excrementorũ expulſio;* Nutritio: *quas omnes homo temperatiſs: optimas, neceſſario habebit.*

28. De quibus Gal. *ſummatim cap. 1. lib. 2. ait,* Εσθίει καὶ πίνει σύμμετρα, καὶ πέπτει καλῶς τὰς τροφὰς, οὐκ ἐν τῇ γαστρὶ μόνον, ἀλλὰ κἂν, ταῖς φλέψιν, καὶ κατ' ὅλην τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, *i.* Temperatiſs: *homo moderatè edit, ac bibit, concoquitq; optimè cibos, non in ventriculo tantùm, ſed in venis etiam totoq; corporis habitu.*

21. *Ex ijs autem, quæ functionum & quidem Naturalium præcipuè conſequuntur præſtantiam. Sunt* I. Ἀρίστη διάπλασις. *cap. 9. lib. 2. i. optima partium conformatio.* II. τὸ ἐυσαρκον εἶναι; *i. Quadrato corpore eſſe.* III. *Tactu perceptibilis calor moderatus, qualitate, & quantitate.* IIII. *Benè coloratum eſſe.* V. *Pilos quantitate moderata obtinent, colore, in Iuvenili ætate, ad rubrum, in virili, ad nigrum tendente. ibid. & cap. 1. lib. 2.*

Ευκρασίας Reſpectû quomodo reliqua temperamenta dignoſcenda?

22. *Poſtquam docuimus de modo cognoſcendi* τὸ

ἔυκρατον: ſequitur vt videamus, quomodo per comparationem eius, reliquæ temperamentorum differentiæ ſint dignoſcendæ. Generaliter primùm reſpectu eius quod eſt ἁπλῶς μέσον, in partibus hominis, quatenus omnes eodem modo ſunt affectæ. Deinde particulariter, reſpectu τοῦ πρὸς δικαιοσύνην μέσου, in ſingulis hominibus: cùm in habitu corporis vniverſo: tùm in ſingulis partibus: vt oſtenſum eſt prop. 47. 59. præcedentis diſputationis.

Aetatis Ratione quomodo Temperies mutetur.

23. Idipſum, vt commodiùs fieri poßit: neceſſe eſt præſcire, Temperiem corporis noſtri, progreſſu ætatis, neceßitate quâdam inevitabili, ſubinde mutari:

24. Aetatis differentias alij aliter diſtinguunt. Galen. hîc cap. 2. huius libri ſecundi ſatis eſſe putavit, ad mutationem hanc demonſtrandam, ſi tres illius differentias conſtitueret.

25. Sunt autem illæ παιδία, ἀκμὴ καὶ γῆρας, i. Puerilis, Virilis & Senilis ætas: aut ſi mavis ætas prima, media, vltima: quarum ſingulæ in alias poſſunt ſubdividi.

26. In tribus hiſce primarijs ætatum differentijs, euidentißimæ apparent Temperamentorum mutationes: cùm reſpectu eius ἀντιθέσεως, quâ opponitur Humidum Sicco: tùm quâ opponitur Calidum Frigido.

27. In prima enim ætate, Humidiß: eſt ſubſtantia omnium partium corporis: Siccißima in vltima: in Media, medio modo ſe habet.

28. Pro-

Digitized by Google

28. Probatur id primùm experientia: nam quæ partes ſunt reliquorum omnium ſicciſs: vt oſſa: ea tamen in prima ætate tàm molles ſunt, vt à nutricibus flecti formariq́ poßint. Et in reliquis Animalibus recenter natis. v.g. porcellis. caſeo recenti ſimilis eſt oßium ſubſtantia: reliquæ verò partes, tàm molles humidaq́ ſunt, vt ijs veſci nequeas

29. Contraria omnia apparent in ſenectute, in quâ duriſs: eſt oßium ſubſtantia: & Carnes tam duræ, vt longâ coctione emolliri vix queant. In Media ætate, medio modo res habet.

30. Subſcribit deinde experientiæ, ratio. Nam, quò vicinius eſt corpus noſtrum ſuis principijs, tantò magis eorum naturæ eſt ſimile: ſicuti etiam quantò magis ab ijſdem diſtat, tantò magis recedit ab eorum natura. Principia autem corporis noſtri ſunt ſanguis & ſemen, res humidæ & fluidæ.

31. Reſpectû Calidi & Frigidi, ætatis progreſſu, mutantur temperamenta, vt Calidißima ſint corpora noſtra, in prima ætate. Frigidißima, in ſenili: In Media, Caloris quantitas tanta ſit: quanta eſt in primâ: ſed qualis. diverſa: idem dicitur. 1. Aphoriſ. 15.

32. Quantò enim puerorum calor, cùm molliori ſubſtantiæ eſt coniunctus: tantò magis eſt vaporoſus, & tangentibus blandus. Rurſumq́ tantò magis acris, in Virili ætate, quantò coniunctus eſt, cum ſubſtantia partium duriori.

33. Qui putant Senilia corpora humida eſſe, ob id quòd catharris, & tußi vexãtur: item quòd eorum oculi Lachrymis, & os, ſaliua ſcatet: ij errant. Nam vt cap. 2. huius

Digitized by Google

huius libri c. Galen. ὑγρὸς ὁ γέρων ἐστιν, οὐ τοῖς οἰκείοις μορίοις, ἀλλὰ τοῖς περιττώμασιν, καὶ ξηρὸς οὐ περιττώμασι ἀλλὰ τοῖς μορίοις, *i. Senes Excrementis ſunt humidi: propriâ ſubſtantiâ ſicci.*

34. Calida eſſe corpora puerorum ſimul & Virorum, ipſo Tangendi ſenſu maximè indicandum: Secundò non negligendæ Rationes, quæ Tactui conſentiunt. v. g. Quòd plurimo ſanguine abundent pueri ſimul & Viri. Quòd pueri principiis ſuæ generationis ſint propinqui & ſimiles.

35. Senum corpora frigida eſſe, Tactus itidem primus indicat. cui ſubſcribunt Rationes, hinc deſumptæ. Primò quod color eorum à florido illo rubore iuvenum, ad lividum vergat. Secundò quòd ſenes ſunt frigidis morbis obnoxij. Tertiò quòd ijdem obtinent functiones naturales debiles. Vltimò quòd ſenium ſit via ad Mortem, quæ eſt omnis caloris extinctio.

De Temperamento partium corporis noſtri.

36. Sed his omnibus ita conſtitutis: quomodo tandem per comparationem quæ inſtituitur πρὸς τὸ ἁπλῶς μέσον; *generaliter diſtinguēda ſunt Temperamenta partium corporis noſtri?*

37. Reſpondeo ex cap. 9. lib. 1. & cap. 1. 3. lib 2. ſecundi de temp. Quia partes corporis noſtri, dicuntur Calidæ, Frigidæ, Humidæ, Siccæ Actu: Idcirco tactû potiſſ: eſſe iudicandum, quænam illarum, Cute temperatâ, ſint Calidiores, Frigidiores, Humidiores aut Sicciores.

38. Ta-

38. Tactus enim immediatè percipit id, quod Actu eſt Calidum aut Frigidum: de Humido & Sicco, in humano corpore iudicat, interventu Duri ac mollis.

39. Quæcunq; partes corporis igitur, tangentibus apparent Cute Calidiores: Calidi Temperamenti eſſe dicuntur. Frigidi contrà quæcunq; tangentibus apparent frigidiores. Humidi, quæ ſunt Cute molliores. Sicci, quæ ſunt eâdem duriores.

40. Eſt autem etiam diverſitas quædam, Calidarum, Frigidarum, Humidarum, Siccarumq; partium, quæ, penes magis & minus conſideratur. Eamq; nos, ſummatim contrahentes, illa, quæ diffusè Galenus locis iam citatis pronunciat, quatuor gradibus diſtinguimus, hoc modo.

41. Reſpectu Calidi & Frigidi, Temperata ad pondus eſt Cutis, à qua verſus Calidum recedunt. I. gradu. Caro ventriculi, Inteſtinorũ, Veſicæ vtriusq; & Vteri. II. gradu. Caro muſculorum, Lienis, Renum, Hepatis, Pulmonum, Teſtium. III. gradu. Sanguis totus, & præſertim Arteriarum, Bilis flava. IIII. Cor.

42. Verſus Frigidum ab eâdem Cuti recedunt. I. gradu Adeps, Cerebrum, Medulla oſſium & ſpinæ II. gradu Arteriæ, Venæ, Membranæ, Glandes. Nervi molles ac duri, Tendines, Ligamenta. III. gradu Chondroſyndeſmi, Cartilagines, Vngues, Oſſa, Pili. IIII. Pituita.

43. Reſpectu Humidi Sicciq;, Media ad pondus eſt Cutis eadem: itemq; nervi primùm molles, poſtea duri: à quibus recedunt verſus ſiccum. I. gradu Caro Ventriculi, Inteſtinorum, Veſicæ vtriusq; Vteri. II. gradu Ligamenta. III. gradu Chondroſyndeſmi, Cartilagines, Vngues. IIII. Oſſa & Pili. 44. Ver-

44. *Verſus* Humidū, *primo gradu, nervi molles cuti quā proximi: deinde Lien, Renes, Hepar, Nervi molles cap 3. lib.2. de temper: h. ponuntur inter ea, quæ medium ſequuntur, & ad humidum recedunt proximè poſt cutim: Duri, ipſi cuti ſimiles dicuntur. At lib. 1. cap. 9. c. contrà Molles, ſtatuuntur cuti ſimiles: duri ab eâ proximè recedentes verſus* Siccū. *Caro muſculorum,* Teſtes, *Glandes. Cor. II. gradu. Pulmo, Medulla ſpinæ, Cerebri pars poſterior, deinde prior. III. Medulla oßium, Adeps. IIII. Sanguis, pituita.*

45. *De Spirituum temperamento hîc nihil poſſumus pronunciare, quia, nullo ſenſu dignoſcuntur: nos autem quærimus* Temperamenta *eorum, quæ ſunt Calida, frigida, humida, ſicca Actu, tactuq; perceptibilia. Neq; approbamus, quod* Avicen. *lib 1. fen. 1. doct. 3. cap. 2. Fernel. lib. 3. phyſiologiæ cap. 6. Fux. lib. 1. ſect. 3. cap. 7. dixerunt. Spiritus, omnium quæ in corpore ſunt, Calidiß: exiſtere.*

46. *De Humoribus dicimus, quòd pituitæ frigiditas humiditasq;: ſanguinis item Calor, & Humiditas. Bilis præterea Calor, tactu ſint perceptibiles. Sed ſiccitas bilis, & Melancholiæ præcipuè quidem ſiccitas, & partim frigiditas quoq;, ſola, ratione cognoſcantur: ſunt enim magis potentiales, quàm actuales, in corpore: & ex permixtione cùm alÿs, acquirunt Accidentalem qualit. vt dicitur lib. 3. cap. 4. ſub finem.*

De Temperamento totius Corporis humani cognoſcendo.

47. *Hæc de dignoſcendo Temperamento hominis, & partium eius, generaliter ſcilicet, & quatenus eodem modo,*

modo ſe habent, in omnibus hominibus. Deinceps particulatim de individuis inquirendum, vt dignoſcamus, qui, quo ſint Temperamento præditi? primum toto corporis habitu: deinde ſecundũ partes, vt dictum eſt prop. 50. 59. præcedentis diſputationis.

48. Hîc verò pro Canone habebimus, non τὸ ἁπλῶς μέσον, quo hactenus vſi ſumus in partium temperamentis generatim cognoſcendis: ſed τὸ πρὸς δικαιοσύνην μέσον: de cuius indicijs diximus prop. 12. & ſequentibus.

49. Hoc ipſo igitur πρὸς δικαιοσύνην μέσῳ: nempe homine Temperatiſſ: quicunque Calidior fuerit, Calidi temperamenti eſſe dicetur. Vti etiam Frigidi, Humidi, Sicci: qui eodem fuerit frigidior, humidior, ſiccior.

50. Partes quoque ſingulorum hominum. v. g. Ventriculus, Cerebrum Hepar & aliæ, reſpectu earundem partium, in Temperatiſſ: homine exiſtentium. dicuntur calidi frigidi, humidi aut ſicci temperamenti eſſe.

51. Exempli gratia: is habet Calidum Ventriculum, cuius ventriculus eſt Calidior, quàm ventriculus hominis temperatiſſimi.

52. Hic ergo exordiendum, à Cognitione hominis temperatiſſ: de quo dictum eſt prop. 12. & ſequentibus, cum eoque reliqui conferendi, beneficio tactus primo, iuxta ea quæ dicuntur cap. 2. 3. huius lib. & cap. 6. lib. prioris de Temp. C. D.

53. Deinde veniendum ad Rationes, quæ hîc plus poſſunt quàm Tactus: propterea quòd id, quod ad iuſticiam Temperatum eſt, Ratione quoque magis, quàm Tactu dignoſcatur: nempe ex functionum præſtantia, vt dicitur cap. 6. huius libri ſecundi A. B.

54. *Ad vniverſum igitur corpopis habitum dignoſcendum: diviſim primum tres nobis fontes Rationum propoſuit Galen. nempe cap.4. lib. huius 2.* παχύτητα καὶ λεπτότητα τοῦ σώματος, *i. craßitiem & gracilitatem corporis. Item* Ευρύτητα καὶ στενότητα τῶν φλεβῶν, *i. Latitudinem Anguſtiamq́ venarum. cap. 5. deinde* τὰς τρίχας *Pilos.*

55. *Poſtea cap.6. Coniunctim docet, quomodo, quibus adhibitis diſtinctionibus, oporteat ex tribus hiſce aliiſq́ ſimul, itidem de totius habitus, ſingularumq́ partium Temperamento iudicare.*

56. *Ex huiuſmodi fontibus autem, vt Ratiocinari rectè queamus de Temperamentis, neceſſe habemus inveſtigare, à quibus cauſis oriantur. Nam eorum quisque talem indicat Temperiem, qualis eſt, ea cauſa, à qua oritur.*

Craſsities & gracillitas Corporis vnde fiat? &qualem temperiem ſignificet?

57. *Craßities corporis igitur ipſa, vti & gracilitas, partim natura, partim victus ratione contingunt. Nam & qui natura graciles ſunt, pingues craßiq́ fieri poſſunt, otio & lauto victu: & contrà etiam qui craßi ſunt, laboribus ac tenui victu, graciles ac macilenti fiunt.*

58. *Ex hoc fundamento, cauſæq́ evidentis cognitione, progrediendum porrò ad inveniendas cauſas immediatas: hoc tamen præmiſſo, quod craßities duplex ſit: vna quæ* πολυσαρκία *dicitur, i. Carnoſæ ſubſtantiæ abundantia.*

Digitized by Google

dantia. Altera ἕξις πιμελώδης καὶ παχὺς, habitus pinguis craſſusq́ʒ: vtriqʒ eorum autem opponitur peculiaris gracilitas.

59. In πολυσαρκίᾳ, carnoſa ſubſtantia muſculorum, parenchymatum, aliarumq́ʒ partium carnoſarũ æquali proportione augetur, totumq́ʒ corpus proportionaliter maius craßiusq́ʒ: eſt autem hæc, vt Gal. ait, πλῆθος αἵματος ἔκγονος, i. ex ſanguinis copia genita.

60. Hinc infert Galen. πολυσάρκους Temperamento humido eſſe, cum caloris frigorisq́ʒ mediocritate. I. Quia ſanguis humida ſubſtantia eſt. II. Quia Εὔσαρκοι, victu humido, vitaq́ʒ otioſa fiant πολύσαρκοι. Huic verò quæ opponitur gracilitas, contrarij Temperamenti ſignum eſt.

61. Pinguis obeſusq́ʒ corporis habitus, eſt in hominibus ventroſis: naſcitur à temperamenti frigiditate, eiusdemq́ʒ index exiſtit: vti & quæ ei opponitur gracilitas, ſignum eſt contrarij temperamenti.

62. Rationes hæ ſunt. I. Quia conſtat macilentos, otio & victu largo pingues fieri. II. Quoniam pinguedinis materia, nempe τὸ πῖον, κοῦφον καὶ λεπτὸν ἐν αἵματι, i. quod pingue, leve & tenue eſt in ſanguine, id in Calidis naturis abſumitur, in frigidis remanet, & abit in Adipem. III. Quod Calidiſs: Animalia parum: frigida multum pinguedinis habeant.

63. Si qui ſunt πολύσαρκοι ἅμα καὶ πιμελώδεις, ij frigidi & humidi temperamenti ſunt: & quidem tantò magis, quantò maior fuerit vtraqʒ craßities: quemadmodum & ſi bina gracilitatis differentiæ, his oppoſitæ, coinciderint Calidum ſiccumq́ʒ temperamentum ſignificabunt.

64. *Quòd ſi inæquali portione pinguedo cum πολυσαρκίᾳ coincidat: prout vna ſuperabit alteram: ita pronunciabis Temperamentum, vel Humidum magis eſſe quàm frigidum: vel frigidum magis quàm humidum.*

Venarum latitudo & anguſtia quid de Temperamento indicent?

65. *Venarum Latitudo, oritur à potenti Calore: earundem anguſtia ex caloris imbecillitate: itaq; ſi quod corpus venas habeat amplas; id pronunciabis, ab ortu, Calidi fuiſſe Temperamenti: & frigidi è contra temperamenti, à primo itidem ortu fuiſſe, ſi venas habeat anguſtas.*

66. *Si latitudo venarum, cum gracili macilentoq́; corpore, coniuncta fuerit: indicio erit, quod illud corpus, & à primo ortu: & nunc quoque calidi ſicciq́; temperamenti exiſtat. Sin coniuncta ſit, cum corpore pingui craſſoq́; tunc pronunciabis. Corpus quod natura Calidum erat. Victus ratione frigidum evaſiſſe.*

67. *Anguſtia venarum ſimiliter, coniuncta cum obeſo craſſoq́; corpore ſignificat idem corpus, & à principio fuiſſe, & nunc quoque frigidi temperamenti exiſtere. Sin coniuncta ſit cum gracili macilentoq́; corpore: ſignificat id corpus, quod à principio erat frigidum, victus ratione iam eſſe exſiccatum & incaluiſſe.*

Ex pilis vt dignoſcantur temperamenta?

68. *Pili autem, temperamentorum differentias nobis mon-*

monſtrant, Ratione multitudinis aut paucitatis, coloris, figuræ, craßitiei aut tenuitatis : incrementi magni aut parui.

69. Multitudo pilorum per vniverſum corpus, ſignificat calidũ ſiccumq́; temperamentum: & quidem tantò evidentius, quantò magis quiſque fuerit hirſutus. Cõtrà autem, quæ paucißimos pilos obtinent Corpora : aut quæ planè glabra ſunt, frigido humidoq́; temperamento exiſtunt.

70. Quæ medio modo ſe habent, moderatam temperiem ſignificant : quæ verò pilorum conditiones, à moderata hac, verſus extremas iam commemoratas recedunt, temperiem ſignificant immoderatam , ijſdemq́; extremis cognatam.

71. Nec locum habet hic, quod Veteres dixerunt, ſicuti terra arida ſiccaq́;, non profert gramina : ſed illa tantum eſt fœcunda , quæ humore eſt imbuta : ita Cutem humidam calidamq́; eſſe piloſam: non ſiccam.

72. Nullum quippe temperamentum , in humano corpore, tam ſiccum eſt, aut Calidum , vt ei materia alendis pilis deficiat: ſola ſyncipitis cute excepta : quæ ob ſiccitatem calua reddi poteſt, propter ſubiectam oſſeam ſubſtantiam.

73. Inferna quoq́; pars pedum, & vola manus, ob ſubiectum durum craſſumq́; tendinem, pilis carent.

74. Ex coloribus pilorum, Niger calidum ſiccumq́; temperamentum ſignificat. Albus frigidum & pituitoſum, Canities verò imprimis ſequitur debilitatem caloris: eſtq́; Canorum pilorum nutrimentum, οἷον εὐρώς τις φλέγματος χρόνῳ διασαπέντος, i. tamquam ſitus pi-

tuitæ putreſcentis. Qui intermedij colores ſunt, flavi, ruſi, ſubruſi, calorem magis ſignificant moderatum, & cutis temperiem humidam.

75. Figura capillorum criſpa, cum nigro colore iuncta: ſiccum temperamentum indicat: coniuncta autem cum colore ruſo aut ſubruſo, ſequitur ex poris cutis incurvatis: Recti pili ſequuntur poros cutis rectos.

76. Pili craſſi forteſq́;, & qui facilè augentur, ſignificant copiam materiæ, cum ſufficienti calore. Contrà tenues pili, & exigui incrementi, à contrarijs cauſis fiunt.

Ex propoſitis fontib: qua diſtinctione adhibita de Temperamentis Iudicandum, in ſingulis hominibus.

77. Diximus de hiſce fontibus ſignorum ſingillatim: deinceps ex cap. 6. huius ſecundi lib. de temp. docebimus, quomodo coniunctim, de Temperamentis arguere oporteat, cùm ex hiſce, tum alijs fontibus verſando itidem circa ſingulos homines eorumq́; partes.

78. Qua de re dicimus, cum ad examinandum temperamentum alicuius hominis accedimus: tunc propoſito nobis pro exemplo, homine Temperatiſſ: (vt diximus antè, prop. 43. & ſequentib.) antequam quicquam de eo, ex propoſitorum fontium aliquo, pronuncies: conſiderandum tibi prius erit, num idem corpus ὁμαλῶς κέκραται σύμπαν, ἢ ἀνωμάλως διάκειται, i. num ſimiliter vndiq́; ſit temperatum, an non?

79. Quod ſi ὁμαλῶς κέκραται σύμπαν τὸ σῶμα, tunc cogni-

cognito temperamento vnius partis: licebit Ratiocinari de Temperamento totius corporis; non autem, quando ἀνωμάλως διάκειται.

80. Eſſe autem ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως κεκραμένον, *ex duobus hiſce cognoſces: Primum ex iuſta iniuſtáve proportione omnium partium. Secundo ex conſideratione temperamenti cuiuſque partis, eoq́ cum reliquarum temperamentis collato.*

81. Deinde porrò obſervandum eſt, num ſigna quæ ex hiſce fontibus, alijsq́ deſumuntur, propria ſint, an longè petita quod ex propriis, certæ de tēperam: rationes ſuppeditētur: ex longè petitis incertæ. verbi gratia. Piloſum pectus, proprium eſt indicium caloris in corde. Narium ſimitudo aut aduncitas improprium.

82. Tertio cavebis ne ea ſigna, quæ ex colore, duritie mollicieq́ cutis: itemq́ pilorum colore, craſſitie, tenuitate ſumuntur, in omnibus regionibus idem ſignificare exiſtimes, verbi gratia, cutis nigrior, durior. piloſa, pilorum color niger, apud nos in Germania, præterea in omnibus frigidis ac Temperatis regionibus, Temperamentum Calidum ſiccumq́ ſignificant. Non autem apud Arabes, Aegyptios, Indos aliosq́ Meridionales populos.

83. Contrà cutis alba, mollis, pili exigui, rufi, in Temperata regione, vti & in calidioribus, frigidum humidumq́ temperamentum indicant, non autem apud populos ſeptentrionales.

84. Quartò: eadem ſigna, in diverſis ætatibus, ſæpe diverſam habent ſignificationem, exempli gratia, Corporis gracilitas, Venarum latitudo, Pilorum nigrorum

copia, cutis dura nigriorq́; In Iuventute & Virili ætate, Calidum ſiccumq́; temperamentum iam adeſſe ſignificant. In ſenectute, non adeſſe iam: ſed olim fuiſſe indicant. Vti etiam arguunt, in declinante ætate, Melancholiam abundaſſe.

85. Quintò, ea, quæ ab Excrementorum ſuperfluitate, ſumuntur ſigna: non per omnia ſignificant Temperiem corporis Naturæ ſuæ ſimilem. Pituita enim in Senibus abundans frigidum innuit Temperamentum adeſſe: non autem humidum.

Signa cuiuſque temperamenti, totius corporis.

86. Hiſce ita conſtitutis, dicimus cum Galeno, hîc cap. 6. itemq́; 4. 5. huius libri ſecundi de Temper. præterea cap. 51. Artis Medicæ & ſequentibus: Vt Temperatiſſimi hominis indicia à nobis ſupra propoſit. 13. & ſequentibus ſunt expoſita: ita reliquorum temperamentorum notas, in ſingulis hominibus ſummatim has eſſe.

87. Calidum Temperamentum 1. ad Tactum Calidius apparet. 2. à Calidis cauſis facilè læditur. 3. Gracile exiſtit, Venasq́; obtinet amplas. 4. Thoracem obtinet latum hirſutumq́;. 5. Audax eſt & forte. 6. Circa faciem ad rubeum tendit colorem; in cæteris partibus ad nigrum. 7. Pilis iiſq́; nigrioribus vniverſo corpore abundat 8. Pingue non eſt. 9. Ad motus promptum robuſtumque exiſtit.

88. Siccum Temperamentum. 1. Cutim efficit duriorem.

rem. II. Siccantibus facile læditur. III. Gracile exiſtit, & minimè pingue. IV. Piloſum eſt toto corpore. V. Colorem obtinet nigrum. VI. Progreſſu temporis caleſcit.

89. Calidum ſiccumq́; temperamentum, cognoſcitur ex concurſu vtriusq; generis ſignorum, tum eorum ſcilicet quæ ſignificant temperiem Calidam, tum quæ ſiccam arguunt.

90. Frigidum Temperamentum. I. ad tactum frigidius apparet. II. à frigidis facilè læditur. III. Thoracem obtinet anguſtum & glabrum. IV. Timidum ac ſubtriſte exiſtit. V. Obeſum eſſe ſolet ac pingue. VI. Molle itē glabrum & album. VII. Venas obtinet anguſtas, quæ vix apparent. VIII. Frigidis excrementis abundat. IX. ad Motus pigrum exiſtit. X. Nervos muſculosq́; minimè habet firmos. XI. Capillos habet Albicantes aut rufos, præſertim in pueritia.

91. Frigidum Siccumq́; temperamentum, indicia obtinet, vtriusq; temperiei iam expoſita.

92. Humidum Temperamentum, propria ſui ratione. I. Corpus efficit magnum: II. Carnoſum. III. Pingue mediocriter. IIII. Molle. V. Pilorum quantitatem obtinet perexiguam.

93. Humido ſimul atq; in Calido temperamento, apparebunt notæ cuiusq́; temperiei ſingillatim iam expreſſæ: peculiare verò hoc eidem ineſt, vt corpus efficiat obnoxium morbis, qui à putredine oriuntur.

94. Humidum Frigidumq́; temperamentum, obtinet notas frigiditatis prius enumeratas, præcipueq́; hoc obtinet, vt corpus efficiat, Obeſum, Molle, Album, Pin-

gue, Glabrum, Venis perquàm exiguis exiſtentibus.

De partium Corporis temperamento in ſingularibus hominibus dignoſcendo.

95. Diximus de modo cognoſcendi temperamẽti totius habitus corporis: deinceps agendum de partibus ſingulis in quibus pro regula habemus, partes hominis temperatiß: vt dictum eſt propoſ. 47. & ſequentibus.

96. In ſingulis ergo hominibus: quando de alicuius partis temperamento quæritur. Vt non negligenda ſunt, ſigna totius corporis iam tradita, & præſertim, quæ ex cute deſumuntur: ita non ijs ſolis innitendum.

97. Multo minus ex cognito Temperamento, vnius alterius alicuius partis, mox fuerit pronunciandum de reliquis: obſtat enim hîc Temperamenti Ἀνωμαλία, *quæ frequenter ſolet adeſſe, præſertim reſpectu cutis & partium ſubiectarum.*

98. Conſiderandæ erunt ergo ſingulæ partes per ſe: primum ex functionibus: deinde ex ijs, quæ functiones conſequuntur & comitantur.

99. Cuius enim partis functio, præſtantiſſima fuerit: ea erit exactiß: temperata: Cuius autem functio erit deterior: eius temperies ab exactiß: illa Ευκρασία *recedet verſus aliquod extremorum.*

100. Sed vtrum ad Calidum, Frigidum, Humidum aut Siccum tendat: id monſtrabit diverſitas eorum, quæ functionem illam deteriorem comitabuntur & conſequentur.

101. Exemplis idipſum demonſtrare ſatius eſt: cuiuſmodi Gal. hoc cap. 6. bina proponit: Ventriculum nempe

Digitized by Google

& Cerebrum. Nos vno contenti, quomodo ſecundum propoſitam methodum, ventriculi temp. in ſingulis hominibus dignoſcere oporteat, oſtendemus.

De Ventriculi temperamento dignoſcendo.

102. Vt igitur vniverſum corpus Ευκρατον *eſſe cognoſcitur, ex functionum omnium præſtantia, ita ventriculus, ſi optimè cibos concoquat, ex propria ſua functione, benè temperatus eſſe comprobatur. Sin deterius id faciat, ab optima illa* Ευκρασίας, *recedere eum oportebit, verſus Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum.*

103. Verſus quod autem horum extremorum tendat, ex diverſitate eorum, quæ comitantur aut conſequuntur deteriorem hanc concoctionem, dijudicare oportebit: cuiuſmodi ferè hæc ſunt. Gravitas ac pondus aliquod circa ventriculum. Flatus, Fluctuationes, Singultus, Ructus acidi, Ructus nidoroſi ac fumoſi. Sitis, Fames, Nauſea, Vomitus, Alui deiectio cruda & fluida, Capitis dolores & ſimilia. Eademq́ hæc ſæpius aut rarius: maiora aut minora apparent pro diverſitate ciborum.

104. Ex hiſce igitur. Pondus circa ventriculum à cibo ſumpto, Flatus, Clydones, Ructus acidi, Nauſea inanes, Vomitus pituitoſi, Appetitus maior, quàm concoctio Lienteriæ: Frigidam, ventriculi temperiem ſignificant: præſertim ſi talia evidentius apparuerint, poſtquā craſſos duroſq́ cibos devorarunt, quam leves. Item ſi delectentur quidem frigidis, & tamen ab ijs lædantur.

105. Con-

105. *Contrà Ructus nidoroſi, fumoſi, exiguus cibi appetitus, ſitis maior: item ſi à Calidis delectentur iiſdemque lædantur: hæc Calidi ventriculi ſigna ſunt: præſertim ſi magis hæ irritentur, ſumptis levibus cibis, quàm craſſis & duris: præterea ſi leves cibi iis corrumpantur, in bilem vertantur, bilioſos vomitus aut dolores capitis excitent.*

106. *Siccam ventriculi Temperamentum frequentem ſitim efficit: quæ tamen exiguo potu ſedetur. Idem copioſo potu facilè aggravatur: ſiccis delectatur. Contrà Humida ventriculi temperies, minimè efficit Sitibundos, humidis cibis delectatur. Hæ ſimplices ſunt quatuor, ventriculi temperam. differentiæ: ex quorum ſignis coëuntibus, dignoſcuntur compoſitæ.*

107. *Sed interim obſervare oportet, num eadem hæc, quæ iam recenſuimus ſigna, nativam ventriculi temperiem comitentur aut conſequantur: an verò potius, ob humorem aliquem Pituitoſum vel Bilioſum, in eo exiſtentem eveniant?*

108. *Siquidem enim Pituita in ventriculo generetur, aut in eum ex capite defluat: talia ſigna apparere ſolent: qualia ex nativa illius temperie frigidiori, conſequi diximus. Similiter, ſi Bilis in eodem generetur: aut ex Hepate in eum influat: talia itidem apparent, qualia ex Calidiori eius temperie conſequuntur.*

109. *Num igitur talis aliquis humor: aut Nativa ventriculi temperies, huiuſmodi Accidentium cauſa ſit: ex duobus potiſſ: ſignis iudicandum fuerit: Vomitione ſcilicet & ciborum mutatione.*

110. *Vomitione quidem, propterea quod ſi aut Aqua*

tepida

tepida ſola, aut Vomitorio aliquo ante cibum ſumpto: alteruter horum tumorum eiectus fuerit: & poſtea concoctio melius ſucceſſerit: certus eris de huiuſmodi humore in ventriculo conſiſtente. Sin per vomitum nihil tale reijciatur: ex nativa ventriculi temperie, ſequi illa quæ diximus Accidentia, iudicabis.

III. Ciborum mutatio, vbi talis aliquis humor, in ventriculo fuerit, nil prodeſt. Sed ſi ventriculus fuerit nativa temperie frigidior: leviores cibi concoctionem emendabunt: & rurſus craſſiores felicius concoquentur, ſi eadem fuerit Calidior.

Diſputatio III,

De Dignoſcendis Temperamentis Eorum à Quibus Homo immutatur.

THESIS I.

POſtquam de numero Temperamentorum, in prima diſputatione: & in ſecunda, quomodo illa in Homine, & partibus eius ſint dignoſcenda, ex lib. 1. & 2. de Temperament. egimus, reliquum eſt, vt ex lib. 3. doceamus, de dignoſcendis earum rerum temperamentis, quibus corpora noſtra alterantur.

2. Occurritq; nobis hîc, permagna rerum varietas & copia, quæ illa omnia continentur, de quibus egit ex profeſſo Dioſcorides ſex libris de medica materia: Gal.

vndecim

vndecim libris de ſimpl: Medic: facult: ad quos, hic liber tertius de Temperam. ſe habet , vt Theoria quædam ad praxin, vti initio primi lib. eiuſdem operis de ſimpl: medic facultat: dicitur.

3. De earum autem rerum Temperament: acturi, eò ſpectamus, vt monſtremus Methodum: ex qua ſingulorũ temperiem dignoſcere liceat.

4. Ad quem ſcopum vt poſſimus pervenire: primò fundamenti loco ponere oportet, quod, vt quatenus Actu talia ſunt, ſuperiori diſputatione conſiderantur temperamenta Hominis, ac partium eius: ita earum rerũ, quibus Homo alteratur, temperies, hîc ſecundũ potentiam æſtimabitur.

5. Itaq; vno nomine hîc, initio huius tertij libri, omnia hæc, à Galeno comprehenduntur, vocanturq; δυνάμει, θερμὰ, ψυχρὰ, ξηρὰ, ὑγρὰ, eò quod in hoc omnia conveniant, quatenus proprij Temperamenti ratione , poſſunt Calefacere, vel Refrigerare, vel Humectare, vel Siccare. Secundum ſimplices aut compoſitas qualitates.

Δυνάμει εἶναι quid ſit? ex cap. 1. huius lib. 3.

6. Quando ergo in hoc omnia conveniunt, quod ſecundum Potentiam conſiderantur. Idcirco quid ſit δυνάμει εἶναι, i. potentia eſſe, primo omnium erit explicandum.

7. Eſt autem vna generalis & communis Natura eorum omnium, quæ potentia ſunt: eaq; exprimitur à Galeno cap 9. e. lib. 1. & initio cap. 1. lib. huius 3. his verbis.

Δυνάμει

Digitized by Google

Δυνάμει ταῦτα εἶναι λέγεται, ὅσα μήπω μὲν ἔστ ὃ λέγεται, ῥᾳστὸν δ' αὐτοῖς γενέσθαι, i. Potentia dicimus eſſe ea omnia, quæcunq; nondum ſunt id, quod eſſe dicuntur, ſed facilè idipſum fieri poſſunt.

8. Cæterum ſicut his omnibus commune eſt, vt nondum ſint id, quod dicitur eſſe potentia. Ita rurſus eorum aliqua talia ſunt, vt ἡ φύσις αὐτὴ πρὸς τὸ τέλειον ἀφικνεῖται, i. ſola naturali vi fiant actu id, quod potentia eſſe dicebantur: qua ſignificatione, Avis recens nata volatilis eſt potentia, & Equus recenter natus, Curſor: Eſtq; hæc maximè propria ſignificatio, τοῦ δυνάμει εἶναι.

9. Proxima hiſce ſunt, αἱ προσεχεῖς ὗλαι τῶν γενομένων, i. proxima materia eius quod dicitur eſſe potentia: quo modo ſanguis dicitur potētia eſſe Caro. Chylus enim & cibi, etiam potentia ſunt Caro: ſed magis longinqua.

10. Vltima ſignificatio eſt eorum, quæ τοῖς κατὰ συμβεβηκὸς ἀντιδιαιρεῖται, i. opponuntur ijs, quæ per accidens quid efficiunt aut ſunt. Illa enim etiam, ea quæ faciunt propria δυνάμει efficere dicuntur: quo vtique modo, Aqua ἰδίᾳ δυνάμει refrigerat: per Accidens poteſt calefacere.

11. Sed ex ijs, quæ potentia Calida ſunt, itemq; frigid: &c. Quædam evidenter fiunt actu talia, qualia potentia eſſe dicebantur: verbi gratia, Bitumen, Pix, Reſina, Sevum, Oleum, Sulphur potentia Calida ſunt, atque etiam verè fiunt Calida Actu, nam inflammantur. Contrà verò Euphorbium, Piper, Struthium, Caſtoreum & ſimilia, non inflammantur: nec proinde in tali ſignificatione videntur dici potentia Calida. Vti neq; Lactuca, Cicuta & ſimilia, potentia hoc modo, dici viden-

videntur frigida: neq; enim in Nivem aut glaciem convertuntur.

12. Numquid igitur in alia ſignificatione, ea, quibus corpora noſtra alterantur, potentia eſſe Calida, Frigida, Humida, Sicca dicuntur; quàm ſecundum propoſitam definitionem?

13. Negamus & dicimus, Definitionem τȣ̃ δυνάμει εἶναι ante allatam, Communem eſſe, & vbiq; habere eandem rationem. Omnia enim Medicamenta, Cibos ac Potiones, quæcunq; dicuntur eſſe potentia Calida, neceſſe eſt Actu fieri Calida, priuſquam nos calefacere queant. Idemq; de frigidis, humidis, ſiccisq́; ſentiendum.

14. Neq; neceſſe eſt, ſi quid, quod potentia Calidum erat, reddatur Calidum Actu, vt propterea ignis fiat: perinde vt neq; id, quod ex potentia frigida, fit frigidum Actu, neceſſariò in nivem aut glaciem convertitur: Cũ alia quoque res ſint Actu Calidæ aut frigidæ: nempe illæ omnes, quæ libro ſuperiori, dicebantur ἐκ πλεονεκτȣ̃ντος θέρμα, &c. Vt vides etiam cap. 6. huius 3 libri.

15. Satis igitur eſt, ſi quid potentia eſt Calidum, vt propterea ita dicatur, quia ῥᾳδίως θερμαίνεται, i. facile incaleſcit: idemq́; de frigido, humido ſiccoq́; ſentiendum.

16. Nam vt cæteræ res omnes, quæ dicuntur quippiam eſſe potentia: eæ, vt idipſum Actu fieri queant, βραχείας ἔξωθεν ἐπικȣρίας δεῖται, ſicut loquitur Gal. i. indigent externo aliquo auxilio. v. g. cum ex ovo fit pullus, neceſſe eſt ovum, ab incubante gallina foveri.

17. Ita omnis generis Medicamenta, quæcunq; ſunt, exem-

exempli gratia, Calida potẽtia: ea οὔπω ἐν τῇ φύσει πλεονεκτοῦν ἔχει τὸ θερμόν. ἀλλὰ πλησίον ἔχει, τοῦ πλεονεκτεῖν; id eſt, nondum quidem habent Calorem Vincentem, ſed in propinquo ſunt, vt vincat : quod vt actu fieri queat, etiam auxilio aliquo opus eſt.

18. Idipſum ſuppeditat Contactus Corporis noſtri, à quo incaleſcunt, ac veluti accenduntur ea, quæ potentia Calida erant : vt actu Calida facta, nos etiam poſſint calefacere : ſitq́; hoc quandoque citius quandoque tardius, prout aut Calor noſter maior minórve fuerit : aut prout ea, quæ ab illo incaleſcere debent, alia atq; alia extiterint.

19. Conſentiunt hiſce primùm: quod ſi calefaciens medicamentum, corpori mortuo applicueris, nõ calefaciet. II. Si idem appoſueris parti alicui refrigeratæ, neq; eam calefaciet. III. Si eandem refrigeratam partem frictionibus adhibitis prius calefeceris, deinde adhibueris; eam calefaciet. IIII. Quod calefacientia medicamenta, tantò citius operantur, quantò minutim magis fuerint contrita.

20. Vt autem à Calore noſtro, calefacta medicamenta, quæ Calida potentia erant, deducuntur in Actũ. Ita à Frigidi Elementi vi, quæ in nobis eſt, in Actum deducuntur illa, quæ ſunt potentia frigida. Idemq́; de humidis ſiccisq́; ſentiendum, vt dicitur ſub finem cap. 1. & initio 4. cap. huius 3. lib. Nimirum ubi Cibi à Medicamẽtis diſtinguntur, eò quod Cibi ὅλαις ταῖς οὐσίαις, i. tota Subſtantia corporis noſtri, ex omnibus 4. elementis mixta, immutentur & corpori aſſimilentur : Medicamenta verò κατὰ μίαν ἥντιναοῦν ποιότητα, i. Vna aliqua,

earum quæ inſunt corpori, qualitatum immutantur.

21. *Cui rei cùm alia multa conſentiunt, tùm verò hoc evidenter ſuffragatur, quòd ſi quis, ex cauſa frigida dentium dolore laborans, Aquam frigidam, aut Vinum frigidũ in os aſſumpſerit; dolorem exacerbari ſentiet. Vt enim hic, Actu frigidũ, accedens ad frigidũ partis Affectum; magis refrigeratur, viciſſimq; magis refrigerat, & dolorem exacerbat. Ita, ſi quid potentia frigidũ intra corpus aſſumatur, vi Elementi frigidi, quod in nobis eſt, in Actum deducitur.*

22. *Nec repugnat hiſce, quod lib. 3. de ſimpl. med. cap 20. dicitur. Frigida medicamenta in Actum deduci, itidem à Calore noſtro: quo comminuuntur promoveanturq́;. Calor enim ille noſter, eſt mixtus ex omnibus quatuor elementis: Vnde fit, vt quod in eo eſt, de ſubſtantia Elementi Calidi, calefaciendo in Actum deducat Calida: & quod eſt de eſſentia Elementi frigidi, in Actum deducat frigida.*

23. *Et ſi quis fortè à nobis requirat, poſſit né fieri, vt omnis generis res, quæ potentia Calid. Frigid. Humid. aut Siccæ ſunt; ex ea mutatione, quam à corpore noſtro accipiunt, in Actum deducantur; acquirantq;. admirabiles illas Vires, præſertim calefaciendi, Refrigerandi, quas in Calidis frigidisq́; Venenis cernimus, alijsq; rebus vehementiſſimè calefacientibus?*

24. *Ei nos cùm Gal. hîc cap. 2. d. Reſpondemus. Si in ijs quæ extra nos ſunt: res quædam ex leui mutationis principio, maximas quaſdam Vires acquirunt: non debemus dubitare: ſi intra corpus noſtrum, res quædam à noſtro Calore, maximas Vires conſequantur. At extra nos cernimus,*

nimus, inter cætera, Sulphur ex leviſſimo ignis contactu Inflammari. Pulverem tormentarium, vnica ignis ſcintilla, maximum incendium excitare.

Τῶν δυνάμει θερμῶν ψυχρῶν &c. Præcipuę differentię.

25. Diximus ferè ex cap. 1. iam citato, & initio ſecundi, vti etiam ex 6. de Natura potentialis qualitatis omnium, quæ Medica materia continentur: quæq; dicuntur δυνάμει θερμὰ, ψυχρὰ, ξηρὰ, καὶ ὑγρὰ. Deinceps, vt modum dignoſcendi eorum temperamenta, commodius proponere queamus: oſtendendum eſt, quam habeant eorum quæq; cùm noſtro Corpore Cognationem, aut Repugnantiam.

26. Idipſum ex cap. 2. 3. 4. tertij huius libri præſtabimus. Aſſerentes, quædam eorum, tantam habere cùm eo cognationem, Vt vbi ingeſta fuerint in Corpus, mox cõverti queant in ipſius ſubſtantiam: & proinde, à corpore noſtro alterentur: Ipſum verò ſenſibile mutatione nulla immutent. Huiuſmodi verò ſunt omnia illa quæ Alimenta exiſtunt.

27. Quædam è contrà, Corpori noſtro ita adverſantur, vt ſi in id ſint ingeſta, illud immutent: ab illo autem ſenſibiliter planè non mutentur. Cuiuſmodi ſunt venena frigida, ſicuti Papauer, Cicuta, Mandragora & ſimilia. Vide hic cap. 3. c cap: 4. f. g.

28. Sunt deniq; alia, quæ & evidenter agunt in corpus noſtrum: & viciſſim ab eo patiuntur: quorum duplex eſt genus. Vnum pernicioſum: Alterum ſalutare.

29. *Priore genere continentur Venena erodentia, Putrefacientia, Vrentia & ſimilia. Vt Calx, Aerugo, Arſenicum, Argentum ſublimatum, Cantharides & alia. Quæ evidenter à Corpore noſtro immutantur, eò quod Potentialis eorum Calor, ab illo accendatur, perinde vt ſulphur accenditur, ex contactu Ignis.*

30. *Vbi verò à Corporo noſtre, principium mutationis ſumpſerunt: tunc id viciſſim etiam erodendo, putrefaciendo, vrendoq́ corrumpunt.*

31. *Poſteriori genere continentur Medicamenta ſalubria, itemq́ Cibi medicamentoſi. Quibus commune eſt, Vt & ſalubriter alterent corpus calefaciendo, Refrigerando, Humectando, Siccando: viciſſimq́ à corpore mutentur. Sed ſi maior evidentiorq́ fuerit ea Actio, qua ipſa alterant corpus, Medicamenta dicuntur. Sin evidentior fuerit Alteratio, qua ipſa mutātur à corpore noſtro. Medicamentoſi cibi nuncupantur. vide ſub finem cap. 4. huius lib. 3.*

32. *Ex Medicamentoſorum ciborum genere eſt, verbi gratia. Refrigerans quidem Lactuca, calefaciens Eruca, Menta, Sinapi: quæ dum concoquuntur, alterant corpus evidenter: Lactuca ſcilicet refrigerando æſtuantem Ventriculum: Menta eundem calefaciendo. Sed tandem concocta, corpori aſſimilantur, fiuntq́ alimenta.*

33. *Sed dices: Quorſum hæc? Aut quid conducere poſſunt, ad cognitionem eorum Temperamentorum, quæ ſecundum potentiam conſiderantur? Reſpondeo. Vt Intelligamus, nobis ita inveſtigandam eſſe harum rerum Temperiem, vt non ſolommodo inquiramus, num Calid. Frigid. Humid. aut ſicci temp. ſint: ſed etiam, ad quod propo-*

propoſitorum generum, Temperamenti ſui ratione pertineant.

34. Semper enim, in huiuſmodi rerum Temperamentis inquirendis (vt dicitur ſub finem cap. 3 & initio 4. vrgeturq́; toto eo capite) conſiderandum de ſingulis. Nùm talia ſint, quæ ὅλαις ἀλλοιούμενα ταῖς οὐσίαις, τροφαὶ τῶν ἀλλοιούντων εἰσι. ἢ κατὰ μίαν ἡντιναοῦν ποιότητα, τὴν ἀλλοίωσιν ἴσχοντα, φάρμακα μόνον ἐστι. ὥσπερ γε καὶ ὅσα ταῖς ὅλαις αὐτῶν οὐσίαις ἄτρεπτα μένοντα. διατίθισι τὸ σῶμα, *i. tota ſubſtantia alterari & alimenta fieri corporis alterantis: vt qui propriè dicuntur cibi itemq́; cibi medicamentoſi. Aut quæ ab vna corporis noſtri qualitate alterata: poſtea corpus viciſſim alterant: vt medicamenta tàm ſalubria quàm noxia. Aut quæ, à corpore planè non immutata: ipſa id immutant, vt venena frigida.*

35. Nam vt mediâ parte eiuſdem cap. 4. tandem infert Galen. Triplex in vniverſum eſt, omnium eorum diverſitas, quæ Medica materia continentur. (ſi ad corpus noſtrum conferantur.) Quorundam enim Natura Ἐναντιωτάτη τοῖς ἀνθρώποις ἐστι, *i. Hominibus maximè eſt contraria. Quorundam* οἰκειοτάτη, *i. convenientiſſima. Quorundam deniq; natura* μεταξὺ τούτων ἐστι, *i. intermedio modo ſe habet.*

36. Adverſiſſ: naturæ noſtræ ſunt, quæ nos vocavimus Venena, tàm frigida quàm calida. Convenientiſſ: ea quæ propriè cibos potionesq́; appellavimus, eò quod in ſubſtantiam corporis noſtri facillimè convertantur. Medio modo ſe habent Medicamenta ſalubria & Medicamentoſi cibi. Quatenus enim alterant corpus evidenter: in

K 3 id

id agunt, eiq́; aliquantum adverſantur. Quatenus autem concoquuntur & corpori aſsimilantur, ei ſunt familiaria.

37. In ſingulis autem hiſce tribus generib: permagna iterum diverſitas exiſtit, quæ penes magis aut minus conſideratur, vt probavit ex profeſſo Gal. cap. 2. prius citato.

De trib: propoſitis differentiis, eorum quæ aſſumuntur intus, aut foris applicantur: Septem novæ quæſtiones.

38. Sed ſi hæc ita ſunt, & reſpectu cognationis atq; repugnantiæ, quam habet quæq; res cùm noſtro corpore: tales eorum differentiæ conſtituendæ ſunt, quales nos recenſuimus: non immerito, de ijs quæ iam ſequuntur quæſtionibus dubitaveris.

39. Primùm enim generatim quæritur, de omnibus cibis Medicamentisq́; ſalub: & inſalubribus. Cur eorum quædam ſint, quæ foris, corpori adhibita, tamquam Medicamenta: id exulcerant & proinde noxia ſunt. Cùm tamen intus ſine noxa vſurpentur, tamquam cibi ciborumq́; condimenta? Cuiuſmodi ſunt Allium, Sinapi, Cæpa, Muria, & ſimilia.

40. Item de ijſdem itidem omnibus. Cur è contrà multa intus ſumpta, planè ſint noxia: cùm tamen foris, vt ſalubria medicamenta vſurpentur? v.g. Aerugo in vnguento viridi 2. Med. cap. 2. & infinita alia.

41. Tertiò itidem de omnibus, Cur multa ſint, quæ intus & foris, aliquando ſalubriter: aliquando inſalubriter vſurpentur?

42. Quarto

Digitized by Google

42. *Quarto de Venenis Solis, ſed tàm frigidis quàm Calidis. Recténe illa dicantur habere, φύσιν ἀνθρώποις ἐναντιωτάτην, cùm tamen nonnunquam ſine noxa vſurpari queant?*

43. *Quinto de Venenis frigidis ſolis: ſi ratione Potentialis frigiditatis noxia ſunt, cur non emendari queant Actuali Calore? Cicuta enim interimit, quamvis ſumatur ad ignem calefacta.*

44. *Sexto de cibis. Cur dicantur à corpore noſtro tantummodo pati, non autem in id viciſſim agere? Cùm omne agens viciſſim patiatur.*

45. *Septimo. Veréne dicantur eſſe quædam, quæ ſint Medicamenta ſimul, & cibi: quales nos diximus eſſe cibos Medicamentoſos?*

46. *Reſpondemus ad quæſtionem primam, ex initio cap. 3. huius libri. Si quæ foris applicata, partem exulcerare debeant: ea oportere convenienti quantitate: ſola, aut cùm ſui generis aliquibus commixta applicari: ſufficienti item tempore eidem adhærere: & interim etiam non corrumpi; ſed manere idipſum quod erant, antequam applicarentur: aliàs certè non vlcerabunt partem.*

47. *Horum autem nihil fit, quando intus vſurpantur. Nam 1. Exigua quantitate ſumuntur. 2. Neq; ſola neq; cùm ſui ſimilibus eduntur, ſed mixta cùm alijs cibis, quibus illorum vis corrigitur. 3. Non diu manent eodem loco. 4. Non ſervant naturam ſuam, quam habebant dum edebantur, ſed mutantur mox, vi organorum quibus continentur, alteratrice; dividuntur: cum multis alijs humoribus, atque excrementis permiſcentur.*

48. Ad alteram ex eodem capite: Nihil eſſe dicimus quod foris habeat tantam vim alterandi, quantam habet intus. Nam & quæ foris appoſita noxia ſunt, ea in profundum penetrare oportet: aliâs enim non nocent: aut certè longè minus nocent.

49. Ad Tertiam ex eodē capite, Reſpondemus. Propter καιρὸν ποσότητα καὶ μῖξιν convenientem aut non convenientem, fieri, vt & foris & intus multa vſurpentur ſalubriter & inſalubriter. v.g. Aqua frigida, convenienti tempore, quantitate iuſta, ab homine robuſto & potioni aquæ aſſueto pota: febris inſigne remedium eſſe poteſt: eademq; contrariis occaſionibus ſumpta, hydropem poteſt efficere.

50. De Quarta aſſerimus ex cap 4. e. f. Non ex quantitate, ſed qualitate ac vi corporibus: noſtris adverſa, dijudicandam eſſe vim cuiusq; pharmaci deleteriam. Quod ſi enim quippiam ſalubre atq; innoxium pronunciare velis, propterea quod minima quantitate, aut certo quodam modo contemperatum, aliquando non noceat: Quid vetat, quo minus eodem modo, aſſeras Ignem non vrere? Nam eo quoq; ita poſſumus vti, nos ad ipſum calefaciendo, vt non vrat nos, ſed nobis proſit.

51. De Quinto pronunciamus ex cap. 4. a. hic actiones atq; Paſſiones, conſiderari, aut κατὰ τὴν ἐσχάτην ἀκρίβειαν, i. exactiſſ: aut κατὰ τὴν αἴσθησιν μόνον, i. ſenſuum noſtrorum reſpectu tantum. Prior modus conſiderandi Philoſophicus eſt, ſecundum quem, non tantum corpus noſtrum à cibis quos concoquit, ſed etiam duriſſ: ſaxum, à gutta in eum cadente, pati dicitur. Vnde dictum eſt Veteribus. Πέτραν κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐντελεχείῃ,

id

Digitized by Google

id eſt. Aſſiduo illiſu durum cavat vndula Saxum.

52. Alter modus conſiderandi, eſt proprius Medicorum: qui, vt neminem dicũt ægrotare, niſi Læſam eſſe functionem percipiat ſenſu: etiam non dicunt corpus noſtrum à cibis quicquam pati, quando nullam vllo ſenſu percipiunt paſſionem. At ſi evidenter corpus à cibis alteretur, veluti tunc fit, quando æſtuantes ſtomachi, ex vſu Lactucæ iuvantur: tunc dicunt, Ventriculum agere in Lactucam, eam concoquendo: & ab eodem viciſſim pati atq; alterari.

53. De eo quod quærebatur, in Septimâ quæſtione, longa eſt diſputatio, poſteriori parte cap. 4. incipiendo ab A: litera. Cuius ſumma hæc eſt. Si quæ ſunt, quæ & in nutrimentum corporis noſtri convertuntur: & interim dum convertuntur, evidenter idipſum, aut partem eius aliquam, alterant: ea ſunt Alimenta ſimul & Medicamenta. Alimenta quidem, quia aſſimilantur: Medicamenta verò quia Alterant.

54. Eſſe autem talia multa, cùm alijs multis modis, tùm per Experientiam evidenter poteſt probari: ſi obſervaveris diverſi temperamenti homines, quomodo ab iiſdem diverſiſq; cibis afficiantur.

55. Quod ſi enim bini ſint, quorum vnus calidum, alter frigidum ventriculũ habeat: iidemq; ambo frequenter vtantur frigidis cibis, verbi gratia, Lactuca: tunc deprehendes eum, qui frigido ventriculo eſt, ex illius vſu, evidenter lædi. Alterum verò iuvari, & ad temperamenti mediocritatem reduci.

50. Contrà, ſi ambo vtantur Cibis Calidis: exempli gratia, multo pipere conditis: tunc comperies,

Digitized by Google

ex eorum vſu, iuvari eum qui frigidum obtinet ventriculum. Alterum verò lædi.

57. Sin denique is frigidis cibis vtatur, qui Calidum obtinet ventriculum: & ille Calidis veſcatur, qui ventriculum habet frigidum: tunc ambos inde iuvari comperies.

De modo cognoſcendi temperamenta hæc.

58. His ita Conſtitutis, accedendum iam erit, ad indagandam temperiem eorum, quæ potentia ſunt Calida, Frigida, Humida, Sicca. Quorum infinita prope cùm ſit varietas: Methodum ſolummodo tradidit hic Galenus cap. 5. 6. ſecundum quam ſingulorum temperiem invenire poſſes: particulare verò iudicium de ſingulis, tradidit in lib. de ſimp. Medicament. facult.

59. Eandem Methodum, etſi tantum exemplis Calidarum Frigidarumq́ rerum illuſtravit: tamen vniverſalem eſſe dicimus, vt apparet initio cap. 5. & in fine 6.

60. Vt autem in ijs, quæ Actu ſunt Calid. frigid. &c. alia ſunt ἁπλῶς θερμὰ, alia κατ' ἐπικράτησιν, vt 31. prop. primæ diſput. dictum eſt: Ita etiam τὰ δυνάμει θερμὰ, alia dicuntur ita, ὡς πρὸς τὸ ἁπλῶς θερμὸν, quia fieri queant Ignis. Alia πρὸς τὸ κατ' ἐπικράτησιν: nosq́ poſteriori modo, harum rerũ temperam. conſideramus, vt dictum eſt antè, propoſit. 14. huius diſp. & ſequentib.

61. Et rurſus, vt præcedenti diſputatione, in æſtimandis Temperamentis, quæ ſecundum Actum conſiderantur ἢ κατ' ἐπικράτησιν: Medium quoddam nobis proponebatur,

Digitized by Google

nebatur, ad quod reſpicientes, reliquorum temperiem expendebamus. Ita hîc quoq; certum quiddam proponitur, cuius reſpectu, harum omnium rerum Temperamenta cognoſcamus.

62. Illud ipſum autem eſt Homo: primùm generatim omnis: deinde ad exactiſſ: iudicium, requiritur vt ſpectemus ad hominem Temperatiſſ: vt dicitur & hîc, initio cap. 5. & lib. 1. de ſimpl. cap. 1. 2. 15. 38. lib. 3. cap. 13. & alibi.

63. Cùm enim omnia hæc, vt prius dictum eſt: vel cibi ſint, vel Medicamenta, reſpectu naturæ, à qua immutantur, aut quam ipſa immutant: nobiſq; tractanda ſit Medicina Hominibus accommodata. Idcirco conſideranda nobis eſt harum rerum temperies, non reſpectu Cuiuſvis naturæ, ſed reſpectu Naturæ humanæ.

64. Hominis reſpectu ergo, conſideranda nobis ſunt temperamenta, omniū quæ medica materia continentur, an ſint potentia Calid. Frigid. Humid. Sicca, aut Temperata. Hoc eſt vtrum ex contactu corporis humani, acquirant Calorem noſtro ſimilem, quo nec incaleſcamus, neque refrigeremur, vt Temperata. An Calorem maiorem, quo incaleſcamus, vt Calida. Aut frigiditatem à qua Refrigeremur, vt quæ frigida exiſtunt. Idemq; de Humidis Sicciſq; ſentiendum.

65. Eiuſdem hominis reſpectu autem, ita conſideranda cognoſcendaq; ſunt, harum rerum temperamenta ſingillatim, vt ei aut foris applicentur, aut intus ab eodem aſſumantur. Et poſtmodum obſervetur, quem in eo effectū, quodq; illorū producat? Vtrum ſcilicet totū hominem, aut partem cui applicātur calefaciant, Refrigerent,

rent, Humectent, Siccent, aut ſimilem ei cui adhibentur, calorem acquirant? Vt dicitur & hîc: & lib. 1. de Simpl. cap. 2. 38. item lib. 3. cap. 13. aliiſq; locis.

66. Quæ enim neq; evidenter calefaciunt, Refrigerant, Humectant nec Siccant: ea Temperata tibi dicentur. Contrà, quæ calefaciũt Calida: quæ refrigerant frigida erũt. Idemq; de Humidis Sicciſq; intelligendũ. Exempla habes ſupra prop. 54. 55. huius diſput. de vſu lactucæ.

67. Cùm verò foris aut intus, horum quippiam adhibueris, cognoſcendi eius temperamenti gratia, tunc (ſecus quàm facere ſolemus, quando iis vtimur Curationis gratia) tepidum maximè id applicabis: ne ſcilicet, ſi calefacta aut refrigeratæ adhibeantur huiuſmodi res: Id quod fortè acquiſititio Calore aut frigore effecerint, ex proprio temperamento feciſſe videantur, & errori occaſionem dent.

68. Adhiberi autem poteſt horum quodq;, & Homini ſano, vt explores, quem Caloris aut frigoris ſenſum inducat. Aut eidem Affectib: Calidis Frigidiſq; laboranti, & quidem ſimpliciſsimis, vt videas quam in iis efficiat alterationem. Idemq; de Humidis Sicciſq; ſentiendum.

69. Si quid enim Calido Affectui applicatum, eũ refrigeret ac ſanet: Id certè potentia frigidum eſt. Sicuti etiam è contrà. Id Calidi temperamenti erit, quod frigidum Affectum curaverit. Idemq; de Humidis Sicciſq; ſubintelligito.

70. Vt autem id quod Calidum Affectum, eumq; ſimplicem curat: certò frigidi Temperamenti exiſtit, Calidi verò, quod curat Affectum Frigidum. Ita non è contrà, ſi quid Calido Affectui adhibitum, eum non potuit

refrige-

Digitized by Google

refrigerare: mox inferre poteris, quod frigidum non ſit: quia fieri poteſt, vt Affectus Calidus ſit vehemens: frigiditas adhibiti medicamenti exigua, quæ eum ſuperare nequiverit.

71. Hinc fit, vt in dijudicandis Effectibus eorum, quæ foris aut intus aſſumpta ſunt, vtrũ ſcilicet calefaciant, Refrigerent, Humectent aut Siccent? duplici Inſtrumento vti oporteat. Senſu ſcilicet, atq; Ratione.

72. Nam, vt loquitur hîc cap. 5. Galenus. Siquidem Ἐναργὴς ϗ σαφὴς τῇ αἰσθήσει ἡ ἐνεργεία, ταυτῇ πιςευτέον, *id eſt, ſi evidenter quid nos calefaciat: intus aut foris, vti piper, pyrethrum, Caſtoreum & ſimilia: aut evidenter refrigeret, ſicuti Lactuca: in his, quia actio eius, cuius tẽperiẽ exploras, ſenſui manifeſta eſt. Idcirco eidem ſenſui credere debes, nec quicquam dubitare.*

73. Quodſi Actio eiuſdem rei, cuius tmperiem explorare cupis obſcura ſit, tunc non ſolo ſenſu, ſed inſuper ratione vtendum fuerit.

74. Argumenta autem ſumenda erunt, non πόῤῥωθεν, *i. longe petita: ſed* ἐξ ὐσίας τῦ ζητυμένου, *ab ipſius rei eſſentia: quæ* ἔπι τὴν αἴσθησιν ἀνάγει τὴν κρίσιν, *i. quæ ad ſenſum revocant iudicium: ſive vt loquitur lib. 1. de ſimp. cap. 18. ab ijs quæ ſunt* παρακείμενα, τοῖς διὰ τῶν αἰσθησέων φαινομένοις, *i. non multùm diſtant à ſenſibus.*

Exemplo Aceti demonſtratur Methodus cognoſcendi temperamentum.

75. Exempla petenda ſunt, ex priorib: libris de Simp. Med. facult. nobis hîc Aceti Exemplum ſufficiet, cuius mentio-

mentionem tantummodo facit hoc cap.5. ſed lib.1. citati iam operis, cap.17. & ſequentibus copioſè explicat.

76. De huius Temperamento enim diſputatum eſt à Veteribus: frigidum ne eſſet an Calidum? Et eorum aliqui id Calidiſsimum eſſe pronunciarunt. Quia ſanguinis fluxum ſiſtat, tamquam cauterium ἐσχάραν inducendo. 2. Quia Acre eſt & mordax. 3. Quia eſt tenuium partium atq; penetrativum. Quæ probationes omnes ſunt ἐκ τῶν πορρώθεν: & proinde inutiles.

77. Alij contrà frigidiſsimum eſſe contendebant. 1. Quia ſanguinem ſiſtat refrigerãdo denſandoq; partem. 2. Quia grumos ſanguinis diſſoluat, itidem conſtringendo & veluti premendo. Quæ probationes priorib: ſunt ſimiles.

78. Galenus docet Acetum, ex primo contactu manifeſtè refrigerare: poſtea autem etiam Calorem quendam excitare, præcipuè ſi fuerit acre admodum. Eiuſdẽ Caloris cauſam eſſe, aut quod ex diverſis partibus conſtet, vt multa alia: aut quod ipſius acredo atq; penetratio, dolorem aliquem excitans, levem fluxionem moveat, quam comitatur calor exiguus, & rubor.

79. Id probavit primùm ſenſu. Quia partibus ſanis adhibitum Acetum, eas manifeſtè refrigerat: poſtea mordicationem excitat & Calorem recurrentem, cùm quodam rubore. 2. Quia Calidos Affectus, ab illita thapſia ortos, ſanat. Phlegmonas quoq; & Eryſipelata mitigat.

80. Deinde Rationibus & Argumentis, ex rei natura deſumptis. 1. Quia ſitim ſedat in oxycrato, ſitis autem à Calore & ſiccitate oritur. 2. Quòd bilioſis naturis proſit, melancholicis noceat. 3. Quòd Cerato ſimplici ac temperato

perato adiectum, efficiat vt ipſum poſtea ſit Refrigeratorium.

Quod agit per ſe, diſtinguendum ab eo quod agit per Accidens.

81. Hoc modo expendere oportet Effectus cuiuſq; rei, de cuius Temperie quæritur: & inſuper διορίζεσθαι τὰ καθ' ἑαυτὰ, τῶν κατὰ συμβεβηκὸς. *i. Diſtinguere num ijdem Effectus, per ſe edantur, aut per accidens. Neq; enim quid vnum quodque per Accidens efficere poſsit, hîc quærimus: ſed quid per ſe, & propria inſitaq; vi efficiat, vt habes hîc cap. 5. & intio cap. 4. item lib. 1. de ſimpl. cap. 2.*

82. Ea autem dicuntur per ſe efficere aliquid, quæ idipſum efficiunt πρώτως, ἢ διὰ μηδενὸς τῶν ἐν μέσῳ, *i. primò atq; Immediatè. Per Accidens, è contrà, quæ efficiunt per Intermedium vnum, aut plura.*

83. Sic Aqua fontana, per ſe refrigerat, & incipientes inflammationes ab illita thapſia, ſanat: eademq; per Accidens quandoq; calefacit.

84. Et refrigerat Immediatè Aqua: nam inter Aquæ functionem, & refrigerationem partis, quæ inflammari incipiebat, nihil intercedit. Dum autem iuvenis quadrato, æſtate media, affatim affuſa aqua Calorem revocat: per Accidens id efficit: quia inter Aquæ primam functionem, & Caloris provocationem, aliæ actiones interveniunt. 5. Aph. 21.

85. Primò enim cõtactu refrigerat Aqua, & refrigerando cutim denſat: propter denſatam cutim prohibetur

diſflatio

Digitized by Google

diſflatio: prohibita diſflatione recedit calor in profundum: in profundo collectus augetur: auctus tandem ad exteriora fortior erumpit.

86. Balneum verò Calidum, per ſe calefacit atq; humectat, per Accidens autem Inflammationes refrigerat & ſanat: nimirum vacuando materiam, quæ in parte, phlegmone laborante, impacta putreſcebat & phlegmonem excitabat.

87. In diſtinguendo igitur, núm quippiam per ſe, an per Accidens ſit factum, ad duo ſpectare iubet Galen: nempe ad διάθεσιν καὶ χρόνον, i. Affectum qui ab aliquo medicamento curatur, & Tempus quo ſentitur, eiuſdem medicamenti vis.

88. Quod ſi enim, ſimplex aliquis Affectus Calidus ſit, qui ab adhibita aliqua re curetur, vti, cùm incipientes inflammationes ab illita thapſia ortas, Acetum ſanat, lib. 1. de ſim. cap. 19. tunc certò poteris pronunciare, per ſe refrigerare, eam rem, qua adhibita, ſimplicem illum affectum ſanavit.

89. Temporis ratione obſervare oportet, núm ex primo contactu rei, mox vis illius calefactoria, aut Refrigeratoria percipiatur? Quæ enim per ſe agunt, eorum vis mox ſentitur: contrà, quarum rerum effectus tardè superveniunt, iÿ ſolent per Accidens evenire.

90. Sic Aqua fontana, quia primo contactu refrigerat, & porrò etiam deinceps: idcirco per ſe refrigerat. Contrà autem, aliquando calefacit, ſed per Accidens, vti diximus de Iuvene Quadrato, &c. tunc Calor, non ſubitò ex Aqua contactu apparet, ſed ſupervenit poſtea.

91. Poſt-

Digitized by Google

91. Poſtquam ſecundum propoſitam Methodum, deprehendiſti, vtrum id, de quo ambigebatur, calefaciat, Refrigeret, Humectet aut Siccet: tunc proximè ſequitur, vt expendas, quanta ſint illius Vires, & vtrum ex primo, aut ſecundo, tertio, quartóve ordine ſit: quod eadem methodo invenietur: ſed de hiſce legendi erunt ſcriptores de Materia Medica.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Digitized by Google

PARTES

HVMANI CORPORIS COMPENDIOSE ENARRATÆ: ET IN THESES, PRO Anni 1597. exercitijs digeſtæ, & ſtudioſis propoſitæ.

Ad

Illuſtrem & Generoſum Dominum D. Nicolaum Zenovvitium Palatinidum Breſtenſem, Capitaneum Czeczerſenſem.

Reſpondentibus,

1. Ioanne Augerio Geneveníe.
2. I. Iacobo Mieg Baſilienſe.
3. Philippo Höchſtettero Auguſtano.
4. Emanuel. Vrſtiſio Baſilienſe.
5. Ioanne Regulo Villingero Vlmenſe.
6. Daniele du Vernoy Montbelgardenſe.

Diſ-

Digitized by Google

Diſputatio I.

Quid ſint partes, & quæ ſint earum Vniverſaliſs. differentiæ?

THESIS I.

PArtes Corporis noſtri, Græcis μέρη καὶ μόρια nominantur: ſicuti corpus quoq; integrum ὅλον καὶ πᾶν τὸ σῶμα ijsdem nuncupatur.

2. Eſt autem tàm partium ad totum ſive Integrum, quàm Integri ad partes Relatio: vnde ſequitur, vt prout Totum Corpus aliter atq; aliter acceperis: ita partes illius aliter atq; aliter ſint definiendæ: alia item atq; alia, pro partibus habenda, aut non habenda.

3. Nimirum quia, vt inquit Galenus initio libelli, de ijs quæ medicè dicuntur in Timæo Platonis: præterea etiam 1. Meth. cap. 5. ὅ τι ἂν ᾖ τοῦ παντὸς συμπληρωτικόν, ἐκεῖνο μόριόν τε καὶ μέρος ὀνομάζεται, τοῦ ὅλου δηλονότι σώματος οὗ συμπληρωτικόν ἐστι, i. quicquid complet Integrum, id eiusdem integri pars eſt.

4. Quòd ſi igitur, illud corpus humanum integrum totumq; eſſe dicamus, quod vivit & ſanum eſt, quodq; per ſynonymiam, non per homonymiam tale dicitur: tunc præcipuæ illius partes illæ erunt, quas expreßit Hipp. 6. Epidem: ſect. 8. textu 19. per ἴσχοντα, ἰσχόμενα καὶ ἐνορμῶντα. i. Continentia, con-

tenta & impetum facientia:qualia ſunt Partes ſolidæ, Humores & Spiritus.

5. Hæc verò etſi ita ſint, Medici tamen communiter, cum de partibus humani corporis diſſerunt, nec humores neq; Spiritus pro partibus habent, ſed tantummodo ipſas ſolidas partes quæ ſolidam corporis noſtri ſubſtantiam complent: qua ſignificatione, nos quoq; hîc de partibus humani Corporis diſſeremus, præcipuas earum differentias vſusq́; enarraturi.

6. Inveniuntur autem eadem, ex legitima diviſione totius: quæ primùm in præcipua maximaq́; membra corpus diſtribuit: deinde eadem ſubdividit in alias partes minores, donec perveniatur ad minimas. Hinc ſolent Anatomici humanum corpus dividere: primum ἐις ὅλμον ἠ τὰ κῶλα i. Truncum & Artus: deinde Artus in manus & Crura ſubdividunt. Truncum diſtribuunt in tres ventres, Caput, Thoracem & ventrem inferiorem.

7. Et hæ præcipuæ maximaq́; partes ſunt, & quidem Inſtrumentariæ, quibus totum corpus (quod ipſum quoq; eſt Inſtrumentum Animæ) perficitur. Eadem verò in alia minora ſimplicioraq́; Inſtrumenta ſubdividuntur, donec ad primas & ſimpliciſſ. partes perveniatur, quæ ſimilares appellantur.

8. In quem ſenſum, dicitur cap. 3. libri. de Morb. differentijs. Σύνθεσις ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ὑπάρχει τρίτη· πρώτη μεν ἡ τῶν ὁμοιομερῶν, δευτέρα δὲ τῶν ὀργανικῶν, τρίτη δὲ ἡ τοῦ σύμπαντος σώματος. i. Compoſitio corporis animalium eſt triplex, Prima qua partes Similares, ex quatuor humoribus, naturam quatuor Elementorum referentibus generantur. Secunda, qua ex partibus

bus, componuntur Inſtrumenta, Simpliciora, tùm maiora magisq́ composita Tertia deniq, quæ ex omnibus Inſtrumentis corpus totum componitur: Idem dicitur etiam initio cap. 9. libri 1. de Element.

9. *Atq; hinc dependet illa partium corporis diviſio, tàm Philoſophis quàm Medicis notiſſima, qua earum aliæ dicuntur eſſe Similares, aliæ Inſtrumentariæ.*

10. *Similares, quæ Græcis* ὁμοιομέρη *appellantur, illæ ſunt, quarum partes eiusdem eſſentiæ ſunt, cùm toto: ſive vt dicitur lib. 1. Meth. cap. 6.* ὁμοιομερὲς μόριον, ὡς καὶ τοὔνομα αὐτὸ ἐστι τὸ διαιρούμενον εἰς ὅμοια πάντη μόρια. *i. Similaris pars, vt nomen ipſum indicat, ea eſt, quæ dividitur in partes eiusdem eſſentiæ, cuius ipſa eſt: ſive vt dicitur cap. 8. lib. 1. de Elem.* ὧν τὰ μόρια, τῆς αὐτῆς ἰδέας ἐστι σύμπαντα. *i. quarum portiones eandem formam habent cùm ipſis.*

11. *Eædem partes Similares, aliâs etiam ſolent à Galeno nuncupari* ἁπλᾶ σώματα. *vt cùm alibi, tùm cap. 4. de Morb. differ. Item* πρῶτα πρὸς τὴν αἴσθησιν σώματα *i. Corpora ſenſus iudicio prima ac ſimplicia 2. de Element. cap. 1. Item* στοιχεῖα πρὸς τὴν αἴσθησιν *i. Elemēta corporis noſtri ſenſibilia. 1. de Elem. cap. 1. Item* πρῶτα, ἁπλούστατα καὶ αἰσθητὰ στοιχεῖα. *i. Prima, Simpliciſſimaq; Elementa ſenſibilia.*

12. *Propterea ſcilicet (vt dicitur ſub finem 8 & initio cap. 9. libri 1. de Element.) quòd ſicuti Ratio convincit, prima omnium rerum Elementa eſſe Ignem, Aërem, Aquam, & Terram. Ex iiſdemq́ generari quatuor humores, tamquam particularia Animalium ſanguine præditorum Elementa, Ita ſenſus ipſe percipit, quod*

Digitized by Google

ὥσπερ ἐκ τῶν χυμῶν, ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν γίνεται, οὕτως συνιόντων ἀλλήλοις, τὸ πρῶτον ἀποτελεῖται καὶ ἁπλούστατον ὄργανον· πολλῶν δὲ τούτων ἀλλήλοις συντεθειμένων, ἕτερον ὄργανον μεῖζον γεννᾶσθαι, κἀκείνων αὖθις ἀλλήλοις ἐπιπλεκομένων, ἡ τοῦ παντὸς σώματος ἀποτελεῖται σύστασις. *i. ſicuti ex humorib. qualibet pars ſimilaris primo generatur: ita deinde ex ſimilarium compoſitione, ſimpliciora Inſtrumenta, & ex coniunctione ſimpliciorum Inſtrumentorum, fiunt Inſtrumenta maiora, & denique vniverſi corporis ſtructura oritur.*

13. Ex numero huiuſmodi partium ſimilarium ſunt. Caro omnis generis, Oſſa, Cartilagines, Venæ, Arteriæ, Nervi, Tendines, Ligamenta, Membranæ, Cutis, Adeps, Medulla, Vngues, Pili, Humor Cryſtallinus, Vitreus, Aqueus, & quæ alia ſunt hiſce ſimiles.

14. Harum omniũ ſubſtantiam, cenſuit Ariſt. ex ſanguine tamquam propria materia generari: neque ex ſemine quicquam fieri: eò quod in ipſo ſit ſolomodo vis effectrix, quâ materiam moveat, poſtea diffluat & diſſipetur: perindeque ſe habeat, vt coagulũ in lacte, cui cõfert quidem coagulationis principium, non tamen fit pars Caſei. lib. 1. de gen. Animal. cap. 16. lib. 2. cap. 2. 3. lib. 5. de Hiſt. Animal. cap. 8.

15. Galenus tamen multis rationib. convincit, partes Spermaticas (cuiuſmodi ſunt Oſſa, Venæ, Arteriæ, Nervi, Tendines, Cartilagines, Ligamenta, Membranæ, membranoſaque omnia, ex ſeminis ſubſtantia primò conformari: atque illinc fieri, vt deperditæ eædem partes, aut nunquam, aut rarò regenerentur. Cùm è contrà caro, quæ pars eſt Sanguinea & ex ſanguine facta, facilè regenere-

generetur.lib. 1. de ſemine.cap.11. 12.13.alijsq; locis.

16. Et quamvis dicamus, Similarium partium alias eſſe ſpermaticas:quæ ex ſeminis ſubſtantia ſunt formatæ. Alias Sanguineas,quæ ſunt ex ſanguine genitæ: non tamen repugnamus ijs,quæ dicta ſunt ſuperius prop. 14. & ſequent: Nam vt text: 37 lib. 1. de Natura hominis, ait Galenus. 1. quandoquidem moles materiæ ſeminalis, ex quâ tot ſpermat: partes fieri oportet,tàm exigua eſt,vt non niſi minimæ & quaſi capillares, inde poßint formari;augmentum autem earum totum ex ſanguine conſtat: 2. quia ſemen ipſum quoq;, ex ſanguine amplius elaborato fit: Idcirco perinde ferè eſt,ſive dicas, ſimilares partes ex quatuor humoribus generari ſive pronuncies earum alias ex ſemine, alias ex ſanguine immediatè formari.

De Partibus Inſtrumentarijs.

17. Similaribus partibus, opponuntur inſtrumentariæ (quæ ὀργάνικα μέρη Græcis dicuntur, & quandoq; etiam ſimpliciter ὄργανα)tamquam compoſitæ ſimplicibus,ſiquidem ex ſimilaribus ferè componuntur inſtrumentariæ, iuxtà ea quæ dicta ſunt prop.6.11.12.

18. Ferè dico, quia ipſæ quoq; ſimilares, inſtrumenta ſunt,edendarum quarundam Actionum, Venæ quidem ſanguinem diſtribuendi: Arteriæ ſanguinem cũ ſpiritu vitali:Nervi Spiritum Animalem in omnes partes deferendi. Idcirco cap. 4 libri de Morborum differentijs, itemq; lib. 1. Meth.cap.6. recenſentur hæ partes, inter prima organa.

Digitized by Google

19. *Accedit hiſce, quod in omnibus partibus inſtrumentarijs, vna quadã pars ſimilaris, dicitur eſſe actionis cauſa, vt viſionis humor cryſtallinus, ſanguificationis parenchyma hepatis: concoctionis, caro ventriculi fibris illius intertexta: Idemq; de cæteris inſtrumentis iudicandum. cap.3. libri de Morb. differ: Item 2. Meth. cap. 4. 6. item lib. 7. cap. 2. eiuſdem operis. Præterea 4. de vſu partium cap. 12. alijsq; locis.*

20. *Cùm igitur 1. Meth. cap. 6. dicat Gal.* ὄργανον ὀνομάζω μέρος ζώου τελείας ἐνεργείας ἀπεργαστικόν. *i. Inſtrumentũ voco partem Animalis, quæ perfectam actionem edere poteſt: & partes Similares edant actiones: ſequitur, quòd earundem edendarum ſint inſtrumenta.*

21. *In eamq; ſententiam idem Galenus, alijs multis locis, tum verò lib. 4. de vſu partium cap. 12. de Hepatis parenchymate inquit,* ἀπολείπεται ἡ ἴδιον σάρξ τοῦ ἥπατος, πρῶτον εἶναι τὸ αἱματώσεως ὄργανον. *i. Relinquitur vt propria Hepatis caro, ſit primum ſanguificationis inſtrumentum.*

22. *Hoc verò etſi ita ſit, quia tamen veteribus conſuetum fuit, illas præcipuè partes* ὄργανα καὶ μέρη ὀργανικά, *appellare, quæ edendæ alicuius actionis gratia, ex pluribus ſimilaribus componuntur, vt Oculus Viſionis: Ventriculus concoctionis: Hepar ſanguificationis cauſa: cuiusmodi Actiones nulla pars ſimilaris ſola, & extra compoſitionem edere poteſt. Idcirco factum eſt, vt ſimilaribus partibus Inſtrumentariæ à Medicis opponantur:*

23. *De quo vſu vocabulorum ait Galenus eodem iam citato capite,* κατὰ ταύτην τῶν ὀνομάτων χρῆσιν, οὐ πρὸς ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν παλαιῶν ἑλλήνων ὀφθαλμὸν

ὀφθαλ-

ὀφθαλμὸς ὀνομασθήσεται καὶ μόριον ζώου, καὶ μέρος καὶ ὄργανον: ὁ δὲ κερατοειδὴς χίτων, μόριον μὲν καὶ μέρος, ὄργανον δὲ οὔ. i. ſecundum hanc vocabulorum ſignificationem, non tantum à nobis, ſed veteribus ipſis definitam, Oculus vocatur & pars Animalis, & Inſtrumentum. Cornea verò illius tunica, pars quidem dicitur, ſed non Inſtrumentum.

24. Vt autem propria eſſentia partium ſimilarium, conſiſtit penes convenientem cuiq; earum temperiem: cuius ratione valet: ægrotat autem ſi eadem vitietur: Ita inſtrumenti propria eſſentia conſiſtit penes Διάπλασιν, Μέγεθος, Ἀριθμον, Σύνθεσιν. i. Conformationem, Magnitudinem, Numerum, Poſitum. Quibus omnibus benè ſeſe habentibus, aptum eſt ad Actionem edendam: ineptum verò ſiquid horum vitietur. cap. 5. 6. de Artis conſtitutione: item cap. 4. 6. libri de Morb. diff. & ſequentibus.

25. Differentia partium Inſtrumentariarum, ſumuntur ex modo compoſitionis, quod earum alia minus, alia magis compoſita ſint. Exempli gratia Muſculus minus compoſita pars eſt quàm tibia, & tibia quàm crus.

26. De huiusmodi diverſitate compoſitionis, loquitur cum aliis locis Galenus, tum verò cap. 4. libri de Morb. diff. hoc modo ὥσπερ ἐκ τῶν ἁπλῶν σωμάτων, ἕκαστον τῶν πρώτων ὀργάνων· οὕτω πάλιν ἐξ αὐτῶν τούτων ὀργάνων τῶν πρώτων, τὰ δεύτερα συνίσταται. μῦς γὰρ καὶ φλὲψ καὶ ἀρτηρία τῶν πρώτων ὀργάνων, δάκτυλος δευτέρων, καὶ τούτου μᾶλλον ἔτι ποῦς, καὶ πόδος τὸ σκέλος i. Sicuti ex Similaribus partibus, quodlibet primorum Inſtrumentorum: Ita ex iiſdem primis inſtrumentis componuntur

Digitized by Google

Secunda. Muſculus enim, Vena, Arteria ſunt Prima inſtrumenta. Digiti Secunda & magis compoſita ſunt: hisq; adhuc magis compoſita inſtrumenta ſunt Pedes, & pedibus ipſa Crura.

27. Ex iiſdem hiſce verbis iam citatis & ſequentib. tum iis quæ dicuntur initio cap. 9. lib. 1. de Element. & cap. 6. lib. 1. Meth. Quatuor inſtrumentorum ordines cōſtituere poßis: quorum Primo contineantur inſtrumenta Simpliciß. nempe Nerui, Arteriæ, Venæ Muſculi. Secundo, illa quæ paulò magis ſunt compoſita, vt Digiti Manuum, Pedum, Ventriculus, Inteſtina, Vterus, Veſicæ, Hepar, Renes, Pulmones & ſimiles. Tertio, manus Extrema, Tibiæ, Pedes, Coxæ, Humerus, Cubitus, quæ à Græcis μέλη, i. membra nuncupantur. Quarto deniq; Extrema & Truncus.

Partium alia diviſio quadrimembris.

28. Hactenus Partium humani corporis præcipuas differentias, cùm per Analyſin, tùm per Syntheſin à Galeno ipſo expreſſam invenimus. Idem verò Galenus cap. 9. Artis Medicæ, reſpiciendo ad cognationem vſumq;, quem aliis aliæ ſuppeditant, easdem humani corporis partes, in quatuor claßes digeßit, his verbis.

29. Τέσσαρες αὐτῶν εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ ἀρχαί τινές εἰσιν. τὰ δὲ ἀπ' ἐκείνων ἐκπέφυκε. τὰ δὲ, οὔτ' ἄλλων ἄρχει τῆς διοικήσεως. οὔθ' ὑπ' ἄλλων ἄρχεται, συμφύτους ἔχοντα τὰς διοικούσας αὐτὰ δυνάμεις. Ἔνια δὲ συμφύτους τε ἅμα καὶ ἐπιῤῥύτους ἔχει. i. *Quatuor ſunt in vniverſum*

Digitized by Google

verſum differentiæ partium , eò quòd earum aliæ ſunt Principia quædam. Aliæ ex ijsdem Principijs ſunt prognatæ. Quædam nec ab alijs gubernantur, nec alias gubernant: cùm inſitas vires obtineant ſemetipſas gubernandi. Quædam deniq; partim inſitis viribus, partim influentib. gubernantur.

30. *Principia ſive Principes partes ſunt Cerebrum, Cor, Hepar, quibus adnumerantur Teſtes. Ex principijs prognatæ ijsdemq; ſervientes ſunt Nervi, Arteriæ, Venæ, ſeminalia vaſa. Quæ propria vi gubernantur ſunt Oſſa, Cartilagines, Membranæ ſimplices, Adeps, Caro itidem ſimplex. Quarto genere continentur Ventriculus, Inteſtina, Vterus, Veſicæ, cæteræq; partes, quæ Venas, Arterias Nervosq; ſenſibiles recipiunt.*

31. *Hac diviſione exprimitur cognatio quam habent omnes partes corporis, ſolis pilis atq; vnguibus exceptis: nam ex ijs omnibus Quædam ſunt Principia, quædam non. Et earum quæ non ſunt Principia , aliæ ex principijs orta, ijsdemq; inſerviūt: aliæ non. Et vltimæ hæ denique, vel ſolis inſitis viribus gubernantur, vel inſitis ſimul atq; influentibus.*

32. *Sed ſi cor Vitalis, & Hepar Naturalis facultatis ſedes eſt atq; principium: cur hic prop. 29. ex Galeno dictum eſt, partes quaſdam eſſe quæ ſolis inſitis viribus gubernantur? An non omnes calore nativo ex Corde foveri oportet: & ex Hepate ſumere nutrimentum?*

33. *Reſpondeo partim ſecundum Druſianum ex Haly Abbate. Id à Galeno ita dici, quia ſenſibiliter nulla vena nullaq; Arteria , cùm harum partium aliqua continuetur , medicusq; ſit artifex ſenſatus. Partim quod eædem*

eadem hæ inſitis viribus trahant ex proximis alimentum ſimul cùm calore: cùm tamen cætera idem hauriant ex Venis & Arterijs, ad ipſas pertingentibus.

34. Quod etſi ita ſit, & reſpectu huius affinitatis, quatuor partium differentiæ rectè conſtituantur: tamen omnes quatuor poſſunt revocari ad binas: eò quod omnes partes quatenus à Medicis conſiderantur, vel ſint principia, vel principiorum functionibus edendis inſerviant.

35. Et eas quidem, quæ ex principijs oriuntur, inſervire functionibus principiorum edendis iam dictum eſt, manifeſtumq́ eſt etiam illas ijsdem inſervire, quæ partim proprijs, partim influentibus viribus gubernantur: muſculus enim motrici, ventriculus concoctrici functioni miniſtrat.

36. Quæ proprijs viribus gubernari dicuntur, ea etiã inſerviunt edendis actionibus Principiorum. Oſſa enim, & Catilagines, primùm fundamenta ſunt omniũ reliquarum partium, quibus omnia adnaſcuntur, vt dicitur initio libri de oſſibus. Deinde ad motum conducũt, vt infra dicetur propoſit: 13. 50. ſequent. diſp. item ad muniendas partes principes lib. 1. de vſu partium cap. 16. lib. 16. cap. 2. itemq́ cap. 6. libri de ſectione vocalium Inſtrumentorum.

37. Membranæ varijs actionibus inſerviunt, & imprimis principia ipſa cooperiunt, cavitates diſtinguunt. 6. de vſu partium cap. 3. Glandulæ quædam vaſorum diſtributionibus muniendis inſerviunt. Quædam vicinas humectando, eas ad ſuas actiones aptas reddunt.

Quæ-

Quædam deniq; actiones quaſdam ipſæ edunt, vt mamillæ, quæ glanduloſa corpora dicuntur 7. Meth. cap. 11. item 16. de vſu partium cap. 2. Pinguedo deniq; ſicc is Membranarum Nervorumq; corporibus, in motu vehementi ceu oleo inungendis conducit. ibidem.

De cerebro & partibus illius functioni *ſervientibus,*

Diſputatio Secunda & Tertia.

THESIS I.

EX principibus partibus, cerebrum obtinet ſupremũ maximéq; principem locũ: ac veluti in arce quadam totius corporis conſiſtens, formam cavitatis, quam occupat, exactè refert. Vbi primum tenui: ſecundò craſſa membrana integitur: poſtmodum cranio ceu fortiſſimo muro circundatur, & forinſecus perioſtio & pericranio obducitur.

2. *Idem cerebrum:* Græcis dicitur Εγκέφαλος, *tamquam* το ἐντος τῆς κεφαλῆς *vt explicat Phavorinus, i. quod intra caput conſiſtat.*

3. *Superna ſede ſecundum capitis longitudinem per duræ membranæ proceſſum intervenientem, in binas partes, dextram ſ. atq; ſiniſtram dividitur: in Baſis autem medio continuum exiſtit, Poſteriori autem ſede vbi dorſalis medullæ initium prodit, eiusdem duræ membrana*

branæ alio proceſſu diſtribuitur in cerebrum, & cerebellum.

4. Eadem verò dura cerebri membrana, interim dum quaſi duplicata, dextram cerebri partem, à ſiniſtra, & cerebellum à cerebro ſeparat: quatuor ſinus cõtinet, in quos Venæ ſimul & Arteriæ eò aſcendentes exhauriuntur, & qui proinde tàm Venarum quàm Arteriarũ munere funguntur.

5. Horum primus incipit ab ingreſſu venarum atq; Arteriarum, quæ cerebrum petentes, in hos ſinus exonerantur & ſurſum verſus uſq; ad elatiſſ. cerebelli partem porrigitur, Quo loco Siniſter ſinus cùm dextro concurrens λῆνον. i. torcular Herophilo vocatum efficit: eſtq; Siniſter ſecundus, Dexter verò quartus ſinus. Tertius verò ille eſt, qui ſecundum capitis longitudinem, fertur per membranam, quæ dextram cerebri partem à Siniſtra ſeparat. lib. 9. de Adminiſt. Anatom. cap. 1.

6. In ipſa autem cerebri ſubſtantia, ex cõmuni Anatom: ſententia, quatuor ſunt Cavitates, quas Græci κοιλίας. Latini ventriculos nuncupant. Ex ijs primus Dextra cerebri parte, ſecundum illius longitudinem protenditur. Secundus in ſiniſtra parte conſiſtens, priori plane eſt ſimilis.

7. In horum ſede inferiori χοροειδεῖς appellati plexus continentur, qui ex eò aſcendente ſoporalis Arteriæ ramo multipliciter diviſo efformati, ad Spiritus Animalis generationem facere creduntur.

8. Iidem bini hi, qui & anteriores cerebri ventriculi nuncupantur, parte ſuperiori ſepto diſtinguuntur, parte verò inferiori in communem ſinum conveniunt, qui Tertius eſt cerebri ventriculus.

9. Ha-

9. *Habet autem is binos meatus, quorum vnus ex humiliori ipſius ſede, vbi in acutũ angulum, anguſtæ vallis inſtar deſinit, rectà deorſum fertur verſus pelvim & glandem pituitariam. Alter poſterior ad quartum ventriculum cerebri abit, qui ex dorſalis medullæ & cerebri ſinubus iunctis componitur.*

De partibus quæ cerebri functionibus edendis inſerviunt.

10. *Eius quæ in Cerebro reſidet facultatis, Actiones ſunt partim Principes appellatæ, Imaginandi Ratiocinandi & Recordandi: partim Senſitivæ & Motrices.*

11. *Ex his Principes ipſæ, fiunt in cerebri, ſubſtantia absq; vllo alio Inſtrumento, vt oſtenſum eſt in prima diſp. de Animæ faculti. pro. 57. & diſput ſecunda prop. 3. & ſequentibus.*

12. *Senſus autem atq; Motus, per Senſoria & Muſculos immediatè fiunt: quibus ex æquo inſerviunt Nervi, vim ſentivam Senſorijs, & Motricẽ Tactoriamq; Muſculis cùm ſpiritu Animali, ex cerebro deferentes.*

13. *Motuum autem cauſa facta ſunt etiam Oſſa, Cartilagines & Ligamenta quæ Muſculis inſerviant. Oſſa enim ipſa & Cartilagines (præterquam quod ſunt veluti fundamenta, quibus reliquæ partes ſuſtinentur, & partium quarundam propugnacula) Articulos efformant, Ligamenta eosdem continent. lib. 1. de vſu partium cap. 17. & lib. 12. cap. 2. vide etiam prop. 35. præcedentis diſput.*

14. *Ad Senſus igitur Motusq; efficiendos, requiruntur præci-*

præcipuè Nervi, Senſoria, Muſculi, Oſſa, Cartilagines, Ligamenta, quibus Membranæ & Cutis deniq; tamquam tegumenta ſupperadduntur.

De Nervis

15. Quòd Græci Νευρὸν, *id Latini nominant Nervum. Cuius triplex fuit apud veteres ſignificatio. Nam & Ligamenta & Tendines Muſculorum, Nervos appellabant 6 Epid. com. 4. text. 7. Item ſuper Hipp. de Fracturis com. 3. textu 57. & alibi. Tertio deniq; Nervi propriè vocabantur, ij qui ex cerebro & ſpinali Medulla orti, vim Motricem atq; Senſitivam partibus quibus inſeruntur, afferunt: de quibus ſolis hîc agimus.*

16. Iisdem hiſce propriè appellatis Nervis, duplex nomen fuit à veteribus inditū. Νευρὸς ἀπὸ τὸ Νεύειν *i. quod flectere queat partes quas movet, &* Τόνος *quod tendere & contrahere queat Muſculos inter movendum.*

17. Subſtantia autem triplici conſtant Nervi. Primū Media, quæ intima exiſtit, & indurato cerebro ſimilis videtur, oriturq; ex cerebri aut ſpinalis Medullæ ſubſtantia: parva corpora, ſed quæ vim maximam obtinent lib. 1. de Motu muſcul. cap. 1. Deinde exterioribus duabus, quarum vna à tenui, altera à dura cerebri meninge ducit originem.

18. Nervorum autem alij ſunt molles, quales ij exiſtunt, qui ex cerebro ipſo naſcuntur: præſertimq; Optici. Guſtatorij & Auditorij: quibus proinde exactior ineſt vis ſentiendi. Alij ſunt duriores & præſtantiores ad motum quamvis per horum ſingulos etiam tangendi facultas

quæat

Digitized by Google

queat ſuppeditari. vt dicitur 9. de vſu partium cap. 11. 14. & lib. 16. cap. 3. eiuſdem operis præterea 7. de adminiſt. Anat. cap. 8. aliiſq; locis.

19. Eorum qui ex cerebro oriuntur Nervorum, ſeptem paria communiter numerantur. Primum, paulò poſt olfactus organa è Cerebri baſi pronatum ad oculos tendit, conſtituitq; Nervos Opticos. Alterum par Muſculis oculorum movendis inſeritur. Tertium maiori ſui parte ad linguam fertur, eiq; guſtum confert. Quartum in Palati tunicam deſinit, eſtq; etiam guſtatorium. Quintum maiori itidem ſui parte, tendit ad auditus organum. Sextum par dicitur eſſe vagum, quia variis partibus ſoboles communicat: tres tamen dicuntur illius eſſe præcipui Rami. Coſtales, Stomachici & Recurrentes. Septimum præcipuè in Muſculos Linguæ inſumitur.

20. Reliqui Nervi ex ſpinali medulla oriuntur: inter ſingulas eius vertebras bini prodeuntes: Vnus Dextrorſum, Alter Siniſtrorſum: ſuntq; eorum paria triginta; Quorum ſeptem ex vertebris colli: duodecim ex vertebris thoracis: quinq; ex vertebris lumborum: ſex deniq; ex oſſe ſacro prodeunt.

21. Ex hiſce: ii qui diaphragma movent, à quarta, quinta ſextaque colli vertebris prodeunt, qui in Brachia diſtribuuntur, ex quinta, ſexta, ſeptimaq; Colli, prima, ſecundaq; vertebra Thoracis oriuntur. Qui in femora cruraq; digerũtur Nervi, ex tribus infimis lumborum vertebris, & quatuor ſuperioribus oſſis ſacri paribus ducunt originem.

M De

Digitized by Google

De Senſorijs.

22. Senſoria appellamus Inſtrumenta, ſingulorum ſenſuum functionibus edendis à natura facta, quæ Græcis Αἰσθητήρια *nuncupantur. Eorum verò ſingula triplici genere partium conſtant. Vna enim in vnoquoq; ſenſorio pars eſt, proprium ſentiendi Inſtrumentum. Altera quæ vim ſentiendi eidem defert à cerebro. Tertio genere continentur partes, quæcunq; primo ſentiendi Inſtrumento, vſum aliquem conferunt. lib. 1. de cauſ. ſympt. cap. 1. 2. 3. 4. 5.*

23. Vt autem quinq; ſunt Senſus: ita totidem ſunt Senſoria. Oculi ſcilicet ad Videndum, Aures ad Audiendum, Nares per quas olfacimus, Lingua ad Guſtum, Partes deniq; ſimilares quæ Neruorum ſunt participes, ad Tangendum.

24. In oculo proprium videndi Inſtrumentum, eſt Humor Cryſtallinus, cui ſoli ſpecies rerum viſibilium imprimi poſſunt. Viſoriam facultatem eidem à cerebro deferunt Nerui optici. Ex cæteris illius humoribus, Vitreus ad Cryſtallini nutritionem facit. Aqueus tamquam propugnaculum quoddam Cryſtallino exiſtit, ne immediatè lumen formaſq; viſibiles cõtingat: anteriorem oculi cauitatem replet tunicaſq; madefacit. lib. 10. de vſu partium cap. 1. 2. lib. 1. de cauſis ſympt. cap. 2. lib. 6. de Placitis cap. 6.

25. Cæteræ Oculorum partes vſus alicuius gratia factæ, ſunt potiſſimum Membranæ & Muſculi. Membranæ potiſſimum binæ ſunt, à binis Nerui Optici inuolucris ortæ, σκληρότης ϗ ῥαγοειδής, *i. dura atq; vvea: quorum illa totum oculum inueſtit, & parte anteriori, ubi pellucida*

eſt,

Digitized by Google

eſt, cornea vocatur, & Græcè κερατοειδὴς. Interior verò vvea eſt, quæ parte anteriori, ſub Cornea perforata, efficit pupillam.

26. Hæ binæ tunicæ omnes tres humores continent, & exterius tunica alba, quæ coniunctiua dicitur, capiti adhærent. Intus verò è contra, Cryſtallinum ab Aqueo humore diſtinguit tunica Αραχνοειδὴς, Araneiformis. Et vitreum deniq; parte intima oculi, amplectitur tunica Αμφιβληστροειδὴς. i. Retiformis, in quam Nervus opticus degenerat.

27. In Auribus, primum Audiendi Inſtrumentum eſt Aër ingenitus, aut ſi mavis, Aërea ſubſtantia Auribus ingenita, quæ ad vltimam earum ſedem, in cavitate temporis oſſis inſculpta, continetur, quæ ſola vocum (quæ itidem Aëreæ ſubſtantiæ ſunt) formam ſuſcipere poteſt. lib. 7. de Placitis cap. 6.

28. Audiendi facultatem eidem ex cerebro affert Neruus quintæ coniugationis, membranæ inſtar eidem cauitati obuolutus. Cæteræ partes vſus alicuius gratia factæ, ſunt ipſæ Aurium prominentiæ potiſſimum, & Auditorius meatus ita conformatæ, vt voces commodius ſuſcipi queant, ad Aërem ingenitum deferri eumq́; alterare poſſint: quod Gal. Hadriani Romanorum conſulis exemplo lib. 11. de vſu partium cap. 12. docet.

29. Olfaciendi primum inſtrumentum, ſunt bini proceſſus albicantes teretes, qui Galeno Αποφύσεις vocati, juxtaq́; Neruos opticos orti, vtrinq; ſecundum cerebri baſin antrorſum tendentes, ad oſſa ethmoidea pertingunt. Vim olfactoriam ſuppeditat cerebrum. Nares ipſaq; Ethmoidea oſſa, ceu viæ quædam ſunt, per quas

inſpirando, odoratarum rerum vapores, ad ipſum Inſtrumentum attrahuntur. cap. 2. libri de organo olfactus.

30 Guſtandi Inſtrumentumtum eſt Lingua, præſertimq́ exterior eius tunica: ſed quatenus ingenito ſucco plena eſt. Arida enim Lingua, non poteſt ſapores dijudicare. Guſtatoriam facultatem recipit à cerebro per Nervum tertiæ coniugationis, lib. 4. de Loc. affect. cap: 2. E.E. Item 11. de vſu partium cap. 10.

31. Vt verò poſſent rectè applicari Linguæ, guſtabiliũ rerum ſapores, motu proprij corporis opus habuit, vti & labiorum, totiusq́ oris.

32. Tangendi immediatum inſtrumentũ, ſunt omnes partes ſimilares, quæcunq́ Nervorum participes ſunt. Vim Tactioriam illis ſuppeditant Nervi, quicunq́ in eas inſeruntur. Vſum, vt rectè fiat Tactus, præbent qualibet, quibuslibet, ſibi mutuo, quamdiu rectè habent.

Diſputatio III.

De Muſculis, Oſsibus, Cartilaginibus & Ligamentis

Ceù motus voluntarij Inſtrumentis.

XXXIII.

Q*Væ partes μυές Græcis & Latinis Muſculi appellantur: eæ nomen obtinent à Mure. aut vt alij volunt, à forma Muſculi piſcis. Nam ſicuti mus & omnis*

ferè

ferè piſcis, caput habet acutum, ventrem craßiorem, & tandem in exilem caudam deſinit, ita ferè eſt forma Muſculorum, & eorum præſertim, qui κατ' ἐξοχὴν Muſculi nomen obtinent: quorum caput eſt illic vbi oriuntur, venter vbi ſunt craßiores, Ἀπονεύρωσις ſive tendo, in quem ceû caudam finiuntur.

34. Eſt autem Muſculus pars Inſtrumentaria, ex Nervo & Ligamento in tenuiß. filamenta diviſis carneq; intertextus, venis præterea atq; arterijs eam quaſi irrigantibus, conſtans: vt ſit motus voluntarij proprium Inſtrumentum. 1 de Mot. Muſc: cap. 1. 2.

35. Et quamvis omnis Muſculus, ex cerebro per Nervos, non Motricem vim ſolam recipiat, ſed etiam ſenſitivam: tamen non Tactus ſed Motus voluntarij propriũ Inſtrumentum rectè dicitur: eò quòd ſolus moveat, non ſolus verò ſentiat, ibidem.

36 Nervi enim, etſi Motricem vim Muſculis ex cerebro ſuppeditent, ſine quâ motus edere nequeunt ipſi tamen per ſe, absq; Muſculis aut Muſculoſa aliqua ſubſtantia, nullum Motum edere poſſunt. Primò ob id, quod minimi ſunt, qui in Muſculos inſeruntur. Secundò quod in Vivis Animalibus, dum Voluntario motu Muſculi cientur, Nervi ipſi non moventur. Tertiò, quod neque in Mortuis Animalibus, ſi Nervos trahas, ſimul attrahere poteris Muſculos, in quos inſeruntur. vt dicitur in lib. de fœtus formatione cap. 6. b. c. item ide loc. Affect. cap. 6. f. 12. de vſu partium cap. 3. c. d. lib. 1. de Plac: cap. vltimo 8.

37. Sed quomodo movent Muſculi partes? Sicuti omnium Arteriarum vnus eſt Motionis modus (nam vt lo-

Digitized by Google

quitur Gal. initio cap. 4. libri de motu Muſculorum, ἀεὶ φαίνεται διὰ τῶν ὁμοίων ὀργάνων, ὁμοίως ἐνεργεῖν ἡ φύσις. i. ſemper per ſimilia inſtrumenta, ſimiliter operatur Natura) ita vnus eſt modus motionis in omnibus Muſculis, quotcunq; illi ſint, & in quibuscumq; partibus exiſtant.

38. Omnis enim Muſculus, ut ex primo ortu talem obtinuit ſtructuram, qua naturaliter contrahi poßit: unde fit, ut tranſuerſim abſciſſus, tam in vivo quam mortuo animali, verſus ſuos fines contrahatur, Ita voluntario motu etiam contrahitur, contractusq; trahit ad ſe partem, in quam inſeritur.

39. Et hic eſt proprius cuiusq; Muſculi motus, tamquam eiusdem Actio. Cui opponitur eiusdem alius Motus, qui non eſt actio, ſed Paßio Muſculi: quando ſcilicet ab oppoſito Muſculo trahitur & extenditur. lib. 1. de motu Muſc. cap. 4. 5. 6. 8.

40. Atq; hîc vides iam fieri, quod Ariſt. lib. 3. de Anima cap. 10. & initio libri de motu Animalium dixit, ὅτι ἀδύνατον κινεῖσθαι μηδενὸς ἠρεμοῦντος· δεῖν γὰρ ἂν κινῆται τι τῶν μορίων, ἠρεμεῖν τι. i. Nil poſſe moveri, niſi aliquid quieſcat. Nam ſi qua pars Animalis movetur, neceſſe eſt vt aliqua quieſcat. Semper enim pars illa, unde Muſculi oriuntur, tamquam cardo quidam quieſcit, interim dum Muſculi trahunt illam & veluti ſuper cardine vertunt, in quam inſeruntur.

41. Differentiæ muſculorum plurimæ ſunt, de quibus egit Veſal. lib. 2. cap. 3. Hæ tamen præcipuæ cenſentur, quod Muſculi alij ſunt magni, ut Muſculi Abdominis: Alij parui, ut Muſculi Laryngis. Item exortum obtinent alij

alij ex oſsibus: alij ex Cartilaginibus: alij ex Membranis. Item inſeruntur alij in Oſſa: alij in Cartilagines: alij in aliud quiduis. Item alij habent Muſculos oppoſitos: alij ab vno principio oriuntur: alij à pluribus. Item alij in tendinem finiuntur, vnicum aut plures: alij non finiuntur in tendinem.

42. Vt autem eſt maximus numerus muſculorum: ita eſt etiam incertus: propterea quod de multis non conſtet, ſint ne vnici an plures? ob varios ſcilicet exortus; concurſus: inſertiones, fibrarum ductus. lib. 1. de Mot. muſcul. cap. 1.

43. Sequeretur iam, ut de ſingulis Muſculis, qui Anatomicis quibusq; partibus movendis facti eſſe dicuntur, ageremus: eorumq; numerum, exortum, ductum & inſertionem in ſingulis partibus, explicaremus.

44. Exempli gratia Abdominis muſculi (ſolent enim hi primi inter ſecandum demonſtrari) præter pyramidales binos à recentioribus inventos, octo ſunt. Nempe utrinq; vnus obliquè deſcendens, qui à ſeptem inferioribus coſtis ortus, obliquè ad anteriora deſcendit, & implantatur in lineam albam. Item vtrinq; vnus, fibris ſuis obliquè ad anteriora aſcendens. Tertiū par ab Oſſe pubis exortum, ſurſum rectà fertur ad Pectus. Quartum par, quod tranſuerſim fibras digerit.

45. Eodem modo ſingulorum membrorum muſculi quibus mouentur, ſingillatim eſſent explicandi: niſi id repugnaret compendioſæ breuitati, quam in theſibus hiſce profitemur. Reijcimus ergo totam hanc doctrinam ad Anatomicos: ſi modo de muſculis cæterisq; inſtrumentis, quibus Reſpiratio, Vox & Oratio perficiuntur,

quàm breviſſ. docuerimus ex lib. 1. cap. 6. lib. 4. cap. 6. de loc: Affect. item lib. 2. de Mot. Muſc. cap. 9. & cap. 6. lib. de Vocalib. inſtrumentis.

46. *Ad orationem formandam igitur, plures actiones ordine quodam ſe conſequentes requiruntur. videlicet* ἐκπνοή, ἐκφύσησις ψοφώδης, φωνή, διάλεκτος. *i. Exſpiratio, Exſufflatio ſonora, Vox & Dialectus. Eademque hæ actiones cùm ſint diverſæ, & cognationem tamen quandam habeant: ita per muſculos aliaq; Inſtrumenta fiunt, quæ partim communia ſunt, partim diverſa.*

47. *Communia inſtrumenta harum actionum ſunt Thorax, Pulmones, Aſpera Arteria, Nares. Particulare* τῆς ἐκπνοῆς *Inſtrumentum, eſt Muſculus ille latus, quem Diaphragma vocant. Hic enim vt vi Nervorum, ex 4. 5. 6. cervicis coniugationibus ortorum, Ordinariæ Reſpirationis, in homine ſano & tacente quieſcenteq; proprium inſtrumentum exiſtit: ita etiam* τῆς ἐκπνοῆς, *quæ eſt pars Reſpirationis.*

48. Ἐκφύσησις *eſt tàm copioſi Aëris Exſpiratio, quæ poſſit eſſe Vocis idonea Materia: eademq; non ſolo Diaphragmate, ſed etiam Muſculis intercoſtalibus perficitur.*

49. *Hæc ipſa ſi biantibus faucibus expiretur,* Ἄψοφος *eſt: ſin iiſdem conſtrictis exſufflatur, fit* ψοφώδης. *i. ſonora, vociſq; commoda materia exiſtit.*

50. *Quod ſi quacunq; de cauſa, adhuc maiori Reſpiratione opus ſit: tunc hiſce accedit etiam actio Muſculorum ſuperiorum.*

51. Φωνὴ *ex convenienti Materia fit per* ὄργανα φωνη-

τικά.i. Vocalia Inſtrumenta: ipſos ſcilicet Muſculos Laryngis. Deniq; διάλεκτος. i. vox Articulata ſive ſermo per ὄργανα διαλεκτικά: cuiusmodi ſunt muſculi Linguam moventes, Lingua ipſa: quibus non parum conſerunt, labiorum totiusq; oris motus.

De Oſsibus.

52. Quæ Græcis dicuntur ὀστᾶ & Latinè Oſſa vocantur, ea ſunt partes ſimilares ſpermaticæ, reliquarum omnium totius corporis partium duriſsimæ ſimul atq; denſiſsimæ, quibus cæteræ omnes ceu fundamento ſuſtinentur, & adnaſcuntur, lib. 1. de Anat. adminiſt. cap. 2. item initio libri de Oſsibus. item lib. 16. de vſu partium cap. 2.

53. Et in hoc conveniunt omnia Oſſa, eſtque hæc eorum forma eſſentialis, vt ſint dura, denſa albaq; corpora, & quæ in Animalibus terræ elementum maximè referant, vt ex illorum intuitu tactuq; cernere licet quotidie. Peculiarem autem figuram & conformationem, per ſe nullam requirũt, ſed tantummodo quatenus huius aut illius partis inſtrumentariæ compoſitionem ingrediuntur.

54. Exempli gratia, Oſſa tibiarum, femoris, cubiti, humeri recta longaq; eſſe oportuit. Coſtas è contrà, curvas & ſemicirculares, Cranium ſphæricum, Vertebras dorſi, Verticilli cujusdam ſpinoſi formam obtinere decuit: & alia Oſſa aliam atq; aliam figuram atq; magnitudinem habere oportuit, ei Inſtrumento cui inſunt, convenientem

Digitized by Google

55. *Huiuſmodi Oſſium differentiæ, quæ ex forma atq; figura eorum naturali, & cuiq; inſtrumento conuenienti, deſumuntur, imprimis cognitu neceſſariæ ſunt, vt ſi quæ eorum franguntur, aut luxantur, rectè iterum reſtitui poſſint, vt dicitur initio libri de Oſſibus.*

56. *Sed præter has, multæ ſunt adhuc aliæ oſſium differentiæ, de quibus egit Væſalius lib.1.cap.1.& alij recentiores. Ex ijs præcipuæ ſunt: quod alia eorum ſunt Magna, alia Parua. Quædam concaua & referta medulla; quædam ſolida. Item aliqua habent Appendices: aliqua non habent. Item Senſu carent pleraq;: aliqua tamen etiam ſentiunt, ſicuti dentes, vt dicitur lib.5. Local: Medic: cap.8. & cap.5 libri de Oſſibus. Item pleraq; perioſtijs inuoluuntur: aliqua tamen non inuoluuntur.*

57. *Ariſt. lib.2. de partibus animalium cap.9. aſſeruit Spinam eſſe Principium oſſium: perinde ſtatuens generari, reliqua oſſa ex Oſſibus Spinæ, vt Arteriæ ex Corde. Sed hoc ei videtur obſtare, quod illa vnita eſſe ſoleant, cum inter ſeſe, tum etiam cum ipſo Principio, quæcunq; ex Principio aliquo oriuntur. Sic enim videmus Arterias omnes cum Corde, Venas cum Hepate cohærere, & Neruos cum Cerebro, ſecus ſcilicet quam in Oſſibus appareat.*

58. *Illud verò rectè aſſeruit ibidem Ariſt.* ὅτι ὀστοῦν ἐστιν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ οὐδέν, ἀλλ᾽ ἢ μόριον ὡς συνεχές, ἢ ἁπτόμενον καὶ προσδεδεμένον, ἵνα χρῆται ἡ φύσις καὶ ὡς ἑνὶ, καὶ ὡς συνεχοῖς, καὶ ὡς διῃρημένοις πρὸς τὴν κάμψιν. *i. quod nullum os ſeorſim per ſe conſiſtat: ſed aut pars continui, aut contiguum & per vincula cum alijs coniunctum. Vt ijs natura vti queat, & tamquam vnitis continuiſq; & tam-*

tamquam diſiunctis ad motum edendum: ſeorſim enim ſi quod os conſiſtat, perinde habebit vt telum carni infixum.

59. *Quoniam igitur copulari Oſſa inter ſe oportuit, dignoſcendi omnino erunt modi commiſſurarum: de quibus ex profeſſo egit Galenus initio libri de Oſſibus, & Veſalius lib. 1. cap. 1. 4. Summa rei hæc eſt: Quædam Oſſa copulari tali modo, cujus ratione nequeat moueri: & hujusmodi cõmiſſurarum eſſe ſpecies tres,* σύμφυσιν, γόμφωσιν, ῥαφήν, *i. Coalitum, Gomphoſin & Suturam. Sub qua cum Vaſalio comprehendimus etiam* ἁρμονίαν: *quia non fit ſine aliqua aſperitate partium quæ iunguntur. Exempli gratia, per* σύμφυσιν *coaleſcunt Oſſib. appendices: per* γόμφωσιν *dentes in ſuos alueolos immittuntur: per* ῥαφὴν *Cranij partes committuntur.*

60. *Quædam ita iunguntur, vt coniunctionis ratione moueri queant: cujusmodi cõmiſſiones vocantur* Ἀρθρώσεις. *i. Articulationes. Harum aliæ habent motum euidentem, verbi g. in pede, manu, & appellantur* Διαρθρώσεις, *i. Dearticulationes. & quandoq;* ἀπαρθρώσεις, *i. abarticulationes. Aliæ motum obtinent obſcurum, v. g. in coſtis & vertebris dorſi, & appellantur* συναρθρώσεις, *quaſi dicas Coarticulationes.*

61. *Tam* Διαρθρώσεις *autem quam* συναρθρώσεις *quædam fiunt per* ἐνάρθρωσιν, *quæ in profundum ſinum caput protuberans excipitur, v.g. in femore. Quædam fiunt per* Ἀρθρωδίαν: *quo neq; caput valdè eſt protuberans, neq; ſinus recipiens eſt magnus, vt cum clauicula, ſuperiori ſcapulæ proceſſui iungitur. Quædam deniq; iun-*

Digitized by Google

iunguntur per γίγγλυμον .i. Cardinem, quo Oſſa ſeinuicem quaſi ingredientia iunguntur, vt vertebræ inter ſeſe, & Cubitus cum humero copulantur.

62. Omnes deniq; huiusmodi Oßium cõmißiones abſoluuntur firmanturq;, vel per συννεύρωσιν, vel per συσσάρκωσιν vel per συγχόνδρωσιν. Prima eſt quæ fit per Ligamenta. Secunda per Muſculos ex vno Oſſe ortos & in aliud implantatos. Tertia per Cartilagines vt in Vertebris dorſi.

63. Sed Oßium ita coniunctorum, quis vſus eſt in humano corpore? Reſpondeo ex lib. 11. de vſu part. cap. 8. ἤτοι ἕνεκα κινήσεως, ἢ διαπνοῆς, ἢ διόδου τινὸς, ἢ τῆς τῶν μέρων ἑτερότητος, ἢ ἀσφαλείας ἢ δυσπαθείας .i. Oſſa facta ſunt & compoſita inter ſeſe, primùm quidem vt partes reliquæ, ijs tamquam fundamento inſiſtentes, poſſent vnà cum ipſis, motu voluntario cieri. Deinde vt per tales eorum commißiones, quædam poſſent tranſpirare ac tranſire: ſic enim per ſuturas cerebri quædam tranſpirant: & per vertebras dorſi tranſit medulla. Tertiò vt intervalla ſpatiaq; aliqua claudantur: vt cùm oßium cavitates à ſolidis, per appendices diſtinguũtur & clauduntur. Quartò deniq; vt quædam partes tutæ ſint, quo modo Cerebrum cranio tegitur. Idem dicitur de vſu part. lib. 6. cap 2. lib. 12. cap. 2. Item lib. 1. de adminiſt. Anatom. cap. 2. Ariſt. item lib. 2. de Partibus Animalium cap. 9.

64. Numerus Oßium maximus eſt, & incertus, perinde vt numerus Muſculorum: nam quædam Oſſa plura eſſe putantur, quæ ab alijs pro vnico numerantur. Item quædam Oſſa in Iuvenili ætate ſeparata cernuntur,

Digitized by Google

tur, quæ in ſenili coaluêre. Hinc factum eſt, vt de eorum numero alij aliter pronuntient. Gal cap. 6. libri de fœtus formatione, dicit eſſe pluſquàm ducenta. Vaſalius lib. 1. cap. 39. trecenta & tredecim numerat.

65. De ſingulis iam eſſet dicendum, & cuiuſq; forma, figura, magnitudo & cùm reliquis coniunctio explicanda. Sed obſtat ea, quam profitemur hîc brevitas compendiaria. Satis erit ergo ſi dicamus, Oſsium alia ad caput, alia ad truncum, alia ad artus pertinere. Et quæ ad caput pertinẽt, vno Calvariæ nomine comprehendi, ac dividi in Oſſa capitis Octo, Maxillam ſuperiorem & inferiorem.

66. Trunci ipſius Oſſa alia ad Spinam dorſi pertinent: alia ad Coſtas: alia Illia. Spina, præter Os hyoidés, habet Septem ceruicis, Duodecim thoracis & quinque lumborum vertebras. Item Os ſacrum & Os Coccygis. Coſtæ ſunt in vtroque latere duodecim: anteriori parte Os pectoris comprehendentes: poſteriori ac ſuperiori Scapulas & Claviculas ſuſtinentes.

67. Ex Artibus habes Manus & Pedes. Manus dividitur in Humerum, Cubitum, & Extremam Manum, cuius partes ſunt Carpum, Metacarpium & Digiti: quorũ ſingula iterum plurib: Oſsibus conſtant. Pes dividitur in Os femoris: Tibiam cùm radio & patella: Pedemq́ue extremum, cuius multa ſunt Oſſa: Cætera ex anatomicis petenda.

De Cartilaginibus.

68. Ex ijs quæ inſerviunt Motibus voluntarijs edendis: Cartilagines quoq; exiſtunt, vt dictum eſt 30. propoſit.

poſit. primæ diſput. Sunt autem illæ, partes ſimilares Spermaticæ, medullæ omnis atque cauernularum expertes, & præter Oſſa, cæterarum totius corporis partium duriſſimæ, vt habes lib. 7. de vſu partium cap. 3. lib. 16. cap. 2. lib. 6. de partibus Animalium cap. 9.

69. Earum numerus adhuc difficilius computari poteſt, quam numerus Oſſium: propterea quod multæ ſunt admodum paruæ. Item quas alij plures eſſe putant, alij vnicam eſſe aſſerunt. Tertiò quod earum aliquæ, temporis ſucceſſu, indureſcunt, & Oſſeam acquirant ſubſtantiam. Sufficiet ergò ſi illarum vſus præcipuaſq́; differentias explicauerimus.

70. Vſus earum primarius eſt, vt perinde ferè atque Oſſa, reliquas partes ſuſtineant, & aptiores reddant ad motum Voluntarium. De qua re Ariſt. lib. 2. de partibus Animaliū cap. 9. ait, χονδρώδη μόρια μεταξὺ καμψέων ἔισιν ὅιον στοίβη, πρὸς τὸ ἄλληλα μὴ τρίβειν. Cartilaginoſæ partes inſeruntur flexuris tamquam lectiſternium, ne mutuo attritu Oſſa in articulis conterantur. Et paulò poſt eodem capite, ἡ φύσις ἡ αὐτὴ χόνδρου καὶ ὀστοῦ, διαφέρει δὲ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον, i. Natura eadem eſt Cartilaginis & Oſſis, differunt quod Os eſt magis durum quam Cartilago. idem ferè etiam dicitur lib. 3. de partibus Animalium. cap. 8.

71. Galenus verò lib. 16. de vſu part. cap. 2. ita loquitur, οἱ χόνδροι δ᾽ ὑπαλίφασιν αὐτῶν ἔνια μέρη, λειότητος ἕνεκεν, ὡς ἐπὶ τῶν ἄρθρων, χρῆται δ᾽ αὐτοῖς ἡ φύσις, ἔστιν δ᾽ ὅτι καὶ ὡς μετρίως εἴκουσι σώμασιν. i. Cartilagines partes quaſdam Oſſium ſubungunt, vt ſint læuiores & politæ, veluti in Articulis accidit. Vtitur tamen Natura ijſdem

dem quandoq; tamquam corporibus modicè cedentibus: videlicet loco Oſsium vt in Larynge, coſtis ſpurijs & ſimilibus. Idem ferè dicitur etiam lib.12. cap.3. & lib.7. cap.3. de vſu partium.

72. Sunt etiam Cartilagines aliquæ, quibus partes glutinis cuiusdam inſtar iunguntur, aut quibus Ligamentorum inſtar vinciuntur: quod in Oſsibus pubis & dorſi vertebris cernere licet.

73. Differentiæ Cartilaginum multæ à recentioribus recenſentur. Nos, ex diuerſitate vſus ipſarum, dicimus: Quædam earum immediatè faciunt ad motum voluntarium, eæ nempe quibus Articuli quaſi ſubunguntur. Aliquæ Oſsium munere funguntur, vt in Larynge & Coſtis ſpurijs. Quædam deniq; Ligamenti, aut glutinis munus obeunt, vt in Vertebris dorſi & pubis oſsibus.

De Ligamentis.

74. Quæ Latinis proprie Ligamenta, Græcis verò σωύδεσμοι, & quandoq; etiam Νεῦρα συνδετικὰ *vocantur, Partes ſunt Similares Spermaticæ, neruoſæ, ex oſsibus exortæ, in oſſa aut Muſculos inſertæ. Imprimis vt Oſsium dearticulationes contineant: deinde etiam vt conſtituendæ Muſculorum ſubſtantiæ conferant, & earum tendinibus cohibendis & quaſi concludendis conducant. lib.1. de Mot. Muſcul. cap.1. lib.16. de vſu part. cap.2. item lib.1. de Adminiſt. Anat. cap.3.*

75. Et quæ talia ſunt Ligamenta, ea in propria ſignificatione accipiuntur, de quibus ſolis hic agimus tamquam ad Motum voluntarium facientibus. Impropriè enim

enim etiam Ligamenta vocantur, qualibet aliæ ſubſtantiæ membranoſæ, quibus partes quæcunq; alijs quibuscunq; copulantur. Veſal: lib. 2. cap. 1. ex libro 1. cap. 10. de Adminiſt. Anatomica.

76. Nec obſtat quòd quædam Ligamenta, etiam ex Cartilaginibus oriantur, nam eædem Cartilagines aut Oſſium Extremitates incruſtant, aut aliâs Oſſium munere funguntur.

77. Huiusmodi autem Ligamentis partim ab vno oſſe ortis & in aliud inſertis, omnes Articuli Orbiculatim obducuntur & ne excidant cohibentur. partim ab Oſſe natis & in Carnem inſertis, conſtituitur Muſculorum ſubſtantia, juxtà ea quæ dicta ſunt ſupra prop. 34. & ſequentibus.

Diſputatio IIII.

De corde & Organis

ei famulantibus,

THESIS I.

Cor ſedem eſſe eius Animæ facultatis, quam Græci θυμοειδὲς, Latini iraſcibilem vitalemq; nuncupant, & Nativi caloris fontem, demonſtratum eſt à nobis, ex Galeni ſententia pro. 73. primæ & 65. ſecundæ diſputationis de facult. Animæ. Hic igitur illius Situm, Formam, & Inſtrumenta functionibus ipſius ſervientia deſcribemus.

2. *Situm*

2. Situm obtinet Cor, non vt Ariſt. 3. de partib. Animal. cap. 4. voluit, in Medio corporis totius, ſed in medio thoracis: vt ab iis quæ forinſecus iniuriam afferre poſſent, tutiſſimo ac maximè recondito loco conſiſteret. Nec obſtat quod pulſus illius in ſiniſtro latere percipitur: id enim accidit ratione ſiniſtri Ventriculi. 6. Epid. tex. 44. cōmenti Secundi: & 6. de vſu partiū cap 2. d. & cap. 7. c.

3. Nam Baſis illius, medio totius thoracis loco prorſus ſita eſt: mucro inferiorq; pars ſenſum protenditur, quantum Cordis magnitudo occupat ſpacii: quod Gal. 2. c. 4. g. de Placit. his verbis expreſſit κεῖται ὡς πρὸς μεν τὸν θώρακα μέση πως μᾶλλον, ἡ μεν γὰρ βάσις αὐτῆς, ἀκριβῶς ἐστι μέση τοῦ θώρακος ἅπαντος. ἡ κορυφὴ δὲ εἰς τὰ κάτω μέρη προήκει τοσοῦτον, ἔκλινον περ' ἂν, ἢ τὸ μέγεθος τῆς καρδίας. *Et initio cap. 7 lib. 4. de Anatom: adminiſtratione dicitur;* ὅτι καρδία μέση τέτακται τῶν τοῦ θώρακος εὐρυχωρίων ἑκατέρας. διασημαίνει δὲ ἡ κίνησις αὐτῆς, ὡς ἐν τοῖς ἀριστέροις μᾶλλον κειμένης, διὰ δύτην αἰτίαν, ὅτι τε κατὰ τοῦτο τέτακται τοῦ ζώου τὸ μέρος ἡ πνευματικὴ κοιλία, καὶ ὅτι κέκλυται πῶς ὅλη πρὸς τοῦτο μᾶλλον· ἔτι ἡ κορυφὴ παρακλίνει ἐπὶ τὴν ἀριστεραν χώραν, *i. Cor inter vtraq; Thoracis ſpacia, medio conſiſtit: motus autem ipſius indicat, quaſi in parte ſiniſtrâ ſit collocatum, duplici de cauſa, Primum quia Ventriculus Spirituoſus illic conſiſtit: deinde quia totum cor ad hanc magis inclinat, præſertim mucronis ſui ratione.*

4. Tali loco conſitum iuxta Baſin (quam propter nobilitatem caput Cordis appellabant Veteres) formam amplam atq; orbicularem obtinet, propter quatuor Va-

ſa quæ illic ſunt. Poſt autem ſurſum gracileſcens, pineæ nucis inſtar, in mucronem deſinit. 6. de vſu part cap. 7. In maximis autem illius extenſionibus, quæ fiunt per diaſtolem, formam prope ſphæricam acquirit. Veſal. lib. 6. cap. 15.

5. Forinſecùs proximè totum Cor, cum ſuis Auriculis, & initÿs vaſorum, thecæ cuiusdam aut domunculæ inſtar, membrana inuoluit quæ περικάρδιον Græcis, i. Cordis Inuolucrum dicitur. Inter quam & cor, humor quidam continetur ſeroſo ſimilis: ut Calidißimus viſcus, quod in eo inuolucro perpetuò mouetur, lubrico contactu frui queat. 6. de vſu partium cap. 16.

6. Eidem pericardio à lateribus vtrinq; adnaſcuntur διαφράττοντες ὑμένες. i. membranæ interſepientes, Barbaris Mediaſtinum nuncupatæ: quibus, parte poſteriori dorſi vertebris, & anteriori pectoris Oßi adhærentibus, tota thoracis cauitas, ſecundum longitudinem, ſupernè deorſumq;, in binas cauitates, ceù duos quaſi Ventres diuiditur.

7. Nimirum vt, ſi ex magno vulnere in alteram partem thoracis accepto, reſpiratio eius partis perierit: reliqua venter dimidium ſaltem Actionis retineat. 6. de vſu partium cap. 3.

8. Pulmones deniq;, ÿsdem interſepientibus membranis adhærentes vtrinq;, pericardium atq; Cor ambiunt, ſuis lobis ceu digitis quibusdam, in orbem ipſum complectentes. Vt ex æquo ab omnibus idem Cor Aërem trahere queat: & in omnes ex æquo ſua fuliginoſa excrementa expellere. lib. 6. de vſu part. cap. 7.

9. In Corde binæ ſunt eædemq; euidentes Cavitates, ſecun-

ſecundum eiuſdem latera ſitæ, quas Græci κοιλίας, Latini ventriculos Cordis vocant. Vna à Dextris maior eſt, & tenuiori ſubſtantia Cordis intecta. ſiniſtra eſt minor & Craßiori Cordis portione obducta. 6. de vſu part. cap. 9. Væſal. lib. 6. cap. 11.

10. Inter has, quæ media Cordis ſubſtantia interiecta eſt, διάφραγμα. i. ſeptum Cordis vocatur: multis foueis in carne præaltè impreßis abundans, vt per eas ſanguis tenuior, in Dextro Ventriculo præparatus, tranſudare poßit in ſiniſtrum, pro idonea eiuſdem functionum materia. ibidem & 3. de Nat. facult. cap. 15.

11. Vtriq; Ventriculo cordis, iuxta Baſin adnati appendices Auricularum forma præditi, Cordis Auriculæ vocantur. Vtq; Dextra eſt ceu firmamentum quoddam venæ cauæ, & Dextri Ventriculi: ita Siniſtra ad Arteriam Venoſam & Siniſtrum Cordis Ventriculum ſe habet. 6. de vſu part. cap. 15.

12. Ex Dextro Cordis Ventriculo, prodeunt vena Caua & vena Arterialis. Ex caua haurit idem ventriculus, per diaſtolem dilatatus, Sanguinem, Contractus verò in Venam Arterioſam ſanguinem immittit, pulmonibus nutriendis. 6. de vſu part. cap. 10.

13. Ex Siniſtro prodeunt Arteria Venoſa in Pulmones diſtributa, per quam idem Ventriculus Aërem trahit: vt ex eo, ſimul atq; ex ſanguine per Septum attracto, Spiritus vitalis generetur. Præterea Arteria magna, per quam Sanguis tenuiſſ. in eodem Siniſtro Ventriculo elaboratus, vnà cum calore vitali & Spiritu, in omnes corporis partes diſtribuitur.

14. Omnium horum quatuor Vaſorum Orificijs, mem-

branulæ ceû oſtiola quædam, materiarum regurgitationibus intrinſecus præfectæ ſunt. Tres quidem Caua Venæ, factæ, vt dilatato Dextro Ventriculo, influere in eum poßit ſanguis: quæ contracto eodem non regurgitet. Tres Venæ Arterioſæ, quæ contracto eodem Ventriculo aperiuntur: Clauduntur autem eo dilatato, ne ſanguis ex pulmonibus in eum redeat.

15. In Siniſtro Cordis Ventriculo, Arteriæ venoſæ Orificio, bina huiusmodi oſtiola ſunt præfecta, quæ dilatato eo aperiuntur, & contracto clauduntur. Arteriæ magnæ exortui tria, quæ Corde contracto aperiuntur, vt Sanguis cùm Calore in eam immitti queat: & dilatato claudūtur ne regurgitet.

16. Eadem verò Arteria magna, ſtatim vbi exoritur, binos graciles ſurculos depromit, qui vnà cùm Vena Coronali, Cor ambiunt iuxtà baſin, & poſtmodum in Cor diſtribuuntur.

17. Poſtmodum egrediens Pericardium, in binos truncos diſtribuitur; quorum alter qui maior eſt, deorſum fertur ſecundum Spinam: & in omnes partes corporis inferiores diſtributa, ijs, ex Corde Sanguinē Spirituoſum cùm Calore & ſpiritu vitali communica[illegible], vitam ijs conſeruat.

18. Alter qui minor exiſtit, à Corde ſurſum, in[illegible]erſepientibus membranis ſubſtratus, Venæ Cauæ atq; Ar[illegible]teriæ Aſperæ innitens, diſtribuitur in Thoracem, Ceru[illegible]cem. Brachia, Caput: ijsdemq; idem præſtat, quod inferi[illegible]oribus partibus truncus largitur inferior: & inſuper Cerebro, pro generatione Spiritus Animalis, materiam ſuppeditat.

Diſ-

Diſputatio V.

De Hepate & Inſtrumentis Naturali *facultati ſeruientib.*

THESIS I.

HEpar ſedes ac veluti fons eſt Naturalis facultatis, ſicuti demonſtratum eſt in prima diſput: de Animal. facult. prop. 74. & ſequentib. Hic nobis ſitus illius eſt explicandus, forma item ac partes eius functionibus edendis ſeruientes.

2. Situm igitur obtinet in dextro hypochondrio, peritonæo, diaphragmati & notis coſtis, quâ gibbum & læue eſt, ſubiacens: Cauâ autem ſui parte ventriculum amplectens & Inteſtina, ijsdemq; partibus per Membranoſa Ligamenta fortiter annexum, ac per venas Arteriasq; coniunctum. 6. de Anat. adminiſt. cap. 8. lib. 4. de vſu part. cap. 14. f. l. b. 5. de loc. Affect. cap. 7. d.

3. Subſtantia ipſius denſa eſt ac Rubra, Sanguini, efficacia Caloris Natiui cöagulato, perſimilis, cauitatibus aut ventriculis nullis intercepta: ſed venis à Porta & caua, in eam multifaria ſobole diſtributis plena: vt melius diuiſim quàm coniunctim poſſit alterare chylum, & in ſanguinem ceû ſubſtantiam ſibi familiarem ſimi-demq; conuertere. 4. de vſu part. cap. 13. b. g. lib. 6. eiuſdem operis cap. 17. f. 6. de Plac. cap. 8. b.

 4. Hoc

4. *Hoc ipſum viſcus autem, quia fons eſt Naturalis facult. Idcirco ſimul etiam neceſſe eſt, vt ſit officina ſanguinis: ceu Idoneæ materiæ nimirũ, ex qua omnes partes corporis generantur, augentur & nutriuntur. vt demonſtrauimus Secunda diſp. de hominis Natura prop. 28. Itemq́, 1. diſput. de. Animæ facult. prop. 74. & ſequentibus.*

5. *Vt verò eadem hæc Iecoris functio, rectè perſici & finem ſuum conſequi poßit: Varia Inſtrumenta ac partes corporis requiruntur, quæ ſuis functionibus huic quaſi miniſtrent.*

6. *Rationem tot Inſtrumentorum reddit nobis Gal. lib. 1. de Nat. facult. cap. 10. Item 5. de vſu part. cap. 14. Item 6. de Adminiſt. Anat: cap. 2. Nam quia in Nutritione & Auctione, neceſſe eſt materiam hiſce Actionib. ſubiectam* ὁμοιοῦσθαι, *i. Aßimilari ijs quæ nutriri & augeri inde debeant. Aßimilari verò ſubſtantiam vnam alteri, eamq́, in illam transmutari impoßibile ſit, niſi ſenſim id fiat & gradatim, per multas Actiones interuenientes.*

7. *Ex earum igitur partium numero, quæ Hepatis functioni miniſtrant, Quædam functionibus ſuis, Hepatis functionem præcedunt, eiq́, Materiam præparant. Quædam eam comitantur melioremq́, reddunt. Aliæ deniq́, eandem conſequũtur, efficiuntq́, vt finem ſuum conſequatur.*

De primæ Concoctionis Inſtrumentis.

8. *Quæ præcedunt, ſunt Primæ Concoctionis Inſtrumenta, in quibus præparantur Alimenta Concoctioni*

Secundæ, quæ perficitur in Hepate. 6. de Anat. Adminiſt. cap. 2.

9. Hæc Prima Concoctio, incipit in Ore, inter maſticandum: perficiturq; hoc illius initium Dentibus, Lingua, Palato & omnibus internis oris partibus, quarum contritione & contactu, cibi primum Alterationis initium accipiunt. 3. de Naturalib. facult. cap. 7. e.

10. Præparatos cibos ex ore ſuſcipit οἰσόφαγος, *quem aliqui Gulam, aliqui Stomachum nominant, eosq; in ventriculum deducit.*

11. Eſt autem is via quædam ciborum ac potionum communis, ab Ore tendens in Ventriculum: quæ binis tunicis conſtans, dilatari conſtringiq; poteſt: & ex faucibus ſub aſpera Arteria, ſecundum vertebras thoracis, per ſeptum tranſuerſum, in Siniſtrum ſuperiusq; ventriculi Orificium porrigitur.

12. Ventriculus enim, propter ea quæ in thorace continentur Organa, ori proximè adhærere non potuit: ſed ſub ſepto tranſuerſo ſedem obtinuit: dextris Iecore: à Siniſtris Liene comprahenſus: à tergo diaphragmatis parti: Omenti membranæ alteri: deinde Venæ Cauæ Arteriæq; magnæ truncis, ac Muſculis dorſi incumbens. Anteriori ſede peritonæo & abdominis Muſculis intectus: inferiori deniq; parte, Omentum & Inteſtina attingit.

13. Is inſigniter capax eſt & duplici tunica conſtat: quarum Interna rectis, externa tranſuerſis fibris prædita eſt, ad attrahendum cibum potumq;, & Expellenda ſuperflua comparatis. 3. de Nat. fac. cap. 8.

14. Forma illius perſimilis eſt Inſtrumento Muſico, Pa-

4. *Hoc ipſum viſcus autem, quia fons eſt Naturalis facult. Idcirco ſimul etiam neceſſe eſt, vt ſit officina ſanguinis: ceu Idoneæ materiæ nimirū, ex qua omnes partes corporis generantur, augentur & nutriuntur. vt demonſtrauimus Secunda diſp. de hominis Natura prop. 28. Itemq́, 1. diſput. de. Animæ facult. prop. 74. & ſequentibus.*

5. *Vt verò eadem hæc Iecoris functio, rectè perfici & finem ſuum conſequi poßit: Varia Inſtrumenta ac partes corporis requiruntur, quæ ſuis functionibus huic quaſi miniſtrent.*

6. *Rationem tot Inſtrumentorum reddit nobis Gal. lib. 1. de Nat. facult. cap. 10. Item 5. de vſu part. cap. 14. Item 6. de Adminiſt. Anat: cap. 2. Nam quia in Nutritione & Auctione, neceſſe eſt materiam hiſce Actionib. ſubiectam ὁμοιοῦσθαι, i. Aßimilari ijs quæ nutriri & augeri inde debeant. Aßimilari verò ſubſtantiam vnam alteri, eamq́ in illam transmutari impoßibile ſit, niſi ſenſim id fiat & gradatim, per multas Actiones interuenientes.*

7. *Ex earum igitur partium numero, quæ Hepatis functioni miniſtrant, Quædam functionibus ſuis, Hepatis functionem præcedunt, eiq́ Materiam præparant. Quædam eam comitantur melioremq́ reddunt. Aliæ deniq́ eandem conſequūtur, efficiuntq́ vt finem ſuum conſequatur.*

De primæ Concoctionis Inſtrumentis.

8. *Quæ præcedunt, ſunt Primæ Concoctionis Inſtrumenta, in quibus præparantur Alimenta Concoctioni*

Secun-

Secundæ, quæ perficitur in Hepate. 6. de Anat. Adminiſt. cap. 2.

9. Hæc Prima Concoctio, incipit in Ore, inter maſticandum: perficiturq; hoc illius initium Dentibus, Lingua, Palato & omnibus internis oris partibus, quarum contritione & contactu, cibi primum Alterationis initium accipiunt. 3. de Naturalib. facult. cap. 7. e.

10. Præparatos cibos ex ore ſuſcipit οἰσόφαγος, *quem aliqui Gulam, aliqui Stomachum nominant, eosq; in ventriculum deducit.*

11. Eſt autem is via quædam ciborum ac potionum communis, ab Ore tendens in Ventriculum: quæ binis tunicis conſtans, dilatari conſtringiq; poteſt: & ex faucibus ſub aſpera Arteria, ſecundum vertebras thoracis, per ſeptum tranſuerſum, in Siniſtrum ſuperiusq; ventriculi Orificium porrigitur.

12. Ventriculus enim, propter ea quæ in thorace continentur Organa, ori proximè adhærere non potuit: ſed ſub ſepto tranſuerſo ſedem obtinuit: dextris Iecore: à Siniſtris Liene comprahenſus: à tergo diaphragmatis parti: Omenti membranæ alteri: deinde Venæ Cauæ Arteriæq; magnæ truncis, ac Muſculis dorſi incumbens. Anteriori ſede peritonæo & abdominis Muſculis intectus: inferiori deniq; parte, Omentum & Inteſtina attingit.

13. Is inſigniter capax eſt & duplici tunica conſtat: quarum Interna rectis, externa tranſuerſis fibris prædita eſt, ad attrahendum cibum potumq;, & Expellenda ſuperflua comparatis. 3. de Nat. fac. cap. 8.

14. Forma illius perſimilis eſt Inſtrumento Muſico, Pa-

ſtorib. vſitato: quam Vesalius lib. 5 fig. 14. 15. expreſſit. In Siniſtro latere quàm dextro amplior: ſecundum latitudinem Oblongus. Initium ducit ab orificio ſuperiori, in quod œſophagus deſinit, & in Pylorum, quod alterum eſt illius orificium, nempe à quo duodenum exoritur inteſtinum, venis, Arterijs, neruisq́; quamplurimis intertextus, terminatur.

15. Huius Munus eſt, Primam Concoctionem efficere, Ciboſq́; ac Potiones, in Lacteum quendam cremorem, quem chylum nominant, convertere, atq; ita Hepati præparare. Quod quidem efficit proprij temperamēti ratione, adiutus Calore vicinarum partium, quarum medio conſiſtere eum docuimus.

16. Peracta prima concoctione, neceſſe eſt, eius quæ in ventriculo concocta eſt materiæ, ſeparari partem vtilem ab Inutili & Excrementoſa: Vtilem ad Hepar traduci: Reliquum quod inutile eſt & craſſum, ex Corpore, ſuo tempore reijci: Quibus Actionibus inſeruiunt præcipuè Inteſtina & venæ Meſaraicæ. 4. de vſu part. cap. 17. & 6. de Loc. Affect. cap. 2.

17. Nam ex Alimenti Inſtrumentis, κυριώτατα μὲν καὶ πρῶτα, τὰ πέπτοντα, καὶ παραπέμποντα τὴν χρηστὴν τροφήν. Δεύτερα δὲ τὰ καθαίροντα καὶ παραπέμποντα καὶ ὑποδεχόμενα τὸ περίττωμα. Τρίτα δὲ τὰ ταῖς ἐκροαῖς αὐτῶν ἀνακείμενα. i. Præcipua ea ſunt: quæ conquoquunt & alijs diſtribuunt bonum alimentum. Secunda ſunt illa, quæ ex concocto Alimento purgant, deducunt & ſuſcipiunt Excrementa. Tertia deniq; illa, quæ earum effluxui præfecta ſunt. 5. de vſu part. cap. 14. d.

18. Τὸ πέπτον καὶ παραπέμπον χρηστὴν τροφήν, Pri-

ma

ma Concoctionis,Organum eſt ventriculus. καθαίροντα ὄργανα ſunt Meſaraicæ Venæ,quæ trahunt ex mole illa, concoctæ in ventriculo materiæ chylum vtilem, eumq; à craſsis excrementis ſeparant. παραπέμποντα ſunt Inteſtina ſuperiora. ὑποδεχόμενα τὸ περίττωμα ſunt Inteſtina craſſa,præſertim Colon. ταῖς ἐκροαῖς αὐτῶν ἀνακείμενα, ſunt Sphyncter, Muſculus,itemq; Muſculi abdominis.

19. Itaq; poſtquam ventriculus, ceu πέπτον Primæ concoctionis organum principale, ea quæ hauſit ex ore per æſophagum, ſecundum ſuam naturam alterauit, & illius humore ſatiatus eſt: tunc totum quod ſupereſt reliquum, aperto pyloro, in inteſtina, ceû oneroſum quiddam reijcit. 3. de Nat. facult. cap. 4. h. cap. 13. f. f.

20. Inteſtina, quæ Græcis Εντερα nuncupantur, extrinſecus tereti forma intus concaua conſtant. & vno continuoq; ductu, ſed multis orbibus ac gyris tortuoſo, à Ventriculo ad Anum uſq; pertingunt. Duplici tunica componũtur, ſed fibras in vtraq; tunica tranſuerſas obtinent: præterquam Inteſtinum Rectum, cujus Extremitas, in exteriori tunica, rectis inſuper fibris, ad Excretionis robur factis, inſtructa eſt.

21. Et quamuis hic Inteſtinorum ductus, vndequaq; cohæreat à principio uſq; ad finem: tamen propter anfractus, ſitum, ſubſtantiæ, vſusq́; diuerſitatem, alijs locis, diuerſa nomina obtinet. Vnde ſex dicuntur eſſe Inteſtina. Tria ſuperiora ac tenuia: & totidem Inferiora & craſſa.

22. Eadem ſex Inteſtina, eo ordine quo ſe conſequuntur, quàm breuiſsimè deſcripſit Galenus, initio cap. 3. lib. 5. de vſu partium, ſic inquiens, πρῶτον μὲν τὴν ἐκφυ-

σιν, δεύτερον δ' τὴν νῆστιν, τρίτον δ' τὸ λεπτὸν ἔντερον, καὶ τέταρτον τὸ τυφλὸν, καὶ πέμπτον τὸ κῶλον, καὶ ἕκτον τὸ ἐπευθυσμένον, i. Primum Inteſtinum vocant ἔκφυσιν, tamquam ſi dicas exortum à ventriculo, quod alias etiam dicitur δωδεκαδάκτυλον; i. duodenum. Alterum Ieiunum. Tertium tenue & quandoq; Illeum. Quartum Cæcum. Quintum Colum: Sextum deniq; Rectum.

23. Quoniam verò Inteſtinorum vſus primarius hic eſt, vt vtilis portio eius quod ventriculus concoxit, ſeparetur ab Inutili, & ad Hepar, tamquam Idonea materia ſanguini generando, attrahatur: Idcirco multis orbibus, anfractib. & gyris opus habuerunt: nimirum vt in ÿs, materia illa multiplici motu verſaretur, nec quicquam boni ſucci, Meſaraicarum, Venarum, ſeſe in earũ Cauitatem aperientium, ora præteriret: ſed ab ÿsdem abripi attrahiq; poſſet. lib. 4. de vſu part. cap. 17.

24. Huiusmodi gyris anfractibusq; circumvoluta Inteſtina: cum inter ſeſe, per Meſenterion colligantur, tum etiam tamquam per vinculum dorſo connectuntur.

25. Dicitur verò μεσεντέριον, tamquam μέσον τῶν ἐντέρων, quod medio inteſtinorum loco ſit poſitum, à tergo eorum ſcilicet. Conſtat autem duplici tunica à peritonæo prognata; multa pinguedine multisq; glandulis abundante: vt ſit cùm Inteſtinorum, tùm vaſorum quæ ad ea feruntur, veluti quoddam lectiſternium,

26. Vt verò à tergo, per Meſenterium annectuntur dorſo Inteſtina, ita parte anteriori integuntur omento, quod Græcis ἐπίπλοον nuncupatur: cuius corpus membranoſum eſt, latæ cuiusdam peræ modo extructum: Ve-

nis,

nis, Arterijs, Neruis multaq́ pinguedine abundans, & adiuvandæ concoctioni factum. 5. de vſu part. cap. 9.

27. Vbi autem in ſuperioribus præſertim inteſtinis, omnis bonus ſuccus extractus eſt: tunc quæ ſuperſunt fæces, in inteſtinis craſſis præſertimq́ Colo inteſtino colliguntur: Sphinctere Muſculo viam interim claudente, ne ante tempus conueniens effluant. Irritante verò demum Expultrice facult. conuenienti loco, pro arbitrio hominis, laxatur idem Sphincter, vt excrementa illa partim Naturali facultate, partim voluntario motu Muſculorum abdominis excernantur.

De Inſtrumentis Secundæ Concoctionis.

28. Secundæ Concoctionis Inſtrumentum primarium eſt ipſum Hepar, ceù Naturalis functionis principium: de cujus ſitu, forma & vſu, ante diximus prop. 12. huius diſputationis & ſequentibus. Supereſt vt enumeremus Inſtrumenta, quæ actionibus ſuis, illius functioni proximè inſeruiunt, eamq́ veluti comitantur.

29. Et quia hîc, τὸ πέπτον, ϗ παραπέμπον χρηστὴν τροφὴν ὄργανον, *eſt Hepar & Vena: reliqua erunt* τὰ καθαίροντα ϗ ὑποδεχόμενα τὸ περίττωμα: ϗ ταῖς ἐκροαῖς ἀνακείμενα. *cuiusmodi ſunt Veſica fellis, Lien, Renes, Veſica vrinaria, cum partib. ipſis ſeruientib.*

30. Ex hiſce omnibus Inſtrumentis, primæ ſunt in agendo venæ Meſaraicæ, quæ ita ſe habent ad Hepar, ſicuti œſophagus ſe habet ad ventriculum.

31. Nam

31. *Nam quemadmodum ventriculus, trahit ex ore cibum præmanſum & potionem per œſophagum: ita Iecur per venas Meſaraicas, tamquam per manus, trahit ex ventriculo & Inteſtinis chylum, cũ idoneam generãdo ſanguini materiam. 4. de vſu part. cap. 1. 2. & 3. de Nat. fac: cap. 8.*

32. *Oriuntur Meſaraicæ venæ, ex Hepatis parte caua innumeris propaginibus, quæ à circumferentia verſus iecoris medium tendentes, ſenſim in maiores maioresq; ſoboles coëunt, donec omnes vnitæ, unam grandem venam efficiant, quam Græci πύλην, i. Portam nominant: eò quòd per hanc, ceu communem quendam ingreſſum, omnis Chylus in Hepar introducatur. ibidem.*

33. *Ea verò Porta postquam ex Hepate prodijt, rurſus in innumeras ſoboles diſtribuitur, quæ per Meſenterium feruntur in ventriculum & Inteſtina: & ex ipſis præſertimq; Inteſtinis tenuibus, quicquid ſanguini efficiendo idoneum eſt, exſugunt, & per Portam iam appellatam Hepati adducunt.*

34. *Hepar verò, aſſumptum per Portam hanc attractum Chylum, in venis, ab eadem porta per Cauam ſui partem diſtributis, concoquit, & in ſanguinis maſſam, quatuor humoribus compoſitam, transmutat.*

35. *Vt autem eadem ſanguinis maſſa, commodum eſſe queat alimentum & Hepati ipſi, & cæteris totius corporis partibus, neceſſe eſt, de binis illius humoribus, Bile ſcilicet & Melancholia,* τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον μέρος ἀποκρίνεσθαι. *i. tantam talemq; portiõem ſeparari & expurgari, quanta & qualis, ſi in habitum corporis ferretur,*

tur, noxam eſſet allatura. 2. de Nat. fac. cap. 9. d. d.

36. Ad huiuſmodi Excrementoſæ partis, horum binorum humorũ, purgationem, parata eſt Veſica bilis & Lien: quarum illa Bilioſum, hic Melancholicum excrementum, tractrice facultate, ex Hepate, tamquam familiare aliquid ad ſe trahit.

37. Veſica bilis, quæ Græcis κύστις χοληδόχος dicitur, vnica ſed nervoſa membranoſaq; tunica conſtat, & ſub caua Iecoris parte ſedem obtinet in ſinu ipſi, qua dextrũ ventriculi latus amplectitur, inſculpto, media ſui parte compræhenſa.

38. Ibidem verò pyri oblongioris formam obtinens, per meatum ex ipſius collo prodeuntem, & uariè per Hepatis ſubſtantiam, inter Cauæ & Portæ venæ propagines diſtributum, bilioſum humorem ad ſe allicit.

39. Eundem humorem poſtmodum, vbi incipit eſſe oneroſius, per meatum peculiarem itidem ab ipſius ceruice prodeuntem, in inteſtinum duodenum egerit: vt vnà cùm craßis Inteſtinis deijciatur per aluum: excretionemq́; Excrementorum promoueat. 4. de vſu part. cap. 4. Eiusdem verò huius meatus partem aliquam, contingit aliquando mitti in fundum ventriculi. 2. de temp. cap. 6. c.

40. Lien verò ad Siniſtram ventriculi ſedem, ſecundum inferiora ac poſteriora ſitus eſt, formamq́; obtinet, à vicinis partibus ſibi quaſi impreſſam. Oblongior enim eſt, & quâ ſeptũ contingit, leuiter gibbus: quâ ventriculo incumbit, modicè cauus exiſtit.

41. Ex eiusdem parte ſima, quidam veluti Stomachus prodit: vas venoſum ſcilicet: quod ad Portam venam

exten-

extenſum craßiorem Melancholici humoris partem attrahit, quem Lien conſicit eoq; nutritur, & eiuſdem reliquias in ventriculum reÿcit. 4. de vſu part. 4. 15. & cap. 8. lib. de atrabile.

42. *Expurgatus ità ſanguis, ex anguſtißimis venæ portæ ramis, in arctißimas venæ Cavæ propagines trãſit, vnà cum ſeroſo excremento dilutus, vt facilius penetrare queat: hinc verò in venam Cauam recipitur.*

43. *Et quia non amplius iam eget huiuſmodi vehiculo: Idcirco expurgari deinceps oportet Sanguinem ſeroſo excremento. Cui functioni parati ſunt Renes bini.*

44. *Hi ſunt forma propè ſphærica, ſed oblongiori: & vtrinq; ad venæ Cauæ & Arteriæ magnæ latera ſinguli, proxime ſub Hepate collocati: qui per Venas, Arteriasq; emulgentes tranſuerſim à Renibus in Venam cauam magnamq; Arteriam extenſas, maximam ſeroſi humoris portionẽ attrahunt, vt dicitur locis iam citatis: itemque, 1. de Nat. fac: cap. 15. & ſequentibus.*

45. *Expurgatus ità vi Renum humor ſeroſus, per vreteres deorſum in veſicã fertur, atq; vrina iam dicitur: illic ſenſim colligitur & conſeruatur: donec quantitate aut qualitate moleſtus eſſe incipiat: tunc enim irritata veſica, expultrice vi vtitur, eamq; per fiſtulam vrinariam, in quam ceruix illius terminatur, laxato ſphynctere excernit.*

46. *Vreteres venis forma quàm ſimillimi ſunt, ſimplici ſed duriuſcula tunica conſtant: & ex ſinu Renum orti, perq; cauam eius partem prodeuntes, deorſum rectà feruntur ad veſicam, & iuxta illius collum, obliqua inſertione in ipſam implantantur 1. de Nat. facult: cap. 13. f. g.*

13. f.g. & de vſu part.lib.4.cap.6.lib.3.cap.5.13.

47. Eſt enim veſica vrinæ receptaculum, in quo ea ſenſim colligitur, vt conuenienti tempore ſimul excerni queat: cujus excretionis gratia, imum in ventre inferiori locum obtinuit: ad poſteriorem oſſis pubis ſedem.

48. Formam habet ſphæricam ferè, ſed oblongiorem, genæ cujusdam inſtar: conſtatq; membrana ſimplici, ſed forti ac triplici genere fibrarum prædita, ut dilatari ac contrahi facile poſſit.

49. Expurgatus iam ſanguis & in venam cavam receptus: per ipſius ramos ceu rivulos, in omnes partes corporis diſtribuitur, ut ſingulæ ex eo augeri atq; nutriri queant.

50. Oritur enim vena Cava, ex gibba Hepatis parte, qua dorſum à dextris reſpicit, innumeris quaſi radicib: ſenſim coëuntibus, donec in unam omnes conveniant, quæ prodeat ex Hepate.

51. Eadem in binos truncos primum dividitur, quorum unus rectà ſurſum ad Cor cõtendens, in omnes partes ſuperiores Thoracem inquam, Caput & Brachia innumeris propaginibus diſtribuitur. Inferior deorſum ſecundum ſpinam deſcendit, & in omnes partes infernas digeritur.

De Inſtrumentis tertiæ Concoctionis.

52. Tertiæ Concoctionis Inſtrumenta, ſunt omnes totius Corporis partes ſimilares, quæ ex maſſa ſanguinis nutriuntur & augentur. Singulis enim ineſt facultas, qua per venas, quæ vel ad ipſasmet, vel ad proximas

partes

partes perueniunt. familiare attrahant alimentū, retineant, apponant, agglutinent, & tandem ſibi aſsimilent. 1. de Nat. facult. cap. 10. 11.

Diſputatio VI.

De partibus, quæ faciunt ad Speciei *conſeruationem.*

THESIS I.

HOminem ex ſanguine & ſemine prima generationis initia obtinentem, eiusdem huius materiæ cauſa, interitui obnoxium eſſe oportuit. Idcirco de ſpecie ipſa propaganda conſeruandaq́ꝫ, prouidit ſummus Rerum Conditor, effecitq́ꝫ vt ſubinde, in locum eorum qui moriuntur, alij atq́ꝫ alij naſcerentur.

2. Vt verò idipſum fieri poſſet: primò omnium Sexum diſtinxit in Marem & Fœminam: Deinde curauit, vt Mas quidem Semen, ceu primum generationis Principium conferret. Fœmina id in vterum conciperet, cùm proprio commiſceret Semine; foueretq́ꝫ, ac nutriret proprio ſanguine, donec fœtus abſolutus, in lucem ederetur.

3. Atq́ꝫ hinc factum eſt, vt tàm Mari quàm Fœminæ partes quaſdam Natura attribuerit, hiſce functionibus ſeruientes: quas ſummatim hîc recenſebimus, à Maſculino Sexu initium ſumentes.

4. In

Digitized by Google

4. *In Mari igitur, ut Semen generando fœtui poſſet conferre, triplici genere partium opus fuit. Primum earum eſt quæ Semen generant. Alterum earum, quæ ijſdem pro generando Semine idoneam afferrent materiam. Tertium deniq; earum, quæ factum iam Semen ſuſciperent, & in agrum, generando fœtui à Natura deſtinatum, proijcerent.*

5. *Quæ ſemini generando deſtinatæ ſunt partes: Teſtes & Teſticuli Latinis, Græcis verò* ὀρχεῖς *nuncupantur. Hi bini numero ſunt, vnde etiam* δίδυμοι, *i. gemelli vocantur: Forma conſtant Ovali, ſubſtantiamq; obtinent albam, multis exiguis venis implicatam, præter quas nullam habent ſenſibilem cavitatem.*

6. *Tegumentis pluribus involuuntur: quorum alia ſunt vtriq; teſti communia: nempe cutis, quæ hîc dicitur ſcrotum Latinè, Græcè vero* ὄσχεον *& qui ſub ſcroto ſubiacet panniculus carnoſus.*

7. *Alia ſunt cuiq; teſti peculiaria, quorum primum conſtituit, tunica* Ερυθροειδὴς *dicta, quæ à peritonæo producta, vaſa ſeminalia ad quemq; teſtem comitatur, eaq; vnà cùm teſte continet. Sub hac eſt* Επιδίδυμος *tunica Væſalio dicta, quæ* δάρτος *veteribus dicebatur, teſtem immediatè ambiens.*

8. *Materiam generando ſemini, non ex vniverſo Corpore, ut veterum multi putarunt; ſed ex vena Cava & Arteria Magna, deferunt ad ſingulos teſtes, ſingulæ Venæ, ſingulæq; Arteriæ, quæ Venæ Arteriæq; ſeminales Anatomicis vocantur. Idq; cùm alijs locis docuit Galenus, tùm verò lib. 1. de ſemine cap. 12 & lib. 2. cap. 5. vide etiam apud Ariſt. lib. de generat: Animalium cap. 17. 18.*

Digitized by Google

9. *Ac vena quidem quæ ad Dextrum teſtem fertur, ex ipſo trunco venæ Cavæ, anteriori ſede, paulò infrà exortum venarum Emulgentium, pronaſcitur. Quæ verò fertur ad Siniſtrum teſtem, ea ex inferiori ſede emulgentis ſiniſtræ oritur: eſtq́; hic communis ortus huiusmodi vaſorum, qui tamen quandoq; variat.*

10. *Arteriæ Seminales ambæ, ex Caudice Magnæ Arteriæ ortum ducunt, paulò infrà dextræ ſeminalis venæ initium. Sed ex iis Dextra, conſcendens Caudicem Venæ Cavæ, ad Dextram ſeminalem Venam accedit: cùm eaq́; deorſum, ad teſtem Dextrum tendit: eumq́; ſimul adeuntes vniuntur: & unitæ κιρσοειδῆ παραστάτην .i. varicoſum Adſtitem Vaſalio dictum conſtituunt.*

11. *Siniſtra, cùm ſui lateris venâ, eodem modo fertur ad teſtem Siniſtrum.*

12. *Confectum in Teſtibus Semen, excipiunt vtrinq; vaſa ad extremum varicoſi corporis latus, ab vtroq; teſte prodeuntia: quæ vtrinq; ſursùm, ſecundum venæ Arteriæq; Seminalis ductum, ad peritonæi cavitatem usq; aſcendunt: poſtea ad pubis os reflectuntur, deorſum tendunt: poſterioriq́; veſicæ ſedi accedentia uniuntur, in eiusdemq; cervicis radicē, inter glandulosa corpora inſeruntur: tandemq; ſe in fiſtulam urinariam peni ſubſtratam, exonerant.*

13. *Muliebria generationis Inſtrumenta eò pertinent, ut Virile Semen concipiant, cùm Muliebri miſceant: foveant: ad fœtus perfectionem usq; retineant; nutriant: & demum, poſtquam certam quandam magnitudinem acquiſivit, partu ipſo fœtum edant in lucem.*

14. *Ex hiſce omnibus præcipuum locum obtinet vterus,*

rus, qui inter Rectum Inteſtinum, & Veſicam ſitus, à lateribus vtrinq; laxis membraneisq; ligamentis, vaſa ad eum deducentibus, peritonæo alligatur: terminaturq; in Cervicem ſuam, quæ tàm concipiendo ſemini, quàm fœtui in lucem edendo via eſt.

15. Proximè utrinq; utero adiacent teſtes: ad quos vaſa, materiam generando ſemini deferentia, perinde ferè atq; in viris accedunt. Ab iiſdemq; ſingillatim, vaſa prodeunt ſemen deferentia: quæ vtrinq;, in obtuſum ſui lateris angulum Vteri, inſeruntur.

16. Materiam deniq; augendo nutriendoq; fœtui, ad vterum deferunt vaſa ea, per quæ aliâs menſes fluere ſolent: Ii enim non fluunt eo tempore, quo geſtant uterum mulieres, ſed in fœtu nutriendo augendoq; abſumuntur.

17. In uteri Cavitate, ex concepto vtriusq; parentũ ſemine, attractoq; Sanguine materno formatrix facultas, quæ in ſemine deliteſcens, uteri Calore excitatur, omnes totius corporis partes, eius qui generatur fœtus, format. lib. 1. de ſemine cap. 2. 5. 11. item lib. 1. de Nat. facult. cap. 5. 6.

18. Ita autem formatur in utero fœtus, ut non immediatè ab eo cõtineatur: ſed membranoſis quibusdam tunicis obuolutus: quæ vnà cum fœtu generantur, augentur, & in partu aut prodeunt ſimul cùm fœtu, aut mox conſequuntur: unde ſecundinæ Latinis tamquam ſecundus quidam partus vocantur. Græci easdem χώριον nuncupant, tamquam ſi loculos dicas, quibus fœtus continetur.

19. Huiusmodi tunicæ binæ ſunt: una exterior, inter-

næ uteri tunicæ proxima: quam hîc cum Veſalio Ἀλλαντοειδῆ.i. farciminalem vocamus. Altera interior fœtui contigua, quam ἄμνιον.i. Agninam appellant.

20. Exterior quadam ſui parte, ſpacio orbiculari, recipit in ſe vaſa ex utero, in ipſam quaſi progerminantia, & per ea utero annectitur. Eâdem verò ſui parte, adnatam habet Carnoſam quandam & Lieni ſimilem ſubſtantiam, quâ vaſa illa quaſi fulciũtur: donec omnia in venam unam, Arteriasq́ue binas collecta, per vmbilicũ ſubeant corpus fœtus, eidem cum alimento Spiritum vitalem, pro conſervando nativo Calore, allaturæ.

21. Interior fœtuiq́ue proxima tunica, tenuior & mollior eſt Exteriori, unde dicta eſt ἄμνιος: & qua parte, Venæ Arterijsq́ue umbilicalib: fœtum ſubeũtib. tranſitum prabet, eâdem ex fœtus veſica admittit οὔραχον, per quẽ urina fœtus excernitur in Spacium quoddam definitum, inter dictas iam binas fœtus membranas, quo ſpacio conſervatur uſq́ue ad pariendi tempus, & tunc vel cùm fœtu, vel ante fœtum expellitur.

22. Idem pariendi tempus, Natura ſingulari providentia vſu ipſo definivit: effecitq́ue ut uterus fœtum, novem menſes Retentrice facultate contineat: quieſcente interim eiuſdem Expultrice vi, quaſi nuſquam eſſet.

23 Sed poſtquam perfectus iam eſt fœtus, & ad tantam magnitudinem pervenit, ut vitalis eſſe queat: ceſſat Retentrix facultas ab Actione ſua: eaq́ue ceſſante inſurgit Expultrix facultas, tanta cum vehementia, ut adiuta muſculis abdominis, fœtum unà cùm ſuis involucris, expellat. lib.3. de Nat. fac. cap.23.

24. Infans verò ipſe, qui priùs dum in utero continеba-

nebatur, ſola Attractrice facultate, Alimentum per vaſa vmbilicalia, ex materno ſanguine trahebat: mox ubi natus eſt, partim Naturali, partim Animali facultate, ex matris vberib. Lac exſugere & deglutire novit. 4. de vſu part. cap. 8.

25. Et qui ſanguis prius ad vterum ferebatur: is, edito in lucem fœtu: ad Mammas attrahitur, & ab ijs ulteriori Coctione convertitur in Lac. vnde dixit Hipp. 2. Epidem: ſect. 3. Τὰ γάλακτα τῶν ἐπιμηνίων ἀδελφά. *i. Lac fratres habet Menſes.*

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Digitized by Google

DE
ANIMAE HVMANAE FACVLTATIBVS, FVNCTIONIBVS AC SEDIBVS

Pars prior:

Animalium Vitaliumq; Facultatum Explicationem integram, cùm principio Naturalium continens.

Ex Diexodicis prælectionibus, ſummatim in binas diſputationes contracta. pro Anno 1598.

Ad

Antiquiſs. Nobilitatis Iuvenem, D. Prædislaum Paquoſz de Vliaſzovice.

Reſpondentibus,

D. M. IOH. HENRICO RYHINERO Baſilienſi.

D. ENGELBERTO THESCHEMACHERO Belga.

Diſ-

Digitized by Google

Diſputatio I.

De totius Animæ Humanæ Partibus, aut Facultatibus primariis, & ſedibus in noſtro corpore, earum quæq; inhabitat.

THESIS I.

Totius Medicinæ partes, ex Græcorum ſententia, quinque ſunt, vt apparet cap.7. Iſagogici: nempe τὸ φυσιολογικὸν, παθολογικὸν, σημειωτικὸν, ὑγιεινὸν, θεραπευτικόν: quæ in Scholis vocantur Phyſiologia, Pathologia, Semiotice, Sanitatis conſervatio, & Curatio morborum.

2. Harum tres priores, ad Theoricam Arabib. nuncupatam Medicinæ partem referuntur: poſteriores binæ, ad Practicam.

3. Phyſiologia, quæ prima eſt, ſeptem Capitibus præcipuè continetur: quorum primum eſt de Elementis. II. de Humorib. III. de Temperamentis. IV. de partibus Humani Corporis. V. de Facultatibus Animæ. VI. de Actionibus. VII. de Spiritibus.

4. Quoniam ergò, enarrando libros de Elementis, Natura humana, Temperamentisq́;, tria prima capita abſoluimus: eaq; ſummatim in propoſitiones digeſta, ſtudioſis diſputanda propoſuimus, Doctrinamq; de partibus corporis noſtri etiam præmiſimus: Idcirco de Facultatibus atque Actionibus, idem præſtare deinceps conabimur.

5. *Quàm neceſſaria autem ſit Medico, hæc Cognitio, hinc apparet, quòd vita eſt, vel ipſa* Facultas, *vel Actio à facultate prodiens, 9. Meth. 13. Item quòd Sanitas facultas quædam exiſtit, edendi bonas Actiones: Morbus verò cognoſcitur, ex læſis Animæ functionibus.*

6. *Huius rei Cauſa, tres libros de Nat. facultat. ſuſcepimus enarrandos, Actiones cùm facultatibus coniungendo, ut Galenus fecit: Et quæ de Reliquis facultatibus atque Actionibus Animalibus Vitalibusq; deſiderantur, ex libris de Hipp. & Platon. decretis aliisq; ſupplebimus.*

De Natura & Anima quid ſint?

7. *Quoniam verò ijdē hi libri* περὶ φυσικῶν δυνάμεων *inſcribuntur, moxq; ab initio mentionem faciunt* τῆς ψυχῆς καὶ φύσεως. *i. Animæ atq; Naturæ. Idcircò quid quæq; harum ſit, explicandum. Poſtea cuiusq; earum Facult. & Actiones enarrandæ.*

8. *De utraq; earum, duplex modus loquendi fuit apud veteres, iam inde à Platonis temporibus usq; ad ætatem Galeni. Vnus* ὡς τοῖς πολλοῖς ἔθος. *i. ut vulgò loqui ſolebant. Alius* ὡς πρὸς τοὺς ἰδίους ἀκροατάς. *i. ut ſapientes ſolebant loqui, cùm proprijs diſcipulis.*

9. *Priori modo, Animata Corpora vocantur tantummodò Animalia. Reliqua Corpora omnia, Naturalia quidem dicuntur, ſed Inanimata. Et proinde, quæ vires ſunt, in ijſdē Corporibus inanimatis. v.g. Plantis, ut generentur, creſcant, nutriantur: eas Naturæ aſcribebant, aſſerebantq; eaſdem Plantas, à ſolâ Naturâ gubernari.*

10. *Animalia autem, partim à Natura gubernari, à qua*

qua eaſdem has generandi,augendi nutriendiq́; vires habeant: partim ab Anima,à qua obtineant vires ſentiendi,movendi,appetendi,ratiocinandi,& ſimiles,quæ ſolis Animalibus inſunt. Vt vides hîc cap.1. Item in libello de ſubſtantia Natural. facultatum: libro primo deniq; de ſymptomat. differentiis,cap.3.

11. Poſteriori modo,non Animalia ſolùm, ſed etiam Plantæ,Animam habere dicuntur, & ab eâdem obtinere vires generationis,auctionis,nutritionis,ut dicitur locis iam citatis,præterea cap.6. libri de fœtus formatione. Et ſecundum hos,Anima eſt etiam Natura quædam, ſed nobilior.

12. De Natura ipſa igitur generatim, quídnam verè ſit,quia initio primæ diſputationis de Hominis Natura docuimus. Idcircò,poſteriorem loquendi modum ſequuti,de Anima deinceps diſſeremus: quæ, etſi Cauſa eſt omnium functionum in Animalibus & Plantis: nos tamen ad Humanam potiſſ. Animam,accommodabimus hanc diſputationem.

13. Anima Græcis vocatur ψυχὴ: *idq́; nomen,ut eſt apud Platon. in Cratylo,dicitur obtinere* διὰ τὸ ἀναψύχειν τὸ σῶμα. *i.quia Corpus per Reſpirationem refrigerat,vitamq́; conſervat.*

14. De eius eſſentia variæ fuerunt opiniones veterũ: de quibus Gal. in libello de Eſſentia Natural. facult. ſic ait, τὴν ψυχὴν ἡμῶν αὐτὴν, οἱ μὲν ἀσώματον νομίζουσιν οὐσίαν εἶναι. Τινὲς δὲ πνεῦμα, καθάπερ ἄλλοι τὴν ἰδιότητα τῆς τοῦ σώματος οὐσίας. *i. Animam noſtram quidam cenſent eſſe ſubſtantiam incorpoream,ut Plato. Aliqui Spiritum ut Stoici. Alij proprietatẽ corporis,ut Ariſtoteles: ſi Galeno credimus.*

15. *Galenus verò ipſe & loco iam citato, & cap 3. libri, quo docet Animi mores ſequi temperaturam, uti etiam lib. 5. de ſympt. cap. 9. fatetur ſe ignorare qualis ſit Animæ eſſentia. De Hipp. verò 6. Epid. Com 5. text. 5. pronuntiat, quòd illi Anima eſſe videatur,* τὸ ἔμφυτον θερμὸν, *id eſt, Calidum innatum.*

16. *Ariſt. lib. 1. de Anima cap. 2. ait Pythagoreorum alios dixiſſe* τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα. *i. quæ in Aëre volitāt corpuſcula. Alios* τὸ ταῦτα κινοῦν *i. quod ea movet. à Democrito Animam definitam eſſe,* πῦρ τι, καὶ θερμὸν, *id eſt, ignem quendam atq; Calorem.*

17. *Ipſe verò lib. 2. de Anima cap. 1. ait, Animam eſſe* ἐντελέχειαν τὴν πρώτην σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ, ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. *i. perfectionē. formam atq; actum primum corporis naturalis organici, quod poſſit habere vitam.*

18. *Cuius definitionis ſenſum, compendioſè expreſſuri, ex eodem capite, & binis ſequentibus, Primò ponimus Animam* ἕν τι γένος ὄντων, *id eſt, Ens quoddam exiſtere. II. Cùm Entia ſint ſubſtantiæ, aut Accidentia: Animam ſubſtantiam dicimus, non Accidens. III. Cùm ſubſtantiarum aliæ ſint ut Materia, aliæ ut Forma, aliæ ut quid ex utrùq; compoſitum: Animam non Materiam, neque compoſitum: ſed formam eſſe aſſerimus. IV. Cùm formæ aliæ ſint rerum quæ carent vitâ: aliæ rerum viventium: Animam pronuntiamus formam eſſe rerum quæ vivere poſſunt. V. Cùm earundem harum rerum formæ, aliæ ſint Primæ, aliæ ſecundæ: nos Animam dicimus eſſe formam primam Actumq; primum, ac Corpore eiusq; partibus tamquam Inſtrumentis uti, ad Actiones ceu ſecundos Actus edendas.*

19. Id-

19. Idipſumq́; videtur mihi compẽdioſiſſimè, expreſſiſſe Ariſt. ſub finem capitis 2. libri iam citati ſic inquiẽs, ἡ ψυχὴ δὲ τοῦτο, ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα καὶ διανοούμεθα, id eſt, Anima id eſt, per quod vivimus, ſentimus & ratiocinamur.

20. Hæc definitio eſt univerſalis, cuiusq; animæ, quæ Animatæ rei qualicunq; poſſit ineſſe: quam ſi ad Animã Hominis accommodemus: ita poterimus pronuntiare, ut dicamus, Humanam Animam id eſſe, quod ad hominis corpoream materiam accedens, eam formet perficiatq́;, ut verè ſit homo; quodq́; ab eadem recedens, efficit ut deſinat homo eſſe, fiatq́; cadaver.

21. Perindeq́; ſeſe habere Animam, ad Corpoream molem hominis, ut vis videndi, ſe habet ad oculi ſubſtantiam corpoream.

22. Quoniam verò idem Ariſt. locis iam citatis, Animatum ab inanimato vita diſtinguit: Idcircò ſicuti tres gradus vitæ conſtituit, ita tres claſſes rerum Animatarũ colligit, nempe φυτὸν, θηρίον, ἄνθρωπον. i. Plantam, Beſtiam, & Hominem. Et totidem etiam Animæ in univerſum omnis gradus, ac differentias eſſe pronuntiat: nempe τὸ θρεπτικὸν, τὸ αἰσθητικὸν, καὶ διανοητικόν, id eſt, Nutritivam, Sentientem & Rationalem.

23. Eoſdem tres gradus Animæ, ita docuit eſſe Affectos inter ſeſe, ut Primus ſolus conſiſtere queat, abſq; aliis, ut in Plantis cernitur. Secundus primo carere nequeat, ſed abſq; tertio eſſe poſſit, ut in Brutis cernitur. Tertius neceſſariò reliquos duos habeat ſibi coniunctos, ut in Homine apparet.

24. Sub αἰσθητικῷ Animæ gradu ſeu differẽtia, compreben-

prehendit Ariſt.ibid. etiam Motricem vim, atq; Iraſcibilem, quam paulò pòſt θυμοειδὲς nũcupabimus: prætereà phantaſiã, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, de quo poſteà agemus.

25. Nam ubi eſt ſenſus, ibi neceſſariò eſt Dolor aut Voluptas, quæ per phantaſiam, ex ſenſu hauſtã, cupiditatem inferunt perſequendi id, quod eſt iocundum: aut evitandi id, quod moleſtum exiſtit. Idipſumq; Motu perficitur.

Diviſio Animæ facultatum: ſecundum Galen. & Platon.

26. Galenus autem, ex ſua & Platonis ſententia, de ſola Hominis Anima loquens, primum τὸ θυμοειδὲς, ab ea vi, quã ipſe cũ Platone vocavit ἐπιθυμητικὸν, nosq; in ſcholis facult. Naturalem appellamus, diſtinxit. Deinde docuit, Totius Animæ Humanæ, tres eſſe Principales partes ſive facultates, planè à ſeinvicem diverſas: eaſdẽq; diverſis quoq; partibus Corporis eſſe collocatas.

27. Ex hiſce prima eſt τὸ Διανοητικὸν ſeu Λογιστικὸν, id eſt, pars Ratiocinans, quàm in Scholis vocamus Animalem facultatem: eandemq; in capite ſedem ſuam habere docuit. Altera τὸ θυμοειδὲς. i. facultas Iraſcibilis, quam Cordi attribuit. Tertia deniq; τὸ ἐπιθυμητικὸν, id eſt, Concupiſcens, quam etiam Naturalem facultatẽ vocamus, & in Hepate ſitam eſſe docemus.

28. Eſt verò etiam cuiusq; harum peculiaris quædam voluntas, quæ motum volũtarium poteſt ciere, & ſe habet ad earum quamq;, uti concluſio ſyllogiſmi ſe habet ad præmiſſas, ut in ſequentibus apparebit.

29. Hoc

Digitized by Google

29. Hoc ſenſu dixit Galenus initio cap. 7. libri 5. de Placitis, Platonis Demonſtrationem comprobare τρία τῆς ψυχῆς εἶναι μόρια, τὰ καθ' ὁρμὴν ἡμᾶς κινοῦντα, *id eſt, tres eſſe partes Animæ noſtræ, quarum quæq; nos poſſit ad motum voluntarium incitare. Et Ariſt lib.1. Mag. Moral. c.13. dixit,* Ὀρέξεως ἐστὶ εἴδη τρία, ἐπιθυμία, θυμὸς, βούλησις, *id eſt, Tres ſunt ſpecies Appetitus, Cupiditas, Ira, Voluntas. Et 3. de Anima cap.9.* Ἐν τῷ λογιστικῷ γὰρ ἡ βούλησις γίνεται, καὶ ἐν τῷ ἀλόγῳ ἡ ἐπιθυμία καὶ θυμός: εἰ δὲ τρία ἡ ψυχὴ ἐν ἑκάστῳ ἔσται ὄρεξις, *id eſt, in Rationali Animæ parte ſit voluntas. In Irrationali Cupiditas & Iracundia. Et ſi in has tres partes dividatur Anima, Vnicuiq; inerit ſuus Appetitus, ceù propria cuiusq; earum voluntas.*

De trium Animæ facultatum diverſitate.

30. Diverſas planè à ſeinvicem eſſe eas: Conatus eſt probare Avicenna quidem lib.1. ſen 1. doct.6. cap.1. & ex eodem Fuxius noſter, lib.1. Inſtit. ſect.6. cap.2. ex functionum diverſitate. Actionum enim planè diverſarum, diverſas quoq; eſſe cauſas.

31. Fernelius verò lib.5. phyſiol. cap.13. idipſum probat ex eo, quòd Actiones cuiusq; harum ſingillatim lædi queant, illæſis permanentibus aliis. Item cap.17. quòd earundem facultatum, aliæ priùs, aliæ tardiùs actiones ſuas edant: nempe quòd homo priùs vivat vitam Plantæ; ſecundò Animalis: tertiò Hominis, ut dicitur cap.7. libri de fœtus formatione.

32. Quæ probationes, etſi ſufficiant ad comproban-

das

das,cuiusq; harum principalium partium ſubdiviſiones: non tamen probant,eaſdem principales Animæ partes, ita eſſe à ſeinvicem diverſas,ut nulla communi facultate contineantur.

33. Nam videre exemp.gr.tangere,ambulare,recordari,diverſæ ſunt Actiones,quarum aliæ citiùs,aliæ tardiùs eduntur:aliæ item lædi poſſunt,aliis illæſis: ex quo ſequitur,eas edi à diverſis facultatibus: non talibus tamen, quæ nequeant unâ aliquâ communi contineri: nempe Animali.

34. Galenus igitur,etſi huiusmodi rationibus uſus ſit, ad ſubdiviſionem cuiusq; principalium facult. tamen ad probandum, quod eædem illæ principales, planè ſint diverſæ,neq; ullâ communi facultate comprehendātur: lib.5.de Plac.cap.7.ex Autoritate Platonis, alio eſt uſus Argumento, ſumpto ex contrarietate & pugna,quam iiſdem de rebus,illæ perſæpe inter ſe habent.

35. De eadem verò cōtrarietate,loquitur Plato lib.4. de Repub.paulò ante finem,hoc modo: Δῆλον ὅτι ταὐτὸν τἀναντία ποιεῖν ἢ πάσχειν, κατὰ ταὐτόν γε, καὶ πρὸς ταὐτὸν, οὐκ ἐθελήσει ἅμα, ὥστε ἐάν που εὑρίσκωμεν ἐν αὐτοῖς ταῦτα γινόμενα, εἰσόμεθα ὅτι οὐ ταὐτόν. *Senſus eſt. Quod unum idemq; eſt, Id unius eiuſdemq; rei reſpectu, nunquam contraria agere aut pati volet. Et proinde,ſi quæ talia ſunt,quæ unius eiuſdemq; rei reſpectu, uno eodēq; tempore contraria velint; ea non erunt una quædam res,ſed diverſæ.*

36. Hoc fundamento poſito,ſic ratiocinabimur: Quæ animæ noſtræ partes ſive facultates,iiſdem de rebus,eodem tempore,contraria cupiūt,ac volunt: eæ ſunt planè diver-

Digitized by Google

diverſæ,nec ullâ communi facultate continentur. At τὸ λογιστικὸν, καὶ τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, tales ſunt: ergo &c.

37. Contrarietas autem illa & pugna, quam iiſdem de rebus,ſæpè inter ſe habent τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, evidentiſſima eſt. Sæpè enim ſitimus,eſurimus, amamus,nec tamen aut bibere,aut edere, aut re amata potiri volumus: prævidentes ſcilicet,mali quiddam inde eventurum.

38. Id verò quod hîc prævidet:nec proinde aut bibere, aut edere,aut potiri vult re amatâ: τὸ λογιστικὸν eſt. E-contrà,quod ſitit,eſurit,amat,eſt τὸ ἐπιθυμητικὸν.

39. Eandem pugnam rationis & concupiſcentiæ,ſentiens Phædria,in Terent.Eunuch.Act.1.Scen.1. de Thaide loquens,ſic inquit: Nunc ego & illam ſceleſtam, & me miſerum ſentio,& tædet, & amore ardeo; & prudens videnſq; pereo.

40. Ipſum verò θυμοειδὲς, etſi τῷ λογιστικῷ ſit attributum,tamquam auxiliarius miles Imperatori,nec moveatur iracundia, priuſquam ratio,iniuriam factam eſſe intellexerit, ut docent Plato & Galen. locis priùs citatis: tamen ut miles incitatus, ſæpè ulteriùs progreditur,quàm placeat Imperatori: ita iracundia permota, ſæpè efficit talia,quæ rationi adverſantur.

41. Exemplo nobis ſit, cap. 4. libri 6. de Placit. ex Euripide,Medea, quæ iuſta de cauſa, in Iaſonem irata erat: ſed ex iracundia eò uſq; progrediebatur,ut proprios filios, ex Iaſone natos necaret, eoq; ipſo ſibimet diſplicebat; unde ſic loquebatur:

Καὶ

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακά.
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. id eſt,
Novi qualia perpetrem mala.
Sed ira potentior eſt conſilio meo.

42. Idem θυμοειδὲς, ut non commovetur, cùm cenſemus omnia benè fieri factaq; eſſe: ita rurſus cùm intelligimus, aut agere nos, aut egiſſe quippiam, permoti τῷ ἐπιθυμητικῷ, unde malum quippiam ſit futurum: cupiditatibus noſtris iraſcimur.

43. Habesq; Iracundiæ Cupiditati repugnantis exemplum, in Colloquio Parmenonis cùm Phædria, apud Terent. in Eunuch. Act. 1. Scen. 1.

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas.
Ego ne illam? Quæ illũ? quæ me? quæ non? ſine modo,
Mori me malim: ſentiet qui vir ſiem.

44. Contrà cupiditatis repugnantis Iræ ſimul & Rationi, easq; vincentis exemplum ibid. exprimuret:

Hæc verba (ſupra dicta, ſunt, Ira contra cupiditatem) una me herclè falſa lachrymula,
Quam oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet: & te ultrò accuſabis, & dabis ei
Vltrò ſupplicium.

De Sedibus partium Animæ.

45. Ex præcedentibus patet, Animæ humanæ tres eſſe partes aut facultates planè diverſas: Τὸ λογιστικὸν, θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν: deinceps de earundem ſedibus, quibus ſunt collocatæ; dicendum erit.

46. Ariſt. igitur ipſe, ut conſtituit unam eſſe totius

Animæ

Animæ eſſentiam, à qua omnes facultates prodeant: ita unam illius ſedem eſſe aſſerit, ipſum Cor.

47. Argumentis ad id comprobandum utitur variis; quorum præcipua tamen hæc ſunt, ex lib. 1. de generat. Animal. cap. 18 lib. 2. de partib. Animal. c 7. & lib 3. eiuſdem operis cap. 4. Primò quia Cerebrum ſenſu caret: non poſſe id eſſe ſenſus principium. II Quia omnes Actiones fiunt calore: aſſcribendas eas eſſe cordi ceù fonti caloris. III. Satius eſſe, unicum ſtatuere principiũ, quàm plura. IV Nobiliſsimum omnium functionum principium, non niſi nobiliſs loco hominis, nempe in medio, ubi Cor eſt, conſiſtere. V Cor eſſe primum vivens & ultimum moriens. VI. Cor nullum morbum ferre poſſe. VII Cor multis nervis abundare. Inter Medicos Archigenes cùm Ariſtotele ſenſit. Vide lib. 1. de loc. Affectis cap. 1. g. h. lib. 3. cap. 3. h. & cap. 4 h.

48. Chryſippus Stoicorum princeps, aſſerebat Animæ eſſentiam unam, unicamq; eſſe eiuſdem facultatem: quam itidem in Corde collocabat his potiſsimùm Argumentis. I. Vnde vox prodit, illic eſt Animæ ſedes: at ex pectore prodit vox. lib. 2. de Placit. cap. 5. II. Vbi ſunt Animi Affectus, illic eſt Anima ipſa; lib. 4. eiuſdem operis cap. 1. & lib. 5. cap. 7. eiuſdemq; ſententia fuit Zenon, & Diogenes Babylonius etiam.

49. Ariſtoteli nos reſpondemus cùm Galeno: primùm generaliter, quòd illi ſit ignoſcendum, ſi maximè hîc fuerit negligentior: neq; enim hic error, ei, ad Virtutum & Vitiorum diſtributionem, ad quam ſpectabat, unquam potuit nocere. Medicis verò plurimum nocere poteſt, ad uſum Remediorum rectè adminiſtrandum:

præſertim ubi princeps aliqua functio, læſa eſt. lib. 9. de Placit. cap. 7. e. & lib. 7. de Anat adminiſt cap. 10.

50. Deinde ſingillatim ad Argumentorum iam allatorum, Primum Reſpondemus ex lib. 1. de cauſ. ſympt. cap. 8. d. Αυτὸς ἐγκέφαλος ὅτι αἰσθητικὸν ὄργανον ὑπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ' αἰσθητικῶν αἰσθητικὸς ἐγένετο, id eſt, Cerebrũ ipſum non ſentit, ſed percipit ſenſationes factas in omnibus ſenſorijs: nempe quod in idem concurrãt, omnes ſenſationes, atq; illic dijudicentur.

51. Ad 2. dicimus, Omnes Actiones Animæ perfici calore: ſed quaſdam indigere maiori, ut Vitales, quaſdam minori, ut Animales: quaſdam minimo ut Naturales ſicuti in plantis apparet, quæ parùm habent caloris, & Naturales vires: tamen obtinent inſignes.

52. Ad 3. Nec ſatis eſſe, nec fieri poſſe, ut tres planè diverſæ facultates Animæ, in eadem corporis parte ſedem obtineant: quia ad diverſas Actiones producendas, diverſo temperamento opus eſt.

53. Ad 4. Cor non eſſe in medio homine, ſed ſolomodo in medio thorace. 2. de Plac. cap. 4. Item ſuperiorem locum, nobiliorem eſſe medio.

54. Ad 5. 6. 7. Non probari poſſe, Cor priùs natum eſſe, quàm Hepar: mori tamen ultimo, ceù vitalis facultatis principium. Ob eandemq; cauſam fit, ut gravem morbum nullum ferre queat. Nervos verò multos in eo eſſe negamus. 6. de uſu partium cap. 8. item 2. de Plac. cap. 8. Deniq; teſte Ariſtotele ipſo τὰ ὑπνωτικὰ πάντα κάρη βαρεῖν ποιεῖ, καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ βρωτὰ, id eſt, Soporifera omnia caput aggravant, ſive ſint cibi, ſive potiones. lib. de ſomno & vigilia.

55. Ad

55. *Ad Chryſippi Argumentorum primum, dicimus, Vocis Materiam ex thorace prodire. Effectricem Cauſam, ex Cerebro per nervos derivari. Rectiùs ergo referri vocem ad cerebrum, quàm ad cor. Ad ſecundum. Affectus Animi, probare ſedem τῦ θυμοειδῦς, in Corde conſiſtere: non τῦ λογιςικῦ.*

Sedes facultatum Animæ, ſecundum Galen. & Platonem Hipp.

56. *Galenus ex ſua, Platonis atq; Hipp. ſententia, τὸ λογιςικὸν in Cerebro, τὸ θυμοειδὲς in Corde, τὸ ἐπιθυμητικὸν in Hepate conſiſtere aſſerit, idipſumq; octo prioribus libris de Hipp & Plat. decretis demonſtrat.*

57. *Et ad comprobandum, quòd τὸ λογιςικὸν ſit in Cerebro, his potiſſ. nititur fundamentis. I. Τὸ λογιςικὸν καταρχόν ἐςι, τ̃ αἰσθήσεως καὶ ὁρμῆς, id eſt, Ratio præſidet ſenſui & motui volũtario. 2. de Plac. cap. 3. h. II. Per Nervos in ſingula ſenſoria motusq; inſtrumenta, influit motrix ac ſenſitiva facultas. 6. de Plac. cap. 3. III. Omnes Nervi ex Cerebro oriũtur, partim immediatè, partim interveniente Spinali medulla.*

58. *Ex his fundamentis infertur, τὸ λογιςικὸν in Cerebro eſſe, à priori. I. Vbi eſt origo nervorum, ibi eſt ſedes τ̃ λογιςικῦ: Ex Cerebro autem oriuntur nervi. Ergò, &c. 8. de Plac. cap 1. f.*

59. *Item quâ parte læsâ, Animales Actiones immediatè læduntur, alijs illæſis, in eâ eſt ſedes τ̃ λογιςικῦ. At compreſſis Cerebri Ventriculis, ſtatim pereunt omnes Animales Actiones, manente adhuc pulſu Cordis. 3. de Plac. cap. 6.*

60. *A poſteriori verò, hoc modo.* Cui parti Corporis ſoli adhibentur cùm fructu remedia, ad reſtituendas τȣ̃ λογιςικȣ̃ læſas functiones: in ea eſt eiuſdem ſedes: At Experientia Cerebro ea adhibere docuit.

61. *Hæ Rationes docent Animalem facultat. eſſe in capite: ſed Vtrum Imaginativa ſit in Anteriori, Ratiocinatrix in Medio, Recordãdi vis in poſteriori cerebri parte reſideat, ut Avicen. lib. 3. fen. 1. tract. 4. cap. 7. 15. & alij multi Arabes atq; Recentiores voluerunt: Id neq; hinc conficitur: neq; Galenus uſquam docuit: neq; in hunc ſenſum rectè torquentur illa, quæ 1 prorrh. commento 1. textu 27. dicuntur, de permutationibus: imò neq; ad medendi uſum, ea cognitio uſum ullum habet.*

62. *Fernelius lib. 5. phyſiolog. cap. 10. etſi hâc de re nobiſcum ſentiat: tamen aliud dogma introducit, aſſerítque Motricem vim à Cerebro, ſenſitivam autem ab eiuſdem membranis ſuppeditari: nempe quia moveatur quidem Cerebrum, ſed non ſentiat: Membranæ autem ſentiant.*

63. *Sed eo obſtat: Primò, Quòd in vivo Animante, oſſe capitis ablato, tota dura Meninx auferri queat, non læſo ullo ſenſu aut motu, lib. 7. de Placit. cap. 3. b. II. Si ob id, quòd Cerebrum non habet tactum, membranæ verò eundem obtinent: idcirò non à Cerebro, ſed à membranis tangendi facultas ſuppeditetur: unde quæſo oculi vim videndi, Lingua guſtãdi, aures audiendi facultatem obtinebũt, cùm neq; Cerebrum, neq; membranæ, hiſce ſenſibus ſint prædita?*

Ga-

Galeni Argumentis de ſede τῦ λογιςικῦ quid obijciant Ariſtotelici?

64. His Argumentis Galenicis, opponunt ſeſe Scholaſtici, qui Ariſt. defendere in omnibus conantur, & quidē varijs modis. Ex ijs qui meliores ſunt, in quorum numero ponimus Zabarell. cap 9. libri de partitione Animæ: ij evidentiâ rei victi, concedunt ex Cerebro oriri Nervos, uti etiam venas ex Hepate: Principes item Actiones, in Cerebro fieri; ex Cerebro per Nervos, cæteris partibus vim ſenſificam atq; motricem influere: Hepar deniq; etiam ſanguinem generare.

65. Et nihilominus tamen, Cor unicum eſſe Principium omnium Actionum contendunt. Nam Spiritum vitalem in Corde generatum, primum eſſe Inſtrumentum, edendarum omnium functionum. Et cùm eodem Spiritu, à Corde communicari, & Cerebro, & Hepati, omnem vim quam obtinent: eodem ſcilicet modo, ut Cerebrum ipſum, per Nervos, Muſculis, motricem, ſenſitivamq; vim impertit.

66. Sed Andreas Cæſalpinus lib. 5. peripat. quæſt 3. eò uſq; progreditur, ut Nervos quoq; ipſos contendat ex corde oriri. Nervos enim qui in Baſi cerebri apparent, uti & eos, qui oriuntur ex Spinali medulla, originem ducere, ex minutis illis venis atq; Arterijs, quæ ex Sinibus Cerebri, per eius ſubſtantiam diffunduntur: & proinde ex corde, unde omnes Arteriæ venæq; oriantur, derivari.

67. Hinc verò etiam fieri, ut cùm magnum aliquem motum edere cupimus: ſpiritum retinere ſoleamus, ut

Digitized by Google

magna vis primùm Arterijs venisq;, & poſtmodum Nervis, cùm Spiritu ex corde imprimatur.

68. Nos verò Zabarellæ reſpondemus. I. Sumere eum, quod probari oportuit; nempe, Spiritus vitales eſſe primum Inſtrumentum, omnium Actionum edendarum.

69. II. Sicuti absq; Corde, neq; in Hepate ſanguis, neq; Intellectus in Cerebro fiunt: ita neq; cor, ſine hepate aut cerebro, ſuam functionem edere poteſt, ut apparet ex Apoplecticis, & Hydropicis.

70. III. Vulnerato corde, & Inflammatione vulneri ſuperveniente, tamen Ratio conſtat, uſq; ad extremum vitæ Spiritum. 5. de loc. Affect. cap. 2.

71. IV. Vt cor dextrè exemptum ex Animali, poteſt adhuc moveri: atq; demonſtrare ſe partem eſſe Principem. 6. de Plac. cap. 3. g. ita vice verſa, dexteritate ſecandi, ita poteſt idem cor eximi, ut poſtquam exemptũ eſt, Animal tamen adhuc currat & clamet. 2. de Plac. cap. 4. f. Vaſalius item cap. ultimo libri ultimi: & Realdus Columbus in lib. de vivorum ſectione.

72. De Cæſalpiniana Nervorum origine, dicimus quòd ſit vana fictaq;, nec ullum in ullo ſenſu fundamentum habeat. Spiritum verò retinemus, vehementem aliquem motum edituri, ut virtus unita ſit fortior.

De ſede τοῦ θυμοειδοῦς καὶ Ἐπιθυμητικοῦ.

73. Τὸ θυμοειδὲς Cordi ineſſe probavit Galenus. Primùm quia cor eſt caloris fons, nec ulla Animæ facultas, tanto calore egeat ad ſuas functiones 6. de Plac. cap. 9. g.

II. Quia

II. *Quia ex corde oriuntur Arteriæ, per quas calidiſſimus ille ſanguis, omnibus partibus communicatur, unà cùm calore vitali. cap.3. eiuſdem libri.* III. *Quòd in corde, Affectus Animi evidentiſſimi appareant, & pulſus per eos, evidentiſſimè immutentur. 8. de Plac. capite 1.* IV. *Quòd læſo corde, mox lædantur actiones vitales. 3. de Plac. cap. 6.*

74. Τὸ ἐπιθυμητικὸν *probat idem, in Hepate ſedem obtinere.* I. *Quia Hepar præparat materiam, pro nutrimento augmentoq́; hominis: itemq́; pro eodem generando: nempe ſanguinem, ex quo partim immediatè, partim interveniente concoctione, quâ in ſemen convertitur, homo generatur, augetur, nutritur.*

75. II. *Quia ex Hepate venæ oriuntur ceù Inſtrumẽta, quibus utitur hæc facultas, ad ſuas actiones edendas: neq; Natura, quæ omnia meliori modo facit, alijs in partibus facultatem implantat, quàm ijs ipſis, in quibus inſtrumenta inſeruit, materiamq́; edendarum actionũ. 6. de Plac. cap. 3 4. 8 9.*

76. *Hiſce rationibus opponũtur à recentioribus multa argumenta pro Ariſtotele, atq; etiam aliter hanc Doctrinam oppugnantia: quæ nos in diſputatione de ſanguificationis inſtrumento, prop. 24. & ſequentibus confutavimus.*

77. *Solius Cæſalpini illìc non meminimus, qui lib. 5. peripat. quæſt. 3 præter ea quæ illic ſunt adducta, obijcit.* I *Similitudinem quam obtinet ſanguis cùm Hepate, nihil indicare de parte Sanguinis effectrice.* II. *Non rectè à Galeno dici, Ramos venæ portæ, non continuos eſſe cũ Ramis venæ cavæ, per Hepatis ſubſtantiam diſtributis.*

 III. *Malè*

III. *Malè quoq; ab eodem pronuntiari, quòd minores trunci venarum atq; Arteriarum, à maioribus oriantur.*

IV. *Confugit ad duplex alimentum, imperfectum quod auctivum vocat, perfectumq; quod Nutritivum appellat: & illud in Hepate generari concedit: poſterius non niſi in ſolo corde.*

78. *Nos verò reſpondemus de Prima obiectione: quòd ea pugnet cum Natura cuiusq; concoctionis, qua ſemper id quod concoquitur, aſſimilatur cõcoquenti. 6. de Plac. cap. 8. De Secunda & Tertia. quòd amba repugnent Experientia, & ſenſibus. De Quarta, dicimus quòd cùm Ariſt. ipſo pugnet, ex quo eſt deſumpta. Etſi enim ille, lib. 2. de gen. Animal. cap. 4. duplicis alimenti faciat mentionem, unicum ſtatuit tamen alimẽti principium, ipſum Cor: non illic tantùm, ſed alibi quoq; ſemper.*

79. *Sed ſi Naturales Facult. ſingulis partibus corporis noſtri ſunt inſita, ut oſtendemus in Secunda Diſputatione de Nat. facult. Cur dicitur τὸ ἐπιθυμητικὸν in Hepate ſedem obtinere? Neq; enim per influxum, obtinent partes ſingula vim Attrahendi, Retinendi, Concoquendi & Expellendi: ſed inſitas à primo ortu eas poſſident.*

80. *Reſpondeo. Inſitas eſſe ſingulis partibus, quatuor Naturales facultates, ut dicitur cap. 3 lib. 2. de Natural. facult. Et nihilominus tamen τὸ ἐπιθυμητικὸν ſive Naturalem facultatem, rectè in Hepate, tamquam in fonte, conſtitui. Primùm quia Actiones quadam illius, fiunt in Hepatis ſubſtantia: nempe deſiderium rerum, ad Generationem, Auctionem & Nutritionem pertinentium, à quo irritatur Motrix facultas, ad eas perſequendas.*

Vnde

Vnde apud Poëtas dicitur de Tityo, quòd ei Vultures Hepar erodunt, eò quòd Latonæ ſtuprum inferre voluerit. lib 3. de Placit. cap.7. & lib.6.cap.9.

81. Secundò, quod eadem quatuor Nat. facultates, quæ omnibus partibus Corporis ſunt inſitæ, ex Hepate, tamquam ἐκ πηγῆς τινὸς .i. fonte quodam foveantur, conſerventur, idoneamq́; materiam ſuis Actionibus accipiant ſine qua inepta, otioſa, fruſtraneaq́; eſſent: ſiquidem πᾶσα δύναμις ἀργεῖ, ἀπορηθεῖσα τῆς οἰκείας ὕλης. i. omnis facultas otioſa inutilisq́; eſt, idonea materia ſi careat. lib 2. de Nat. fac. cap.3. h. Item 9. Meth. cap. 10. h. lib.6. de Placitis. cap.9. prætereà in eandem ſententiam inquit Galenus: ὐδὲ διαφέρει ἢ φλεβῶν ἀρχὴν τὸ ἧπαρ εἰπεῖν, ἢ τῆς ἐπιθυμητικῆς ψυχῆς. i. perinde eſt, ſive dicas Hepar eſſe Venarum principium, ſive Sanguinis: ſive Animæ Concupiſcibilis.

82. Tertiò, quòd Hepate Affecto, facultates illæ quatuor omnes pereant: veluti etiam reliquorum Principiorum Vires & Actiones. Prætereà quòd ſi quæ Vena etiam amputetur, aut Vinculo intercipiatur, quæ nutrit aliquam partem: tunc eadem illa pars, etſi non ſubitò, tamen ſucceſſu temporis, ſenſim marceſcat. Eſt ergo hic quoq́; influxus, ex Hepate per Venas, ſed obſcurior multò, quàm ille, qui ex Cerebro per Nervos, aut ex corde per Arterias influit. 6. de Placitis cap.3. g.

Digitized by Google

Diſputatio II.

De Particularibus cuiusq; facultatum animæ Viribus Functionibusq́;, quomodo item & per quæ Inſtrumenta eædem functiones edantur.

THESIS I.

OStenſum eſt ſuperiori Diſputatione, totius Humanæ Animæ, partes aut facultat. primarias eſſe tres: nempe τὸ λογιστικὸν, *quod in Cerebro reſidet.* τὸ θυμοειδὲς, *quod ſedem in Corde obtinet. Et* τὸ ἐπιθυμητικὸν, *in Hepate conſiſtens. Deinceps ergò de cuiusque eorum particularibus Actionibus, Inſtrumentis, Agendiq; modo diſſerendum.*

2. Ad vires cuiuſq; earum indagandas, vti diximus ſuperiori diſput. prop. 30. & ſequentibus, ſufficit ſi à poſteriori progredientes, aſſeramus, tot eſſe earum cuiuſq; facultates, quot ſunt Actiones.

3. Quia enim à facultate ceû cauſa, proficiſcitur Actio: eſtq; unius ad alteram Relatio: idcircò cùm Galeno pronuntiamus τοσαῦτας δυνάμεις ἔχειν τὴν ȣσίαν, ὅσας ἐνεργείας. *i. ſubſtantiam quamq; tot habere facultates, quot habet Actiones. cap. 2. libri quo docet Mores ſequi Temp. Item cap. 4. lib. 1. de Nat. facult.*

Ani-

Digitized by Google

Animalis facult.diviſio.

4. Ergò ἀπὸ τῦ λογιϛικῦ exorſi, & quas vires ac facult.habeat, indagaturi, dicimus cum Galeno lib. 7. de Plac.cap.3. τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατῳκισμένης ἀρχῆς, ἔργα καθ' ἑαυτὴν, ἡ φαντασία, μνήμη, νόησις καὶ διανόησις.i. Animæ illius, quæ in cerebro reſidet facultas, Actiones quaſdam edit per ſe, veluti Imaginationem, Memoriam, Intellectionem ſeu Ratiocinationem.

5. Ἐν δὲ τῷ πρός τι, τῆς τ' αἰσθήσεως ἡγεῖσθαι, τοῖς αἰσθανομένοις τῦ ζώου μέρεσι, καὶ κινήσεως τοῖς κινουμένοις καθ' ὁρμήν.i. Per aliud autem, præeſt ſenſui earum Animalis partium, quæ ſentiunt, & Motui earum, quæ voluntario motu cientur.

6. Ex prima ergò diviſione, & alterius membri ſubdiviſione, Triplices in vniverſum erũt τῦ λογιϛικῦ actiones. Quædam ſcilicet, quas edit per ſe, vt Imaginatio, Ratiocinatio, Memoria; quas ἡγεμονικὰς nuncupat Galenus, διὰ τὸ ἡγεῖσθαι.i. quia præſunt, ac præeſſe debeant aliјs omnibus.

7. Quædam verò, quas edit non per ſe, ſed per aliud: nempe per inſtrumenta & partes quaſdam, quæ evidenter alterantur, dum huiusmodi actiones fiunt, uti ſunt Senſus, qui fiunt per ſenſoria, & Motus, per inſtrumenta Motoria.

8. Ergò tres quoq; erunt præcipuæ, eiusdem λογιϛικῦ facultates, quas initio cap. 3 libri de ſympt differentijs vocat Αἰσθητικὰς, Κινητικὰς καὶ Ηγεμονικὰς.i. Sentientes, Motrices & Principes.

9. Ηγεμονικαὶ rurſus triplices edunt Actiones: φαντασίαν,

σίαν, μνήμην ϗ διανόησιν i. Imaginationem quâ rerum, quæ in ſenſus incidêre, ſimulachra, animo comprehendimus. Memoriam quâ recordamur eorum quæ aut ſenſu aut animo ſemel fuêre comprehenſa. Ratiocinationem qua ex notis colligimus ignota: rerum conſequentias intelligimus: verum à falſo, bonum à malo dignoſcimus.

10. Hinc ergò ſequitur, ἡγεμονικὰς δυνάμεις eſſe triplices: de quibus ait Gal. eodem cap. 3. libri de ſympt. differentiis Τὸ ἡγεμονικὸν εἰς δὲ τὸ φανταστικὸν ϗ διανοητικὸν ϗ μνημονευτικὸν διαιρεῖται. *i. Princeps animæ humanæ pars, quæ ſuas actiones per ſe edit, in imaginativam, ratiocinantem & recordantem dividitur.*

11. Diverſas verò eſſe à ſeinvicem has facultates, probavit Galen. cap. 3. libri de ſympt. differentiis, ex eo, quòd earum actiones, non ſimul omnes ſemper lædantur: ſed contingat aliquando, ut lædantur quædam, alijs manentibus illæſis: quod minimè fieri poſſet, ſi vna eſſet facultas.

12. Exemplum læſæ imaginationis, integrâ Ratiocinatione ac Memoriâ, habes capite iam citato, in Theophilo: Sicuti etiam ſolius Ratiocinationis læſæ, conſtante Memoriâ, atq; Imaginatione, exemplum habes ibid. Phreneticum, qui per feneſtras, omnem ſupellectilem vnà cùm puero abiecit. Et læſæ ſolius memoriæ exempla, ex Thucidide itidem ibidem recenſentur.

De Senſuum facultatibus & Actionibus.

13. Αἰσθητικὴ τοῦ λογιστικοῦ *facult. quintuplices edit actiones: nempe* ὁρατὰς, ϗ ὀσφρητὰς, ϗ γευστὰς, ϗ ἀκουστὰς,

ϗ

Digitized by Google

καὶ ἁπτάς. i. *Viſionem, Olfactum, Guſtationem, Auditum, & Tactum, initio cap. 3. priùs citati de ſympt. differentiis.*

14. *Itaque Quintuplex quoque eſt, ipſa facultas* Αἰσθητική: *nempe Viſiva, Olfactrix, Guſtatrix, Auditoria & Tactiva.*

15. *Facultas* Κινητική, *vnam ſimplicemq́ edit functionem, nempe* τὴν κίνησιν. *i. Motum Localem.*

16. *Diximus de Facult. atq; Actionib.* τοῦ λογιστικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς, *ex locis Galeni citatis: quibus non repugnant, quæ de iiſdem dicuntur cap 2. libri, quo docet mores ſequi temperat. itemq́ 1 Com. de iis quæ fiunt in Medicat. textu 4. aliisq́ locis. Deinceps inſtrumenta explicanda erunt, per quæ eadem Facult. ſuas edunt Actiones, & modus quo agunt, itidem enarrandus.*

17. Ἡγεμονικὰς *ipſas Actiones ergo quod attinet, & præſertim* τὴν νόησιν, ἀπὸ τοῦ Διανοητικοῦ *profectam, quam per* νοῦν *Ariſtot. intelligit: eam exiſtimavit idem Ariſt. fieri abſque ullo Inſtrumento corporeo. lib. 3. de Anima cap. 4.*

18. *Idq; propterea aſſeruit, quòd à vehementi Intelligibili, nullo modo lædatur: ſicuti ſenſus læditur à vehementi ſenſibili: Sed potiùs intellecto magno intelligibili, ad alias res intelligendas adiuuatur.*

19. *Galenus cùm ait,* τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατῳκισμένης ἀρχῆς, ἔργα τινὰ καθ' ἑαυτὴν εἶναι, τινὰ δὲ ἐν τῷ πρός τι. *i. Animam Rationalem, quæ in Capite reſidet, Actiones quaſdam edere per ſe, ut Intellectum, Memoriam, Phantaſiam: quaſdam per aliud, ut Senſus atq; Motus. 7. lib. de Plac. 3. ab initio.*

20. Item

σίαν, μνήμην ϗ διανόησιν i. Imaginationem quâ rerum, quæ in ſenſus incidêre, ſimulachra, animo comprehendimus. Memoriam quâ recordamur eorum quæ aut ſenſu aut animo ſemel fuêre comprehenſa. Ratiocinationem qua ex notis colligimus ignota: rerum conſequentias intelligimus: verum à falſo, bonum à malo dignoſcimus.

10. Hinc ergò ſequitur, ἡγεμονικὰς δυνάμεις eſſe triplices: de quibus ait Gal. eodem cap. 3. libri de ſympt. differentiis. Τὸ ἡγεμονικὸν εἰς τε τὸ φανταστικὸν ϗ διανοητικὸν ϗ μνημονευτικὸν διαιρεῖται. *i. Princeps animæ humanæ pars, quæ ſuas actiones per ſe edit, in imaginatiuam, ratiocinantem & recordantem dividitur.*

11. Diverſas verò eſſe à ſeinvicem has facultates, probavit Galen. cap. 3. libri de ſympt. differentiis, ex eo, quòd earum actiones, non ſimul omnes ſemper lædantur: ſed contingat aliquando, ut lædantur quædam, alijs manentibus illæſis: quod minimè fieri poſſet, ſi vna eſſet facultas.

12. Exemplum læſæ imaginationis, integrâ Ratiocinatione ac Memoriâ, habes capite iam citato, in Theophilo: Sicuti etiam ſolius Ratiocinationis læſæ, conſtante Memoriâ, atq; Imaginatione, exemplum habes ibid. Phreneticum, qui per feneſtras, omnem ſupellectilem vnà cum puero abiecit. Et læſæ ſolius memoriæ exempla, ex Thucidide itidem ibidem recenſentur.

De Senſuum facultatibus & Actionibus.

13. Αἰσθητικὴ τοῦ λογιστικοῦ *facult. quintuplices edit actiones: nempe* ὁρατὰς, ϗ ὀσφρητὰς, ϗ γευστὰς, ϗ ἀκουστὰς,

ϗ

καὶ ἁπτάς. i. Viſionem, Olfactum, Guſtationem, Auditum, & Tactum, initio cap. 3. priùs citati de ſympt. differentiis.

14. Itaque Quintuplex quoque eſt, ipſa facultas Αἰσθητική: nempe Viſiva, Olfactrix, Guſtatrix, Auditoria & Tactiva.

15. Facultas Κινητικὴ, vnam ſimplicemq́ edit functionem, nempe τὴν κίνησιν. i. Motum Localem.

16. Diximus de Facult. atq; Actionib. τοῦ λογιστικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς, ex locis Galeni citatis: quibus non repugnant, quæ de iisdem dicuntur cap 2. libri, quo docet mores ſequi temperat. itemq́ 1. Com. de iis quæ fiunt in Medicat. textu 4. aliisq́ locis. Deinceps inſtrumenta explicanda erunt, per quæ eadem Facult. ſuas edunt Actiones, & modus quo agunt, itidem enarrandus.

17. Ηγεμονικὰς ipſas Actiones ergo quod attinet, & præſertim τὴν νόησιν, ἀπὸ τοῦ Διανοητικοῦ profectam, quam per νοῦν Ariſtot. intelligit: eam exiſtimavit idem Ariſt. fieri abſq́ue ullo Inſtrumento corporeo. lib. 3. de Anima cap. 4.

18. Idq́ propterea aſſeruit, quòd à vehementi Intelligibili, nullo modo lædatur: ſicuti ſenſus læditur à vehementi ſenſibili: Sed potiùs intellecto magno intelligibili, ad alias res intelligendas adiuuatur.

19. Galenus cùm ait, τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατῳκισμένης ἀρχῆς, ἔργα τινὰ καθ᾽ ἑαυτὴν εἶναι, τινὰ δὲ ἐν τῷ πρός τι. i. Animam Rationalem, quæ in Capite reſidet, Actiones quaſdam edere per ſe, ut Intellectum, Memoriam, Phantaſiam: quaſdam per aliud, ut Senſus atq; Motus. 7. lib. de Plac. 3. ab initio.

20. Item

20. Item lib. 2. de Loc. Affect. cap. 9. h. Cùm ait, eiuſdem Animæ principis functiones, quaſdam eſſe proprias, ἃς δι' οὐδενὸς ἄλλου μορίου ποιεῖται, κάταπερ δι' ὀργάνου. i. quas nulla alia parte, tamquam Inſtrumento efficit; quaſdam verò non proprias, quas efficit per Inſtrumenta, veluti cùm per oculum videt, per linguam guſtat: Hîc, ut permotus Autoritate Platonis, idem ferè ſtatuit quod Ariſt.

21. Ita rurſus & his locis, & cap. 23. eius libri, quo docet Animi mores ſequi temperaturam, vehementer dubitat. Si Anima in cerebro degit, ut nos in domo habitamus, vti voluit Plato, & ſi abſque Inſtrumento Corporeo poteſt intelligere: Cur ex Affectu cerebri, in actione ſua impediatur, & nonnumquam è ſede ſuâ per mortem expellatur?

22. Lædi enim Intellectum, ex Affectu Cerebri, uti etiam Imaginationem, atque Memoriam, indicio ſunt Melancholici, Phrenetici & Læthargici. Vt enim v. g. Atra bile in Cerebro abundante, Melancholica deliria ſequuntur: ita eadem expurgata, reſtituitur Intellectus.

23. Quid igitur Medico hîc ſtatuendum? Nempe cùm Galeno, locis citatis, id quod Experientia docet, amplectendum eſt, & concedendum quòd benè affecto cerebro, rectè ratiocinentur homines, imaginentur ac recordentur: eodemque malè affecto, hæ Actiones lædantur.

24. Modum quo afficitur intellectus, ex affectu cerebri, ut fateri oportet nos ignorare. ſicuti etiam, quomodo, aut quâ cerebri alteratione, Ratiocinatio, Memoria atque Imaginatio fiant: Ita alijs debemus inquirendum permittere, cùm ad medendi uſum, ea cognitio non ſit neceſſaria.

25. Dixi-

25. *Diximus de ijs Actionib. τοῦ λογιστικοῦ, quas edit hac facultas καθ' ἑαυτὴν: nũc ad eas veniendum, quas eadem edit ἐν τῷ πρός τι, ut ſunt Motus Voluntarius, ac Senſus.*

De Motricibus Facult. & Actionibus.

26. *Motrix ipſa facultas, etſi in Cerebro etiam reſideat, Voluntarium Motũ tamen efficit, per Inſtrumenta extrà Cerebrum exiſtentia: Cuiuſmodi Immediata quidem ſunt Muſculi: Mediata verò, quæ vim ac facultatẽ Muſculis, ex Cerebro deferunt. ut Nervi & Spinalis medulla. Hinc lib. 3. de Locis Affect. cap. 6. h. inquit.* ἡ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν Νεύρων ἐν ἐγκεφάλῳ τεταγμένη προαίρεσις, ἀρχὴν κινήσεως, πρώτοις μέν τοῖς Νεύροις, δι' αὐτῶν δὲ καὶ τοῖς μυσὶν δίδωσιν. *i. Voluntas iuxtà Nervorum principium reſidens, Motus principium dat Nervis & per Nervos Muſculos movet. Item cap ultimo lib. de uſu Reſpirationis confert Voluntatem Equiti, Nervos habenis, & Muſculos equis.*

27. *Muſculum eſſe propriam Inſtrumentum Motus Voluntarij, hinc conſtat. I. Quòd nullus motus perficitur abſq; muſculo. 1. de motu muſc. cap. 1. item lib. 1. de loc. Affect. cap. 6. ff. II. Quia abſciſſo aliquo muſculo, ſemper perit aliquis motus, cap 4. eiuſdem lib. g. III. Quia Nervi ipſi per ſe molliores ſunt, quàm ut poſſint ullũ membrum transferre. 12 de uſu partiũ cap. 3. c. d. & de fœtus formatione cap. 6. b. c. præterea lib. 1. de Placitis cap. ultimo g.*

28. *Muſculos autem recipere, per Nervos & Spinalẽ Medullã, motricem vim à Cerebro: ex eo apparet, quòd nervo aliquo abſciſſo, aut vinculo intercepto, perit mo-*

tus

tus eorum muſculorum, in quos inſerebatur. 6. de Plac. cap. 3. 5.

29 Item Spinali Medulla læſa, læduntur motus partium inferiorum: Cerebro ipſo per Apoplexiam affecto, pereunt omnes motus omnium partium. lib. 3. de loc. Affect. cap. 6. 10.

30. Vt autem Inſtrumentum Motus Voluntarij proprium, genere vnum eſt, nempe Muſculus: ita rurſus in ſpecie, tot ſunt Inſtrumenta Motus, quot ſunt Muſculi.

31. Nam quia plurimis Motibus opus habemus: uni autem Muſculo unicus eſt motus: Idcircò plurimis ac propè innumerabilibus Muſculis opus fuit. lib. 1. de Motu Muſc. cap. 1. 3. 4. 5. 9.

32. Modus autem mouendi, unius idemq́; eſt omnibus Muſculis, per contractionem, quâ cõtracti, trahunt partem in quam inſeruntur, verſus ſuum principium.

De Facult. ſenſitivis, earumq; Actionibus.

33. Ad Senſus iam veniendum eſt, qui facti ſunt, cognoſcendarum Senſibilium rerum cauſa, utq; ſint omnis Scientiæ fundamenta. 1. poſt. cap. 14.

34. Idem quinq; numero ſunt, vt antè prop. 13. 14. dictum eſt. Idq; ita fieri oportuit, propter totidem genera eorum, quæ verè & per ſe ſenſibilia ſunt, quæq; primò ac per ſe cognoſci oportuit.

35. Quod ſi enim v. g. vt Calidum, Frigidum, Durũ; Molle, Aſperum, Læve, Obtuſum, Acutum, ſecans, pungens & ſimilia, de quibus agitur lib. 2. de Anima cap. 11.

per

per ſe ac propriè tactu percipiuntur: ita etiam Lucidum, Tenebroſum, Album, Nigrum, Viride, cæteriq; Colores, Odores, Sapores, Voces ac Sonitus omnes, eodem cognoſcerentur: ſolus tactus ſufficeret, ad cognoſcenda omnia ſenſibilia.

36. *Sed quia poſteriorum horum nihil tactu cognoſcitur: Idcircò opus fuit, ut pro quintuplici diverſitate Senſibilium, ſenſus quoq; totidem exiſterent, Viſus ſcilicet, Auditus, Olfactus, Guſtus, Tactus.*

37. *In his autem nobis conſiderandum. I Cuiuſmodi Senſibilia, per horum ſingulos percipiantur. II. Quænam ſint cuiuſq; horum propria Inſtrumenta III Quomodo per eadem Inſtrumenta, Senſibilia à Sentiente facultate cognoſcantur, & ſentiantur?*

38. *Quæ in Scholis Senſibilia, Obiectaq; ſenſuum dicuntur, ea Græci vocant τὰ αἰσθητὰ, eaq; duplicia faciunt: eò quòd alia ex iis per ſe atq; immediatè ſentiantur: alia ſecundariò ac per Accidens.*

39. *Quæ per ſe ſentiuntur, ea Galenus vocat aliquando κυρίως αἰσθητὰ. i. verè ac principaliter ſenſibilia. Com. 1. de iis quæ fiunt in Medic. text. 3 quandoq; καθ' αὑτὸ αἰσθητὰ. i. ſenſibilia per ſe. lib. 7. de Plac. cap. 6. uti etiam apud Ariſt. vocantur, lib. 2. de Anima cap. 6.*

40. *Eadem hæc Galen. ſuper Hipp. loco iam citato, dixit eſſe τὰ μὴ δεόμενα δυνάμεως ἑτέρας εἰς διάγνωσιν. i. quæ nullâ indigent alia facultate, ut cognoſcantur, quàm ſolo ſenſu. Ariſt. loco itidem iam citato, dixit hæc talia eſſe, περὶ ἃ μὴ ἐνδέχεται ἀποπάθῆναι. i. circa quæ ſenſus non errat.*

41. *Huiuſmodi ſunt; viſibilia quidem, Lux & Colo-*

res omnes lumine illuſtrati. Audibilia omnis generis voces ac ſonitus. Guſtabilia Sapores. Olfactu perceptibilia, Odores. Tactilia Tactiles qualitates prop 35. enumerata.

42. Eadem hæc, Ariſt loco prius citato, ſubdiviſit in ἴδια καὶ κοινὰ. i. propria & communia: & propria vocavit quæ nõ niſi vno ſenſu percipiuntur: qualia ſunt, quæ iam præcedenti propoſitione cõnumeravimus. Cõmunia ea appellavit, quæ plurib. Senſib. percipiũtur, ut Figura, Numerus, Magnitudo, Motus ac Quies Galenus Cõmunia hæc, etiam refert ad Senſibilia per accidens ut apparet, loco prius citato, ex Hipp. de ijs quæ fiũt in Medicina.

43. Per Accidens verò ſentiuntur, omnia individua ſubſtantiarum, quatenus ſcilicet ſubiecta ſunt alicuius proprij ſenſibilis, ut cùm Diaris filius dicitur eſſe viſibilis, quia Albus.

44. Et ſicuti in verè ſenſibilibus nunquam erramus, dum ſenſus integri ſunt: ita in hiſce ſæpe contingit errare. Exempl. gratia, quandoq; putas te videre uvas, quæ guſtu aliud eſſe deprehenduntur.

De ſingulorum Senſuum Inſtrumentis.

45. Sed quanám ſunt Inſtrumenta illa, per quæ propria hæc Senſibilia, ſentiuntur?

46. Reſpondeo generatim: primùm, Viſibilia Oculis cerni: Audibilia audiri Auribus: Odores per Nares ſentiri: Guſtabilia guſtari Lingua: Tactilia tangi à partibus ſimilaribus quæcunq; nervorum ſunt participes.

47. In Specie verò, partes, iam commemoratas, non omnes ſecundum ſe totas, propria eſſe horum Senſuum Inſtrumenta, apta ad propria eorum obiecta ſentienda: ſed

ſed illas tantùm earum particulas, in quibus forma rei Senſibilis exprimi poteſt.

48. Idcircò ad Tangendum apta eſſe poſſunt omnes partes ſimilares quæcunq; nervos recipiunt; quia in eorũ ſingulis, exprimi poteſt effigies Calidi, Frigidi, Duri, Mollis & reliquarum tactilium qualitatum.

49. Idipſumq; expreſſit Galenus de Tactu lib. 7. de Placitis cap. 6. his Verbis. Τὰ ἐν τοῖς ἀντιβαίνουσι σώμασιν, ὅσαπερ ἦν ἴδια τῆς οἰκείας διαφορᾶς, ἅπαντι μορίῳ νεύρων μεταλαβόντι δυνατὸν αἰσθάνεσθαι. *i. In Contingentibus Corporibus, quæcunq; Tactilium differentia continentur, ea omni parte, quæ nervorum ſit particeps, ſentiri poſſunt. Ex quo apparet error eorum, qui ex Archangelo Picolhom. aiũt ſolas membranas ſentire. Cui dogmati Experientia quoque repugnat. Nam Vulnere in parte Carnoſa facto, percipiuntur in profundo, obiecta tactilia: Cùm dolore, dolorifica: & cùm doloris mitigatione, obiecta iocunda. v. g. Aqua tepida.*

50. At Videre, Audire, Guſtare, Olfacere, nõ poſſunt omnes quia formæ Viſibilium, Audibilium, Guſtabiliũ & Odorabilium qualit: non in ijs omnibus exprimi poſſunt.

51. Vnde fit, ut neq; Oculus ſecundum ſe totum, videat: neq; Lingua guſtet: neq; Auris audiat. Sed in ſingulis partem quandam eſſe oportuit ſimilarem, in qua exprimi queat cuiusq; propriorum Obiectorum forma.

52. Similitudinem quandam ergo habere oportuit, cuiusq; ſenſus proprium Senſorium, cùm proprijs ſuis obiectis: ut ſecundum illorum naturam alterari, eorumq; formas ſuſcipere poſſet.

53. *Lumen igitur, & Colores Lumine illuſtrati, non niſi in lucido Corpore exprimuntur. Voces in Aëreo. Sapores, quia ſunt cùm humore permixti, in humido & ſucculento. Odores cùm Vapore quodam coniuncti, Vaporoſo ſenſorio excipiuntur.*

54. *Hinc fit, vt proprium Viſus ſenſorium, ſit in oculo humor cryſtallinus. Auditus, Aër ingenitus ad vltimam aurium ſedem, in concavitate temporis oſſi inſculpta, cõprehenſus. Guſtus, Linguam ambiens tunica, ut dicitur 8. de uſu partium cap. 5 b. Item 4. de Loc. Affect. cap. 2. ff. quatenus ingẽito ſucco plena eſt. Olfactus, proceſſus albicantes appellati, qui ab anterioribus Cerebri ventriculis orti, ad Colatoria oſſa deſinunt.*

55. *Senſitivam vim autem, recipiunt omnia hæc Senſoria, à Cerebro. Olfactus quidem Senſorium immediatè. Viſus Senſorium per nervos opticos. Auditorium per nervos quintæ coniugationis. Guſtatorium ex tertia quartaq; coniugatione. Tactorium per omnis generis nervos.*

56. *Atq; hæc quidem de Inſtrumentis ſenſuum, ex lib. 8. cap. 5 lib. 10. cap 1. lib. 16. cap 3. de Vſu partium. Item lib. 7. de Placit. cap 6. libro de Organo Olfactus cap 2. de locis Affect. lib. 4. cap. 2. c c. & de Auditu apud Veſaliũ lib. 1. cap. 8. lib. 7. cap. 15. aliiſq; locis deſumpta ſunt. Deinceps de modo ſentiendi agendum.*

De modo ſentiendi.

57. *Hîc verò quæritur, quomodo cuiuſq; ſenſuũ Inſtrumenta, propria obiecta ſentiant? Aut quomodo ἡ λογιστικὴ δύναμις in Cerebro conſiſtens, per huiuſmodi ſenſoria, eadem ſenſibilia cognoſcat?*

58. Re-

Digitized by Google

58. Reſpondeo, Primùm ex Ariſtotel.lib.2.de Anima cap 12.lib 3. cap 2. Τὸ Αἰσθητήριον δεκτικὸν τοῦ αἰσθητοῦ ἄνευ τῆς ὕλης ἕκαστον.i. Quodlibet Senſorium, Sentiendo ſuſcipit formam rei Senſibilis, ſine materia, atq; ita ſentit. Et ſi quæras porrò, quomodo Senſorium ſuſcipiat formam rei Senſibilis ſine Materia? Reſpondeo ex eodem cap.12. iam citato, Id fieri eo modo, ut Cera ſuſcipit formam ſigilli, absq; ferro aut Auro, quibus ſigillum eſt inſculptum.

59. Secundò ex Galeno lib. 8. de uſu partium cap. 6. e.ſ.g. Τὸ ἡγεμονικὸν in Cerebro conſiſtens, ut per nervos, ſingulis Senſoriis, vim ſenſitivā largitur: ita per eoſdem alterationes ab obiectis factas in Senſoriis percipit.

60. Eodemq; ſenſu dicit idem Galenus lib.1.de Cauſis ſympt. cap 8 Αὐτὸς ὁ ἐγκέφαλος, ἀπὸ τῆς φύσεως, αἰσθητικῶν αἰσθητικὸς ἐγένετο. Cerebrum ſentit Senſationes in Senſoriis factas, vt ante prop.50. dictum eſt, præcedenti diſputat.

61. Sed qualis eſt illa Alteratio, quæ Senſoriis accidit, ab obiectis Senſibilibus? Aut quomodo fit, eadē illa Senſoriorū Alteratio, quam inter ſentiendum, τὸ λογιστικὸν in Cerebro conſiſtens, per nervos percipit?

62. Reſpondeo. Propria cuiusq; ſenſus obiecta agunt in Senſorium proprium, alterando id ſecundum ſuam naturam, atq; hoc modo ſui effigiem, in id imprimunt, quam τὸ λογιστικὸν per nervos percipit.

63. Eadem illa Alteratio, partim fit per Contactum phyſicum appellatum. Nam v. g. manus noſtra, tangendo Calidum incaleſcit: tangendo Frigidum refrigeratur: tangendo pungens aliquod, pungitur. Lingua, guſtando

Digitized by Google

Amarum, Amara redditur, ut reliqua quoq;, quæ poſtmodum guſtat, amara videantur. Olfactus Inſtrumentum, tangendo halitum rei fœtidæ, fœtore imbuitur. Aër ingenitus itidem commovetur à voce eum feriente.

64. Partim per contactum quendam ſubtiliorem, ut in Viſu, in quo forma rei viſibilis, lumine illuſtrata, diffunditur in Aërem, & in Cryſtallinum humorem recipitur, tamquam in Speculum. lib. 7. de Placit. cap. 7. Vnde dixit Ariſt: idē, locis iam theſi 58. citatis: Τὸ ὁρῶν ἐστιν ὡς κεχρωματισμένον *.i. pars quæ immediatè videt quodammodo coloratur: nimirum Colore rerum quas videt.*

65. Scio hanc doctrinam non conſentire cùm ijs quæ ab Ariſt. lib. 2. de Anima cap. 7. & ſequentibus docentur. Is enim perſuaſus ab ijs quæ circa Viſionem fiūt, (de quâ verè dicitur, ſi res Colorata ſuper aculum ponatur, ab oculo non cernitur) exiſtimavit de omni Senſu omnibusque ſenſibilibus verè dici, quòd οὐδὲν αὐτῶν (τῶν αἰσθητῶν) ἁπτόμενον τοῦ αἰσθητηρίου, ποιεῖ τὴν αἴσθησιν *.i. Nullum ſenſibile immediatè tangens Senſorium, poſſit ab eo ſentiri. Sed ad ſentiendum neceſſe eſſe, ut Senſibile moveat* τὸ μεταξὺ *.i. Medium, & ut à Medio poſtea moveatur Senſorium ſenſumq; efficiat. v. g. Res Colorata primò movet Aërem, & per Aërem formam ſuam imprimit in Viſus Senſorium.*

66. Hoc ipſum verò, etſi & Ariſt: ipſe & Averrh. in cōmentarijs, de Viſu, Auditu Olfactúq; probabiliter explicent: De Guſtu Tactúq; tamen defendere nequiverūt. Et eò devenerunt, ut faſſi ſint, carnem immediato contactu ſentire obiecta Tactilia & Olfactilia. Nec tamen auſi ſunt dicere, eandē Carnem eſſe Senſorium Tactus: ſed

ſed tantummodo Medium inter Senſibile & Senſorium, quod ne nominare quidem potuerunt. Vt apparet 11. cap. eiusdem lib. 2 & apud Averrhoem commento 116. & ſequentibus.

67. Verius ergo dicemus cum Galeno: Τὴν αἴσθησιν τῶν αἰσθητῶν γίγνεσθαι δι' ἀλλοιώσεώς τε καὶ διαγνώσεως. *i. Sentire ſenſibilia per Alterationem Senſorij & Alterationis dignotionem. lib 7 de Placit: cap. 8. ſ. Et omnia Senſoria alterari à proprijs Obiectis ſenſibilib. immediatè. Partim per Contactũ Phyſicum vocatum, ut Tactus Guſtusq; imprimis. Partim per Contactum ſubtiliorem, quo Colorata res fiunt Viſibiles. Vi luminis diffundentis Colorum formas, ut ad oculum perveniant. Odoratæ quoq; res, percipiuntur per vaporem qui ab illarum ſubſtantia evaporat, Aëri permiſcetur & ad odorandi organum attrahitur. Vox etiam in Aërem quoquoverſum pellitur, usq; ad audiendi inſtrumentum, Idemque alterat.*

68. Et hic quidem vnus modus eſt videndi, & quidem Ariſtotelicus: qui fit ſolomodo recipiendo rei viſibilis formam. Vtrum verò etiam fiat, emittendo Spiritum Viſorium, ut in Timæo Plato cenſuit, longior eſt diſputatio, quàm ut Medico hîc ſit explicanda.

69. Hoc loco tantũ dicimus ex occaſione, Recentiorib. quibusdã Viris Doctiſſ. aſſerentibus, Nervi Optici Extremitatem, oculum intùs amplectentem (quã Retiformẽ tunicam vocant) eſſe Propriũ Viſionis Inſtrumentũ: repugnare, Primo quidẽ Ariſt dogma, quo docuit Omnem Senſationem fieri ſuſcipiendo formam rei Senſibilis in Senſorium, ut dictũ eſt ſuprà prop. 58. præcedentib. item

& ſequentibus. Quomodo enim in eam tunicam, quæ humoris mucoſi inſtar eſt, inprimi aut exprimi queat, effigies Luminis, & Colorum lumine illuſtratorum?

70. Secundò ijsdem Aſſerentibus quòd Cryſtallinus humor ſit perſpicillum eidem tunicæ Retiformi, ad percipiendas rerum viſibilium formas: Id obſtat: quòd nil perſpicillo utatur, niſi ſit Anima ipſa, aut Animal. quorum neutrum de hac tunica dici poteſt. Nam Anima ipſa per Nervos, Alterationes Senſibilium factas in Senſorijs tamquam in Speculo, apprehendit. Et Animalia ipſa vident in Speculis, ſuas, aliarumq; rerum imagines.

71. Sed quomodo poteſt Cryſtallinus humor videre: cùm non ſit Cerebro per Nervos continuatus? Id enim obijciunt. Reſpondeo: Primùm, in Humano Corpore omnia eſſe Vnita & Continuata. 1. de Natural. Facul. cap. 12 Vnde etiam illud Hipp. Σύμπνουν καὶ σύῤῥουν ἅπαν ἐστὶ τὸ σῶμα. *1. Meth. cap. 2. Quòd ſi autem, Viſibilem quæras Senſorij cùm Cerebro continuationem per Nervos: rurſus interrogo te, Vbi illam videas in Hyperſarcoſi, in quâ ſenſus eſt exactiſſimus. Item in Aëre auribus ingenito, qui eſt Auditorium Inſtrumentum?*

De Vitalibus Facultatibus & Actionibus.

72. Diximus περὶ τοῦ λογιστικοῦ, *quæ Prima ac maximè Principalis eſt, totius Animæ facultas, eiuſq; omnes particulares*

ticulares vires atq; Actiones enarravimus: deinceps ad τὸ θυμοειδὲς veniendum.

73. Hæc Facultas ἀπὸ τοῦ θυμοῦ.i.ab Iracundia nomen obtinuit,quæ Affectus illius primarius exiſtit: & Rationi ipſi attributa,tamquam auxiliarius miles Imperatori,ut dictum eſt præcedenti diſputatione prop.40.& ſequentibus.

74. Huius Actiones duplices ſunt. Quædam enim in Corde fiunt tantummodo,quædam & in Corde quidem principaliter fiunt: ſecundariò autem in omnibus partibus Corporis,evidenter apparent.

75. Prioris generis ſunt,quæ πάθη ψυχικὰ Græcis, à Latinis Affectus Animi vocantur. Cuiuſmodi recenſentur lib.2 de Cauſ.ſympt.cap.5. θυμὸς,φοβὸς, ἀγωνία, αἰδῶς,λύπη χαρὰ.i. Ira,Timor,Agonia, Verecundia,Triſtitia,Gaudium: quibus cap.3. libri de cognoſcendis Animi morbis,adnumerantur φθόνος καὶ τὸ φθάσαι πάνυ φιλεῖν ἢ μισεῖν.i.Invidia,& nimium alicuius rei odium, aut benevolentia nimia.

76. Fieri verò hos Affectus, in ipſo Corde, oſtendunt Argumenta,quibus ſuperiori diſputatione, comprobavimus,quòd τὸ θυμοειδὲς in Corde conſiſtat: & maximè pulſuum mutationes,quæ per ipſos fiunt. Vide prop.73. & ſequentes ibid.

77. Poſterioris generis ſunt Caloris, Sanguinis calidiſſimi ac Spirituoſi, & Spirituum ipſorum Vitalium generatio,quæ in Corde procreantur, & per Arterias omnibus partibus Corporis,ad eas quaſi vivificandas, diſtribuuntur.

78. Ab iiſdem verò hiſce functionibus, hanc ipſam Animæ Facultatem, quam Plato ab Iracundia, τὸ θυμοειδὲς, καὶ δύναμιν θυμοειδῆ, καὶ ψυχὴν θυμοειδῆ nuncupaverat. Medici, qui Platonis tempora ſequuti ſunt, Δύναμιν ζωτικὴν, i. Vitalem facultatem appellaverunt, ut apparet 9. Meth. cap. 10. Itemq; lib. 6. de Vſu partium cap 7.

79. Influere autem ex Corde per Arterias, talem vim in omnes cæteras partes, quâ illæ in vita cōſerventur. & ad functiones ſuas edendas, aptæ idoneæq; reddantur, hinc apparet, quòd Corde vulnerato, aut phlegmone laborante, homo mox intereat.

80. Neq; ex ullius alterius partis Affectu, interire queat homo priuſquam idem Cordi communicetur. lib. 5. de Loc. Affect. cap. 2. 3 lib. 6. de Plac. cap. 3. g.

De Naturalibus Facultatibus.

81. Supereſt τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος, id eſt, Concupiſcens Animæ pars ſeu facultas, quam Plato hoc nomine inſignivit à multitudine Cupiditatum, quibus præ duabus reliquis afficitur. Habent enim illæ quoque ſuas Cupiditates, Scientiæ, Vindictæ ſimiliumq;: ſed non tàm multas, ut Naturalis.

82. Vt autem cuiusq; præcedentium Facult. Vires ex Actionibus indagavimus: ita huius quoq; Vires itemq; Actiones, ab Operibus, quæ ex Actione relinquuntur, maximeq; incurrunt in ſenſus, inveſtigare convenit.

83. Itaq;, quia tria ſunt principalia, totius naturæ opera, circa hominem: nempe I. Σύμπαντα τοῦ σώματος

μόρια.

μόρια. II. ἡ εἰς τὸ τέλειον ἑκάστῳ μέγεθος ἀγωγή. III. ἡ μέχρι τοῦ δυνατοῦ διαμονή. *id est* Omnes Corporis partes. *Earundem iuſta magnitudo. Tertiò, ut eædem quàm diutiſſimè conſerventur.*

84. Idcircò tres ſunt quoq; Principales Naturæ Actiones: Generatio quâ partes fiunt: Auctio, quâ ad iuſtam magnitudinem perducantur: Nutritio, quâ conſervantur. Et tres item Facultates, à quibus huiuſmodi Actiones eduntur: nempe γεννητική, αὐξητική, θρεπτική, *id eſt, Genitrix, Auctrix, & Nutrix.*

(***)

SOLI DEO GLORIA.

De

78. *Ab iiſdem verò hiſce functionibus, hanc ipſam Animæ Facultatem, quam Plato ab Iracundia,* τὸ θυμοειδὲς, καὶ δύναμιν θυμοειδῆ, καὶ ψυχὴν θυμοειδῆ *nuncupaverat. Medici, qui Platonis tempora ſequuti ſunt,* Δύναμιν ζωτικὴν, *i. Vitalem facultatem appellaverunt, ut apparet 9. Meth. cap. 10. Itemq; lib. 6. de Vſu partium cap 7.*

79. *Influere autem ex Corde per Arterias, talem vim in omnes cæteras partes, quâ. illæ in vita cõſerventur. & ad functiones ſuas edendas, apta idoneaq; reddantur, hinc apparet, quòd Corde vulnerato, aut phlegmone laborante, homo mox intereat.*

80. *Neq; ex ullius alterius partis Affectu, interire queat homo priuſquam idem Cordi communicetur. lib. 5. de Loc. Affect. cap. 2. 3 lib. 6. de Plac. cap. 3. 8.*

De Naturalibus Facultatibus.

81. *Supereſt* τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος, *id eſt, Concupiſcens Animæ pars ſeu facultas, quam Plato hoc nomine inſignivit, à multitudine Cupiditatum, quibus præ duabus reliquis afficitur. Habent enim illæ quoque ſuas Cupiditates, Scientiæ, Vindictæ ſimiliumq; : ſed non tàm multas, ut Naturalis.*

82. *Vt autem cuiuſq; præcedentium Facult. Vires ex Actionibus indagavimus: ita huius quoq; Vires itemq; Actiones, ab Operibus, quæ ex Actione relinquuntur, maximeq; incurrunt in ſenſus, inveſtigare convenit.*

83. *Itaq;, quia tria ſunt principalia, totius naturæ opera, circa hominem: nempe I.* Σύμπαντα τῶ σώματος

μόρια.

μόρια. II. ἡ εἰς τὸ τέλειον ἑκάστῳ μέγεθος ἀγωγή. III. ἡ μέχρι τοῦ δυνατοῦ διαμονή. id est. Omnes Corporis partes. Earundem iuſta magnitudo. Tertiò, ut eædem quàm diutiſſimè conſerventur.

84. Idcircò tres ſunt quoq; Principales Naturæ Actiones: Generatio quâ partes fiunt: Auctio, quâ ad iuſtam magnitudinem perducantur: Nutritio, quâ conſervantur. Et tres item Facultates, à quibus huiuſmodi Actiones eduntur: nempe γεννητική, αὐξητική, θρεπτική, id eſt, Genitrix, Auctrix, & Nutrix.

(* * *)

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google

DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS, EARVMQVE Actionibus & Inſtrumentis

DISPVTATIONES BINÆ,

EX

Diexodica enarratione trium librorum Galeni, de Natur. facult. ſummatim excerptæ, Exercitij publici cauſa, ad diſputandum An. 1599. propoſitæ.

Ad Generoſiſs. Adoleſcentes, D. Stanislaum, D. Joannem, D. Zbigeum, & D. Adamũ Lypſcios à Goray fratres German.

Reſpondentibus

D. LAVRENTIO HYPERIO, Reutlingenſe, Laurentij Medicinæ Doctor. F.

D. IOHANNE HENRICHO Frölich/ Baſilienſe.

DISPV-

Digitized by Google

Diſputatio I.

De Naturalibus Facultatibus, quæ & quot in homine ſint? quas Actiones edant? per qualia agant Inſtrumenta? & quæ opera producant.

THESIS I.

Diſputatio hac de Naturalibus facultatibus, proximè ſequitur binas, quibus explicavimus priorem partem Doctrinæ, de Animæ Humanæ facultatibus & actionibus. In quarum priori, prop. 27. 45. 74. & ſequentibus oſtenſum eſt, Tres eſſe totius Animæ partes ſeù facultates: nempe τὸ λογιστικὸν in cerebro, τὸ θυμοειδὲς in Corde, & τὸ Ἐπιθυμητικὸν in Hepate collocatum.

2. Ex ijs verò poſtremam, ut Plato à multitudine cupiditatum, quibus præ reliquis abundat, Ἐπιθυμητικὸν εἶδος τῆς ψυχῆς, id eſt, Concupiſcentem Animæ ſpeciem nuncupavit: Ita Ariſt. eandem ἀπὸ τοῦ φύειν φυτικὴν, ἀπὸ τοῦ τρέφειν θρεπτικὴν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾶν γεννητικὴν, id eſt, à fiendo Vegetantem: à Nutriendo nutritivam: à generando Generatricem, appellavit. Stoici verò hanc ſimpliciter Naturam vocarunt, uti tempore Galeni, vulgò ita etiam dicebatur. lib. 1. de Nat. fac. cap. 1. lib. 6. de Placit. cap. 3. item cap. 2. libri: quod Mores ſequantur temper.

modi Actiones eduntur: nempe Γεννητική, Αὐξητική, Θρεπτική, id eſt, Generatrix, Auctrix, Nutrix.

8. Harum facultatum omnium cauſa, ad quam Medicus ſpectat, genere una quædam eſt atq; communis, nempe talis quædam Temperies cuiuſq; partis: propterea ſcilicet, quod earum unaquæq;, διὰ τὴν ἐκ τῶν τεττάρων ποιὰν κρᾶσιν, ὡδί πως ἐνεργεῖ, id eſt. propter talem quandam quatuor Elementorum Mixtionem, hanc aut illam edit Actionem. lib. 1. de Nat. facult. cap. 3. lib. 2. cap. 8. g. cap. 9. d.

9. Cui ſententiæ ut Ratio ſubſcribit, qua aſſerit unamquamq; Rem, inde obtinere vires ad agendum & patiendum unde Eſſentiam habet: ita eandem Experientia confirmat, quâ conſtat, partes tamdiû fungi ſuo munere, quamdiû retinent Nativam Temperiem: & Temperie evidenter læsâ. in Actione impediri. lib. 2. de Nat. fac. cap. 8 g & 2. Meth cap. 4. 6.

De facultate generatrice.

10. Generatricis Facultatis munus eſſe diximus, producere σύμπαντα τοῦ σώματος μόρια. Itaq; neceſſe habet, ut Idonea Materia formam convenientem inducat: ſiquidem ἐξ ὕλης καὶ δυνάμεως ἕκαστον τῶν ζώων γίνεται, id eſt, ex Materia & Effectrice vi, generatur quodlibet Animal. 2. de ſemine cap. 2.

11. Materiam fœtus Idoneam exiſtimavit Ariſt. eſſe ſolùm ſanguinem in utero muliebri contentum cui à ſemine virili, Vis ac Motus quaſi principium tantummodo

Digitized by Google

DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS, EARVMQVE Actionibus & Inſtrumentis

DISPVTATIONES BINÆ,

Ex

Diexodica enarratione trium librorum Galeni, de Natur. facult. ſummatim excerptæ, Exercitij publici cauſa, ad diſputandum An. 1599. propoſitæ.

Ad Generoſiſs. Adoleſcentes, D. Stanislaum, D. Joannem, D. Zbigeum, & D. Adamũ Lypſcios à Goray fratres German.

Reſpondentibus

D. LAVRENTIO HYPERIO, Reutlingenſe, Laurentij Medicinæ Doctor. F.

D. IOHANNE HENRICHO Frölich/ Baſilienſe.

DISPV-

Digitized by Google

Diſputatio I.

De Naturalibus Facultatibus, quæ & quot in homine ſint? quas Actiones edant? per qualia agant Inſtrumenta? & quæ opera producant.

THESIS I.

D*Iſputatio hæc de Naturalibus facultatibus, proximè ſequitur binas, quibus explicavimus priorem partem Doctrinæ, de Animæ Humanæ facultatibus & actionibus: In quarum priori, prop. 27. 45. 74. & ſequentibus oſtenſum eſt, Tres eſſe totius Animæ partes ſeù facultates: nempe τὸ λογιστικὸν in cerebro, τὸ θυμοειδὲς in Corde, & τὸ Ἐπιθυμητικὸν in Hepate collocatum.*

2. *Ex iis verò poſtremam, ut Plato à multitudine cupiditatum, quibus præ reliquis abundat, Ἐπιθυμητικὸν εἶδος τῆς ψυχῆς, id eſt, Concupiſcentem Animæ ſpeciem nuncupavit: Ita Ariſt. eandem ἀπὸ τοῦ φύειν φυτικὴν, ἀπὸ τοῦ τρέφειν θρεπτικὴν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾶν γεννητικὴν, id eſt, à fiendo Vegetantem: à Nutriendo nutritivam: à generando Generatricem, appellavit. Stoici verò hanc ſimpliciter Naturam vocarunt, uti tempore Galeni, vulgò ita etiam dicebatur. lib. 1. de Nat. fac. cap. 1. lib. 6. de Placit. cap. 3. item cap. 2. libri: quod Mores ſequantur temper.*

3. De

DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS, EARVMQVE Actionibus & Inſtrumentis

DISPVTATIONES BINÆ,

Ex

Diexodica enarratione trium librorum Galeni, de Natur. facult. ſummatim excerptæ, Exercitij publici cauſa, ad diſputandum An. 1599. propoſitæ.

Ad Generoſiſs. Adoleſcentes, D. Stanislaum, D. Joannem, D. Zbigeum, & D. Adamũ Lypſcios à Goray fratres German.

Reſpondentibus

D. LAVRENTIO HYPERIO, Reutlingenſe, Laurentij Medicinæ Doctor. F.

D. IOHANNE HENRICHO Frölich/ Baſilienſe.

DISPV-

Diſputatio I.

De Naturalibus Facultatibus, quæ & quot in homine ſint? quas Actiones edant? per qualia agant Inſtrumenta? & quæ opera producant.

THESIS I.

DIſputatio hæc de Naturalibus facultatibus, proximè ſequitur binas, quibus explicavimus priorem partem Doctrinæ, de Animæ Humanæ facultatibus & actionibus: In quarum priori, prop. 27. 45. 74. & ſequentibus oſtenſum eſt, Tres eſſe totius Animæ partes ſeù facultates: nempe τὸ λογιστικὸν in cerebro, τὸ θυμοειδὲς in Corde, & τὸ Ἐπιθυμητικὸν in Hepate collocatum.

2. Ex iis verò poſtremam, ut Plato à multitudine cupiditatum, quibus præ reliquis abundat, Ἐπιθυμητικὸν εἶδος τῆς ψυχῆς, id eſt, Concupiſcentem Animæ ſpeciem nuncupavit: Ita Ariſt. eandem ἀπὸ τοῦ φύειν φυτικὴν, ἀπὸ τοῦ τρέφειν θρεπτικὴν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾷν γεννητικὴν, id eſt, à fiendo Vegetantem: à Nutriendo nutritivam: à generando Generatricem, appellavit. Stoici verò hanc ſimpliciter Naturam vocarunt, uti tempore Galeni, vulgò ita etiam dicebatur. lib. 1. de Nat. fac. cap. 1. lib. 6. de Placit. cap. 3. item cap. 2. libri: quod Mores ſequantur temper.

3. De eâdem ſcripti ſunt à Galeno, libri tres de Naturalibus facult. nuncupati: quorum ſumma capita hîc comprehenſuri: oſtendemus, quot ſint particulares eius Vires Actiones atq; Opera? Quomodo item & per quæ Inſtrumenta, eædem vires Actiones edant, atq; operentur. lib. 1. cap. 2. de Nat. facult.

4. Vt autem τῆς λογιστικῆς καὶ θυμοειδοῦς vires, ſuperioribus diſputationibus ex cuiusq; eorum Actionibus inveſtigare ſumus conati: Ita Vires ſimul atq; Actiones præcipuas τῆς ἐπιθυμητικῆς (quod deinceps Naturam & Naturalem facultatem appellabimus) ex operibus ipſis, per Actiones productis exorſi, conabimur invenire.

5. Idq; cùm ob eam cauſam faciemus, quòd opera proximè in ſenſus cadant: tùm quia ἑκάστων τῶν ἔργων, ὑπὸ τινὸς ἐνεργείας γίνεσθαι, ἐκ τούτων ἑκάστης προηγεῖται τὶς αἰτία, id eſt, Quodlibet opus producitur ab Actione quâpiam: quam neceſſariò præcedit cauſa aliqua, nempe facultas, à qua Actio prodiens, opus efficit. cap. 4. lib. 1. de Nat. fac.

6. Itaq; quia tria ſunt Principalia totius Naturæ opera circa Hominem: Primò, Σύμπαντα τοῦ σώματος μόρια. Secundò, ἡ εἰς τέλειον ἑκάστῳ μέγεθος ἀγωγή. Tertiò, ἡ μέχρι τοῦ δυνατοῦ διαμονή. id eſt, Primò, ut omnes partes formentur. Secundò ut ſingulæ ad iuſtam magnitudinem perducantur. Tertiò, ut quàm diutiſſ. conſerventur. cap. 4. & 5. eiuſdem libri.

7. Idcirco tres quoq; ſunt Principales Naturæ Actiones: Generatio quâ partes fiunt. Auctio, quâ ad iuſtam magnitudinem producuntur. Nutritio quâ conſervantur. Et tres itidem Facultates, à quibus huiuſ-

modi

modi Actiones eduntur: nempe Γεννητική, Αὐξητική, Θρεπτική, id eſt, Generatrix, Auctrix, Nutrix.

8. Harum facultatum omnium cauſa, ad quam Medicus ſpectat, genere una quadam eſt atq; communis, nempe talis quadam Temperies cuiuſq; partis: propterea ſcilicet, quod earum unaquaq;, διὰ τὴν ἐκ τῶν τεττάρων ποιὰν κρᾶσιν, ὡδί πως ἐνεργεῖ, id eſt, propter talem quandam quatuor Elementorum Mixtionem, hanc aut illam edit Actionem. lib. 1. de Nat. facult. cap. 3. lib. 2. cap. 8. g. cap. 9. d.

9. Cui ſententia ut Ratio ſubſcribit, qua aſſerit unamquamq; Rem, inde obtinere vires ad agendum & patiendum unde Eſſentiam habet: ita eandem Experientia confirmat, quâ conſtat, partes tamdiû fungi ſuo munere, quamdiû retinent Nativam Temperiem: & Temperie evidenter læsâ, in Actione impediri. lib. 2. de Nat. fac. cap. 8 g & 2. Meth cap. 4. 6.

De facultate generatrice.

10. Generatricis Facultatis munus eſſe diximus, producere σύμπαντα τοῦ σώματος μόρια. Itaq; neceſſe habet, ut Idonea Materia formam convenientem inducat: ſiquidem ἐξ ὕλης καὶ δυνάμεως ἕκαστον τῶν ζώων γίνεται, id eſt, ex Materia & Effectrice vi, generatur quodlibet Animal. 2. de ſemine cap. 2.

11. Materiam fœtus Idoneam exiſtimavit Ariſt. eſſe ſolùm ſanguinem in utero muliebri contentum cui à ſemine virili, Vis ac Motus quaſi principium tantummodo

modi Actiones eduntur : nempe Γεννητικὴ, Αὐξητικὴ, Θρεπτικὴ, id eſt, Generatrix, Auctrix, Nutrix.

8. Harum facultatum omnium cauſa, ad quam Medicus ſpectat, genere una quædam eſt atq; communis, nempe talis quædam Temperies cuiuſq; partis: propterea ſcilicet, quod earum unaquæq;, διὰ τὴν ἐκ τῶν τεττάρων ποιὰν κρᾶσιν, ὡδί πως ἐνεργεῖ, id eſt. propter talem quandam quatuor Elementorum Mixtionem, hanc aut illam edit Actionem. lib.1. de Nat. facult. cap.3. lib.2. cap.8. g. cap.9. d.

9. Cui ſententiæ ut Ratio ſubſcribit, quæ aſſerit unamquamq; Rem, inde obtinere vires ad agendum & patiendum unde Eſſentiam habet: ita eandem Experientia confirmat, quâ conſtat, partes tamdiù fungi ſuo munere, quamdiù retinent Nativam Temperiem: & Temperie evidenter læsâ. in Actione impediri. lib. 2. de Nat. fac. cap. 8 g. & 2. Meth cap. 4. 6.

De facultate generatrice.

10. Generatricis Facultatis munus eſſe diximus, producere σύμπαντα τοῦ σώματος μόρια. Itaq; neceſſe habet, ut Idonea Materiæ formam convenientem inducat: ſiquidem ἐξ ὕλης καὶ δυνάμεως ἕκαστον τῶν ζώων γίνεται, id eſt, ex Materia & Effectrice vi, generatur quodlibet Animal. 2. de ſemine cap. 2.

11. Materiam fœtus Idoneam exiſtimavit Ariſt. eſſe ſolùm ſanguinem in utero muliebri contentum cui à ſemine virili, Vis ac Motus quaſi principium tantummodo

modo afferatur:perinde ut coagulum, Lacti coagulationis cauſam affert.

12. Et ſicuti coagulum efficit quidem ut lac coaguletur, non tamen ipſum fit pars caſei: ita Semen ſanguini vim generatricem imprimere cenſuit: poſtea exire ex utero, diffluere, nec materiam ullius partis fieri, aut formari ex illius ſubſtantiâ quicquam. lib. 2. de Generat. Animal. cap. 2. 3. lib. 1. eiuſdem operis cap. 16. lib. 5. de Hiſt. Animal. cap. 8.

13. Galenus è contrà, triplici obſervatione demonſtravit, non ſanguinem ſolùm Muliebrem, ſed inſuper Seminis quoq; ſubſtãtiam, eſſe fœtus Materiam, I. Quia Fœmina quoties ſemen retinet, toties concipit. II. Quoties concipit, toties retinet ſemen. III. Quoties ſemen reÿcit, toties non concipit. Idq; non in homine tantùm, ſed etiam in cæteris, quæ ſemen habent, Animalibus apparere. 1. de ſem. cap. 2.

14. Cui Experientiæ ſuffragatur ſubſtantia partium ſpermaticarum alba ac ſimilis ſemini, quam proinde, ex alba lentaq; Materia formari oportuit. Præterea quòd deperdita pars ſpermatica, non reſtitui poſſit; cùm partes ſanguineæ facilè reſtituantur. 1. de ſem. cap. 5. 11.

15. Averrhois Argumenta pro Ariſtot: lib. 2. colliget, cap. 10. omnia ſunt fabuloſa, præſertimq; ea quæ de Balneo Iavelli illic adducuntur, & quæ Cæſalpinus pro eodem affert lib. 5. quæſt. peripat. 2. etiam nihil valent.

16. Concludimus ergo cùm Galeno locis iam citatis, uti ex cap. 6. lib. 1. de Nat. f. item cùm Hipp. in libro de Natura pueri: Materiam idoneam pro formando fœtu Humano, eſſe Semen utriusq; parentis, in uterum muliebrem

Digitized by Google

liebrem ſuſceptum, unà cùm ſanguine Materno, quem Semen utrumq; ad ſe trahit, per venas ad uterum pertingentes.

17. Vnde verò Semen producatur, magna fuit apud Veteres contentio, quam Ariſt. lib. 1. de generat. Animal. cap 17. 18. decidit. Nos cùm eodem Ariſt. & imprimis cũ Galeno pronuntiamus, qui cùm alibi, tùm lib. 2. de ſemine, c. 5. ita loquitur: ἡμῖν ὁμολόγημα τοῦτο κοινὸν πρὸς Ἀριστοτέλη καὶ Ἀθήναιον, ἐκ τοῦ αἵματος πέψεως, τὴν γένεσιν αὐτῷ τιθεμένοις, οὐκ ἐκ τῆς ἁπάντων τοῦ σώματος μορίων ἀποτήξεως *id eſt, nobis cùm Ariſt. & Athenæo convenit in eo, quòd ij aſſerunt, Semen generari ex ſanguine, in vaſis ſeminalibus concocto, non ex omnibus partibus corporis, deduci. Idipſum adhuc evidentius explicat lib. 1. de ſemine cap. 12.*

18. Egimus de Materia. Vbi autem conſiſtit Vis Effectrix, quæ Materiæ formam inducit? Reſpondeo in ipſa Materia. Ita tamen, ut τὸ σπέρμα τὴν ποιητικὴν ἰσχυροτάτην, ὀλίγῳ δὲ ὄγκῳ τὴν ὑλικήν. Τὸ δὲ αἷμα τὴν μὲν ὑλικὴν πλείστην, ἀσθενεστάτην δὲ δύναμιν, *id eſt, Semen Effectricem vim habeat maximam, cùm exigua materiæ quantitate. Sanguis maternus magnam Materiæ partem, cùm exiguâ vi effectrice ſuppeditet. Vt lib. 2. de ſem. cap. 2. ex ſimilit: quam habent liberi cùm parentibus, demonſtratur.*

19. Hæc facultas, ut ἀπὸ τοῦ γεννᾶν, *id eſt, à generando* Γεννητική, *Generatrix rectè dicitur, ab opere univerſo quod producit. 6. de Plac. cap. 3. ita rurſus à particularibus operibus, quæ univerſali producendo conferunt, in binas principales differentias diſtribuitur, nempe* ἀλλοιωτικὴν

ωτικὴν καὶ διαπλαστικὴν, id eſt, Alteratricem & Formatricem: lib.1. de Nat. f. cap. 5. & 6.

20. Nam ut Materiæ, forma Hominis inducatur, neceſſe omninò fuerit, Primò quidem eandem Materiam alterari & converti in ſubſtantiam partium Similariū: Ita quidem ut eius aliqua pars fiat Os, alia Caro, alia Nervus, alia Cartilago, & aliæ deniq; eiuſdem portiones, in aliarum partium Similarium ſubſtantiam convertantur. ibidem.

21. Quæ ſubiectæ Materiæ, in ſubſtantiam partium ſimilarium converſio, ut Ἀλλοιωτικῇ δυνάμει, ceu unâ τῆς γεννητικῆς ſpecie perficitur: Ita rurſus eadem hæc Ἀλλοιωτικὴ δύναμις ſub ſe alias ſpecies continet, totidem, quot ſunt ſimilarium partium differentiæ. Nam ex eiuſdem Ἀλλοιωτικῆς ſpeciebus, ea quæ Os efficit, Ὀστοποιητικὴ. Quæ Nervum facit, Νευροποιητικὴ. Quæ Cartilaginem gignit, χονδροποιητικὴ dici poteſt. Idemq; de cæteris iudicandum. ibidem.

22. Inſtrumentis verò utuntur ad agendum, genere iiſdem omnes: nempe vi θερμαντικῇ τε καὶ ψυκτικῇ καὶ ὑγραντικῇ καὶ ξηραντικῇ, id eſt, Calefactoria, Refrigeratoria, Humectatoria, Siccatoria: nempe quia talis quædā temperies, cauſa eſt omnium Actionum. ibidem.

23. Vbi Subiecta materia, τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως Actione, in Similarium partium ſubſtantiam eſt converſa: tunc verò oportet, unamquamq; partem Similarem, ex ſubiectæ materiæ alteratione ortam, per facult. Διαπλαστικὴν rectè conformari, ut idonea ſit, ad cuiusq; Inſtrumenti bonam conformationem, Vſumq; convenientem. Nimirū quia aliud eſt, eſſe Os, & aliud, eſſe Os ſphæri-

Digitized by Google

ſpæricum ut in cranio: aut os rectum ut in tibia, aut os ſemicirculare, ut in coſtis: idemq́; de alijs iudicandum. ibidem.

24. Quanta verò ſit induſtria, eiuſdem huius Διαπλαστικῆς δυνάμεως *ſive Artificis qui ea utitur, apparet ex eo, quòd omnia Inſtrumenta, ad uſus Actionesq́; edendas, quàm optimè ſint conformata, nihilq́; fruſtra ſit factum. Vt dicitur & hîc cap. 6. lib. 1. de Nat. facult. item cap. 6. libri de fœtus formatione d. & ubiq́; in libris de uſu partium. Præſertim lib. 3. cap. 10. c. c. lib. 4. cap. 14. circa finem lib. 11. cap. 14. h. a. lib. 15. cap. 1. ſub finem. lib. 17. cap. 1. toto: quòd mores ſequantur temperat. cap. 11. a.*

De facultate Auctrice.

25. Partes Corporis noſtri primum minimæ generantur. Idq́; eis accidit cùm ob exiguam ſubiectæ materiæ quantitatem: tùm loci, in quo formantur, anguſtiam. Itaq; augeri & creſcere eas, ad iuſtamq́; magnitudinē perduci oportet, ut poſſint eum Vſum præbere homini, cuius gratia ſunt facta.

26. Hæc ipſa omnium partium iuſta Magnitudo, ut diverſum quiddam eſt ab earum generatione, ita à diverſa Naturæ functione, diverſaq́; facultate producitur. Vocaturq́; ipſa quidem functio Αὔξησις, *id eſt, Auctio. Facultas verò* Αὐξητικὴ δύναμις, *id eſt, facultas Auctrix. cap. 7. lib. 1. de Nat. f.*

27. Huius proprium munus eſt εἰς πᾶν μέρος ἐκτεῖναι τὰ πεφυκότα, *id eſt, partes ſimilares omnes, in omnem partem, quoquoverſus, ſecundum tres dimenſiones extendere, maioresq́; omnes efficere. ibidem.*

28. Non igitur ſolâ diſtenſione utitur Natura hîc, ſed ſimul etiam nutrimento accedente, reficit ea quæ extenduntur, ut in omnem dimenſionem extenſæ partes, nihilominus maneant συνεχεῖς καὶ ἀδιάσπαστοι, id eſt, continuæ & absq; ullâ divulſione. ibid.

29. Solaq; Natura, Auctrice hac facultate, ita novit diſtendere Corpora quoquoverſum, nutrimentoq; reficere, ut verè fiant maiora. Quæ enim nos in longum aut latum diſtendimus, tantò fiunt tenuiora, quantò magis tenduntur. Vt veſicæ (quæ flatu à pueris diſtenduntur) exemplo, Galenus docuit. Et ſi quid, in omnes tres dimenſiones ſimul extendere coneris: eius partes neceſſariò divellentur. ibidem.

30. Vtitur ergò hac Auctrix facultas in agendo τῇ θρεπτικῇ seu famula. Vtq; ipſa Principatum obtinet, ἐν τῷ μετὰ τὴν ἀποκύησιν χρόνῳ παντί, μέχρι τῆς ἀκμῆς, id eſt, tempore quo formatus eſt infans, uſq; ad vigorem ætatis: Ita viciſſim, dum partes formantur, Generatrici inſervit, ipſa ſimul atq; Nutrix, materiam ſcilicet augendo: & proinde tunc ambæ dicuntur ὑπηρέτιδες τῆς γενέσεως, id eſt, ancillæ Generatricis, ibidem.

31. Poſtquam autem ad iuſtam magnitudinem partes pervenerunt, neq; ob ſiccitatem oſſa ampliùs diſtendi poſſunt: ceſſat ab opere Auctrix facultas & Nutrici principatum relinquit: nempe quia πᾶσα δύναμις ἀργεῖ, ἀποροῦσα τῆς οἰκείας ὕλης, id eſt, omnis facultas quieſcit, quando non habet quod agat. 2. de Nat. fac. cap. 3. b. item, 1. de tuenda ſanit. cap. 2.

32. Ariſt. lib. 1. de ortu & interitu cap. 3. tribus illis conditionibus, quas in omni vera nutritione requirit,

Digitized by Google

quàm breviſſimè idem ferè innuit, quod nos ex Galeno iam diximus.

33. *Conditiones illæ ſunt.* I. Τὸ ὁτιοῦν μέρος μεῖζον γίγνεσθαι, τοῦ αὐξανομένου μεγέθους. II Καὶ προσιόντος τινός. III. Καὶ σωζομένου τοῦ αὐξανομένου καὶ ὑπομένοντος, *id eſt, Primùm in vera Auctione requiritur, ut omnes partes augeantur. Secundò, ut Auctio fiat accedente aliquo extrinſecùs. Tertiò, ut quod augetur, non intereat, ſed conſervetur.*

34. *Hæc de Auctrice facult. eiuſq; functione & opere, Medico ſufficiunt, nam quæſtiones illæ multiplices, quas tractant Scholaſtici, de tribus his Ariſtotelicis conditionibus & præſertim de ultima: Quomodo id quod augetur, unum numero permaneat? Vt vides cùm apud alios, tùm apud Zabarellam in libro de accretione, ea* προσωτέρω ἢ ὁκόσον εἰς ἰατρικὴν ἀφήκει, *id eſt, ulteriùs deducunt Medicum, quàm uſus medendi requirat, ut ait Hipp. 1. de Nat. hominis text. 1.*

De Nutritione.

35. *Proprium Nutritionis opus eſt, omnium partium Corporis,* μέχρι τοῦ δυνατοῦ διαμονή, *id eſt, Conſervatio, quoad fieri poteſt diutiſſimè. 1. de Nat. fac. cap 5. Idipſum verò quia perficitur, alimentum aſſimilando partibus quæ nutriuntur, Idcircò contingit eam, unà cum Auctrice fieri etiam miniſtram Generatricis: & poſtea ſolam ipſius Auctricis, ut dictum eſt ſuprà prop. 25. 29. & ſequentibus.*

36. *Nam* τοῦ ἐπιῤῥέοντος ἐν εἴδει τροφῆς, παντὶ μορίῳ

τοῦ τρεφομένου σώματος προσπλαττομένου, θρέψις ἡ ἐνέργεια, θρεπτικὴ δὲ δύναμις ἡ αἰτία, id eſt, Cùm id quod Alimenti ſpecie ſingulis partibus affluit iis fuerit conformatum, in earumq́ ſubſtantiam converſum, tunc ea Actio eſt Nutritio. cauſa verò quæ illam efficit, eſt nutrix facultas cap. 8. lib. 1. de Nat. fac. Vel ut cap. 11. eiusdem libri dicitur Nutritio eſt Ὁμοίωσις τοῦ τρέφοντος τῷ τρεφομένῳ, id eſt, Aſsimilatio alimenti iis quæ nutriuntur.

37. Ea verò indigent Animalia, & Homo imprimis. Primū ut ab initio ſit miniſtra Generationis & Auctionis, ut dictum eſt prop. 25 28. 29. Secundò ut ab initio vitæ, ad finem usq́, id quod de ſubſtantia ſingularum partium ſubinde diffluit, per eam compenſetur & reſtituatur: quod niſi fieret, mox interire eas oporteret 1. de tuenda ſanit. cap. 2 lib. 2. de Nat. fac. cap. 3. f.

Varia Inſtrumenta variasq́; Actiones ad Nutritionem requiri.

38. Quia verò Nutritionis ſcopus eſt ἐξομοιοῦσθαι καὶ προσπλάττεσθαι τὴν τροφὴν τῷ τρεφομένῳ, id eſt, Nutrimentum in ſubſtantiam partium nutriendarum convertere: Ὁμοιοῦσθαι δὲ καὶ εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν, id eſt, Vt autem quippiam aſsimiletur & in ſubſtantiam alterius convertatur, Impoſsibile eſt: niſi id quod in alterius ſubſtantiam converti debeat, ſenſim atq́ gradatim immutetur eò usq́, donec habeat cognationem cùm eo, in cuius ſubſtantiam eſt convertendum.

39. Idcircò plurimū Inſtrumentū ad perficiendā Nutritionem opus fuit: & pluribus eorundem facult. & Actionibus. Idq́ tantò magis, quantò maior eſt, cùm alimentorum quæ immutari debent, tùm partium Corpo-

ris,

Digitized by Google

ris, in quarum ſubſtantiam, ea converti oportet, diverſitas. lib.1.cap.10.de Nat.fac. & lib.5 de Vſu partium c.14.

40. Nam primum ex eorum numero, quædam talia eſſe oportuit, quæ ἀλλοιοῦντα προσπαρασκευάζει τὴν ἐπιτήδειον ἑκάστῳ μορίῳ τροφὴν, id eſt, Alterando concoquendoq; præparent cuiq; parti Idoneum Alimentum: quod fit partim Prima concoctione, in Ore, Ventriculo, Inteſtinis. Partim Secunda in Venis Meſaraicis, Hepate cæterisq; Venis. Partim Tertia, in univerſo Corporis habitu, ac ſingulis eius partibus. ibid.

41. Secundò neceſſaria fuerunt alia quædam Inſtrumēta, Actiones & Facultates, τοῖς περιττώμασι τῆς τροφῆς ἀνακείμενα. i. Excrementis Alimenti deſtinata: ſiquidē ex omni concoctione excrementa ſequuntur.

42 Eadēq; hæc rurſum quadruplicia ſunt, eò quod ex ijs, τὰ μὲν διακρίνει τὰ περιττώματα, τὰ δὲ παραπέμπει, τὰ δὲ ὑποδέχεται, τὰ δὲ ἐκκρίνει, i. Aliqua ſeparant Excremēta à bonis ſuccis, ut veſica fellis, Lien, Renes & ſimilia inſtrumenta. Alia tranſmittunt eadem in Receptacula quædam, ut ureteres, meatus cholidochi, ſuperiora inteſtina, & quæ hiſce ſunt ſimilia. Alia tranſmiſſa Excrementa colligunt & ſuſcipiunt, uti veſica utraq; & Colū inteſtinū. Quædam deniq; ex Receptaculis eadē Excrementa extra Corpus deducūt, ut inteſtinum Rectum, fiſtula urinaria, & quæ ſimiles ſunt partes. ibid.

43. Tertiò oportuit etiam quædam dari inſtrumenta, quæ viribus Actionibusq; ſuis, eſſent veluti ὁδοὶ τῆς παντὶ φορᾶς τῶν χρηστῶν χυμῶν. i. viæ quædam deducentes bonos ſuccos, in omnes totius corporis partes, cuiuſmodi ſunt venæ & Arteriæ. ibid.

De Inſtrumentis & actionibus Nutritionem immediatè perficientibus.

44. Multiplicia autem huiuſmodi Inſtrumenta omnia, itemq; eorundem Actiones & Facultates, ad duplex in univerſum genus reducuntur. Nam eorum alia ſunt ἐγγυς τοῦ τέλους, id eſt, fini atq; operi proxima, quæ immediatè quaſi Nutritionem abſolvunt. Quædam hæc eadem præcedunt, iiſdemq; ſubordinata quaſi ſubminiſtrant. cap. 10. lib. 1. de Nat. fac.

45 Prioris generis Inſtrumenta ſunt, omnes partes ſimilares totius Corporis, quarum ſingulis ineſt facultas, ut Idoneum Alimentum ſibimet apponere, agglutinare, & in ſuam ſubſtantiam convertere queant. ibid. & cap. 11. eiuſdem libri.

46. Id ipſum ergò efficiunt triplici Actione, nempe per πρόσθεσιν, πρόσφυσιν καὶ Ομοίωσιν, id eſt, Appoſitionē, Agglutinationem & Aßimilationem. Neceſſe eſt enim primò per πρόσθεσιν imbui partem quamlibet, eo humore, qui ex Venarum extremitatibus excidit. Secundò, ut idem humor, quo imbutæ ſunt, per πρόσφυσιν adhæreat, ut non diffluat. Tertiò, ut per Ομοίωσιν ſimilis efficiatur ſubſtantiæ partiū, & in eam cōvertatur. ibid.

47. Diverſas planè à ſeinvicem eſſe has Actiones, & proinde etiam Facultates ipſas, à quibus dimanant, probavit eodem jam citato loco Galenus, ex eo, quod earū quædam læduntur atq; abolentur, aliis illæſis. In Anaſarca enim, neq; πρόσφυσις fit, neq; Ομοίωσις: cùm tamen πρόσθεσις ſit integra. In Alba vitiligine fit πρόσθεσις ſimul atq; πρόσφυσις, ſed non Ομοίωσις.

Digitized by Google

48. *Materiam, circa quam tres hæ Actiones occupantur, vocavit Hipp.* Τροφὴν, *i. alimentum, eiusq; initio libri de Alimento, tres fecit differentias, quas his verbis expreſsit.* Τροφὴ δὲ, τὸ τρέφον τοῦτο τροφὴ, καὶ τὸ οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον τρέφειν *i. Nutrimentum propriiſsimè quidem dicitur id, quod jam nutrit. Secundò quod veluti nutrit. Tertiò quod futurum eſt ut nutriat.*

49. *Quas Alimenti differentias Gal. cap. 11. lib. 1. de N. f. jam citato ita interpretatur, ut per primam intelligendum eſſe cenſeat, id quod* ὁμοιῶσει *iam ſubiicitur. Per ſecundam, quod* προστίθεται καὶ προσφύεται. *Per tertiam, id quod eſt in Venis ipſoq; Ventre, uti etiam quæ extra corpus exiſtunt Alimenta.*

50. *Arabes eandem Materiã quæ* προσθέσει, προσφύσει καὶ ὁμοιώσει *ſubiicitur, per humores ſecundarios expreſſerunt, de quibus egit Avicen. lib. 1. fen. 1. doctr. 4. cap. 1. Eorum primus eſt, qui è Venarum extremitatibus excidens,* προστίθεται, *vocaturq; à Recentioribus Innominatus. Secundus Ros. eſtq; is qui iam agglutinatur. Tertius Cambium, qui iam aſsimilatur. Quartus humor Radicalis.*

51. *Doctrinam verò de hiſce quatuor humoribus ſecundariis ſumpſiſſe putantur Arabes, ex iis quæ à Galeno 7. Meth. cap. 6. 7. dicuntur, de quatuor ſiccitatibus ad tabem perducentibus. Earum enim prima, eſt vltimo humori ſecundario contraria. Secunda tertio. Tertia ſecundo. Quarta primo.*

52. *Nam prima maximéq; abſoluta ſiccitas, dicitur illic conſiſtere,* ἐν τῷ, τὰς τῶν στερεὰς οὐσίας ὁμοιομερῶν σωμάτων γεγονέναι ξηρότερα. *i. quòd ſolida partium ſimi-*

Digitized by Google

larium ſubſtantia, abſumpto humore radicali, facta ſit ſiccior.

53. Secunda mitior, τῆς, ἐκ τῆς ὑγροπαγοῦς οὐσίας, συνεστώτων, ἐκτακέντων, *i. qua abſumuntur partes ex concreto quaſi humore conſtantes, Carnes, & pinguedo. Tertia adhuc mitior,* τῆς οἰκείας ὑγρότητος, ἐξ ἧς τρέφεται τὰ μόρια ἀπολλυμένης, *i. quando humor Roris modo per partes diſperſus, quo nutriri debebant, abſumptus eſt. Quarta adhuc levior* κατὰ τὴν τοῦ αἵματος ἔνδειαν, *i. ob ſanguinis inopiam, in extremitatib. Venarum exiſtentem.*

De Inſtrumentis & facult. Actionibusq; præcedentibus has Immediatas: quæque illis ſubordinata ſunt.

54. Et hæc quidem de Inſtrumentis, quibus Immediatè quaſi abſoluitur Nutritio: uti & de eorundem Facultatibus, Actionibus & Materia, circà quam occupatur. Sequitur ut de ijs agamus, quæ hæc præcedunt, hiſq; ſubordinata ſubminiſtrant.

55. Eorum verò omnium ſcopus eſt, per Venas & Arterias, omnibus & ſingulis partibus corporis, bonum ſanguinem ſuppeditare, ut de eo, per earundem extremitates ijs apponi idoneum Alimentum queat, itemq; agglutinari, & aſſimilari.

56. Ad id præſtandum, Materia ſimul atq; Efficientibus cauſis opus eſt. Materia ex cibis ac potionibus deſumitur. Efficientium cauſarum munere funguntur Inſtrumenta, eorumq; Facultates atq; Actiones,

57. In-

57. *Inſtrumenta, quibus Natura ad hoc opus perficiendum utitur, ſunt Os, Oeſophagus, Ventriculus, Inteſtina, Venæ meſaraicæ, Hepar, Veſica fellis, Lien, ac Venæ reliquæ omnes.*

58. *Vires verò inſunt his Inſtrumentis, quibus eduntur Actiones hæ. Maſticatio, Deglutitio, eius quod deglutitum eſt, Retentio in Ventriculo, Alteratio, eius quod Alteratum eſt, expulſio, ordinariè quidem deorſum per pylorum, quandoq; etiam ſurſum per Vomitum. In ijs quæ deorſum ex ventriculo protruſa ſunt, ſeparatio utilis Alimenti à fæcibus, fæcium excretio, Vtilis Chyli ad Hepar traductio, ſanguinis ex Chylo in Hepate generatio, Bilis flavæ deterioris in Veſicam fellis, Melancholiæ in Lienem, & Seroſi humoris per Renes expurgatio, Sanguinis expurgati in omnes partes Corporis diſtributio.*

Quomodo multiplices variorum Inſtrumentorum Facultates & Actiones, Natura ad quatuor capita reduxerit?

59. *Huiusmodi Naturales Actiones omnes autem, vti & eas per quas prop. 44. & ſequentibus, docuimus Nutritionem immediatè abſolvi: præterea etiam concipere, parere, corpus excrementis purgare, & alias in Vniverſum omnes, Natura, quæ induſtria eſt, & omnia meliori modo agit, Quatuor primarijs Faculatibus earundemq; Actionibus perficit. cap. 12. lib. 1. de Nat. facult. & ſequentibus.*

60. *Sunt*

60. *Sunt autem* Facult: *illæ* Ελκτικὴ τῶν οἰκείων, Καθεκτικὴ, Ἀλλοιωτικὴ, *& deniq;* τῶν ἀλλοτρίων Ἀποκριτικὴ, ἐκκριτικὴ καὶ προωστική, *i. Attractrix eorum quæ ſunt familiaria, Retentrix, Alteratrix ſive Aſſimilatrix, quam etiam* Concoctricem *nominamus. Et deniq; Expultrix eorum, quæ ſunt oneroſa atq; ſuperflua. ibid. itemq; lib. 3. cap. 1. 6. eiusdem operis.*

61. *Ex hiſce quatuor, Prima in agendo eſt Attractrix, quæ ſingulis partib ſimilarib. à* Natura *indita eſt, ad comparandam* Εὐπορίαν τῆς ὕλης, ἣν τροφὴν ἑαυτῷ ποιεῖται τὸ τρεφόμενον. *i. Copiam Materiæ, quam pars omnis quæ nutritur, ſibi efficit nutrimentum, ut ſit Attractrix cuiusq; partis facultas,* ἡ ἐπισπᾶσθαι πεφυκυῖα τὸν οἰκεῖον χυμὸν, ὃς ἂν ἐπιτηδειότατος εἰς ἐξομοίωσιν. *i. quæ nata eſt attrahere ſuccum familiarem, qui commodiſſimè queat aſſimilari 3. de* Nat. *fac. cap. 1.*

62. *Hinc præcedentibus Verbis, ſubÿcit Galenus eodem loco iam citato:* Αὐτὸ τὸ παράγεσθαι τὴν τροφὴν ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς ἕκαστον τῶν μορίων: τῆς Ελκτικῆς ἐνεργούσης γίγνεται δυνάμεως. *i. Adducere Alimentum ex Venis, in ſingulas partes, opus eſt* Tractricis *Facultatis operantis.*

63. *Actionis modus, quem ſervat in Attrahendo, facultas* Tractrix, *ſimilis ei eſt, quo magnes trahit ferrum, ut dicitur lib. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 3 & 7. & initio cap. 15. lib. 3 de* Nat. *facult: aliÿsq; locis: propterea ſcilicet, quòd ſicuti, trahi ferrum à magnete videmus, modum quo trahit, non cernimus: ita Renes trahere vrinam novimus, ſed modum Actionis exprimere non poſſumus: & proinde dicimus eum fieri proprietate ſubſtantiæ, quæ trahat id, quod eſt familiare.*

64. Et

64. *Et hic quidem Tractionis modus eſt in ſolidis partibus omnibus trahentib: alimentum. In quibuſdam autem partibus concavis, apparet etiam Tractionis modus aliquatenus, qui fit per cõtractionem totiusq; Inſtrumenti abbreviationem, ut de ventriculo dicitur libro 3. cap. 8. de Nat. facultatibus.*

65. *Quia autem* οὐδὲν τῶν ὄντων ἕλκει τι δι' αὐτὸ τὸ ἕλκειν, ἀλλ' ἵνα ἀπολαύσῃ τοῦ διὰ τὴν ὁλκὴν συμπορισθέντος. Καὶ ἀπολαύειν οὐ δύναται μὴ κατάσχον. ἐν τούτῳ ἡ καθεκτικὴ δύναμις ἀποδείκνυται. *i. Nulla pars trahit propter tractionem, ſed ut fruatur re tracta: non poteſt autem frui ea, niſi illam retineat: idcirco demonſtratur hinc Retentrix quoq; facultas. lib. 3. cap. 6. de Nat. facultat.*

66. *Ut enim Ventriculus, ijs quæ deglutivit non fruitur, ſi mox Vomitu eadem reiecerit, aut deorſum per aluum deiecerit: Sed tunc demum ex ijs vſum aliquem percipit, ſi ea retineantur & conquoquantur: ita omnibus neceſſe eſt, vim quandam ineſſe, Retinendi ea, quæ fuerunt Attracta, donec Alterentur & Aßimilentur. ibid. & ſequentibus.*

67. *Eſt ergo Retentrix facultas, vis quædam inſita partibus, quæ poſſunt Retinere id, quod per Attractricem eſt comparatum attractumq;, donec coquatur & aſſimiletur.*

68. *Actionis modus in ſolidis partibus obſcurus eſt, & obliquis fibris adiuvari putatur. lib. 3. de Nat. fac. cap. 8. In partibus quæ magnam cavitatem habent, ut in Utero, Ventriculo, Veſica & ſimilib. fit parte evidenter ſe conſtringente, circa ea, quæ retinentur, ut nullum vacuum ſpacium relinquatur: ſive parum illud ſit, ſive multum*

quod

quod retinetur: uſq; adeò ſcilicet, vt Ventriculus ipſe, ijs quos retinet concoquitq; cibis, vniri videatur cap. 4. eiusdem libri.

69. Quia verò ut Attractionis ita Retentionis ſcopus eſt, fruitio rei quæ attracta retinetur: Idcirco concoctrice quoq; fuit opus, qua concoquantur & aßimilentur cuiq; parti ea, quæ in eam attracta retinentur, eademq; hac abſoluitur nutritio.

70. Vt enim in ventriculo, neceſſe eſt cibum converti in chylum: ſi modo debeat nutriri: & in Hepate ex chylo ſanguinem generari: ita quod in ſingulas partes attrahitur, neceſſe eſt, ijs aßimilari, & in earum ſubſtantiam converti.

71. Cauſa verò quæ hoc efficit, eſt cuiusq; partis natura, quæ Aßimilare ſimul atq; Attrahere, & Retinere Alimentum poteſt ratione proprij temperamẽti, ut prius dictum eſt prop. 8. 9.

72. Rurſus verò in omni concoctione generantur excrementa, in prima quidem fæces, quæ per aluum deijciuntur. In ſecunda Seroſitas, uti & Bilioſus ac Melancholicus humor, quæ per Renes in veſicam vrinariam, itemq; veſicam fellis & Lienem expurgantur. In tertia deniq; illa, quæ per Inſenſilem tranſpirationem evaporant, aut per ſudorem excernuntur, & ſimilia.

73. Hiſce cùm expurgari corpus oporteat: quarta facultate opus fuit, nempe τ ἀλλοτρίων ἀποκριτικῆ, i. Expultrice, quâ ea expelli, expurgariq; poſſent, quæcunq; corpori ſunt oneroſa & excrementoſa.

74. Vtq; in Ventriculo ſitiente, vim ineſſe ſentimus, iocundi potus deſideratricem tractricemq;: & rurſus è con-

contrà vim quandam abhorrentem ab ijs, quæ vomitu reyciuntur: Ita in ſingulis partibus eſt vis, trahendi quod familiare exiſtit: & expellēdi id, quod oneroſum & excrementoſum eſt. 3 de Nat. fac. cap. 6.

75. Habetq́; eadem hæc expellendi facultas cùm Retentrice eam cognationem, ut ſint διαδεχόμεναι ἀλλήλαις, καὶ παραχωρῦσαι ἑτέρα τῇ λοιπῇ, *i. ſe mutuò ſuſcipientes, ſibiq́; mutuò cedentes, ut vna agente, altera ab Actione ceſſet, & è cōtrà, ceſſante ab Actione Retentricè mox inſurgat Expultrix quod exemplo vteri lib. 3. cap. 3. de Nat. fac. demonſtratur.*

76. Cauſa autem quæ & Retentricem ab opere ceſſare facit, & Expultricem ad agendum irritare ſolet, ut genere vna eſt nempe Ανία, *i. moleſtia quam ſentit pars, ab ea quæ retinetur, materia: Ita ſecundum ſpeciē eſt triplex, nempe* ογκος περιττός, ἢ τὶ βάρος, ἢ Δῆξις, *i. moles ſua magnitudine partē diſtendens, aut pondus quo eadem aggrauatur, aut deniq́; mordicatio aliqua.*

77. Actionis modus Contrarius eſt Retentioni, quod in magnis cavitatibus evidenter apparet. Sicuti ergo uterus fœtum retinens ſe undiq́; circa eum conſtringit: Expulſurus verò eundem, aperit ſe verſus collum, circa fundū verò ſeſe conſtringens, quàm proximè ad os deſcendit fœtumq́; protrudit: ita in omnibus ſolidis, ſimile quid fieri, ſubintelligendum. lib. 3. cap. 3. d.

De Attractrice & Expultrice Cordis & Arteriarum.

78. Cor atq́; Arteriæ, ijsdem etiam Attrahendi, Retinendi, Concoquendi atq́; Expellendi facultatibus nutriuntur:

Digitized by Google

untur: ſed ad conſervandum Nativum calorem fons cor existit, & ad comparandam materiam, pro ſpiritibus vitalibus generandis, alia in ſuper Attractione & Expulſione indigent, quæ ſit τῇ πρὸς τὸ κενὸν ἀκολȣθίᾳ, i. fuga vacui. lib. 3. cap. 14. 15. de Nat. facultatibus.

79. Arteriæ enim ipſæ dilatatæ per diaſtolem, quâ ad cor finiuntur, ex ipſomet trahunt ſanguinē Spiritu vitali plenum, calidiſſ: ſcilicet illum atq; tenuiſſimum: quâ verò finiuntur terminanturq; ad cutim, Aërem trahunt ad calorem eventillandum: quatenus Anaſtomoſin habent cum venis, trahunt ex ÿs, id quod in ſanguine eſt maximè halituoſum ac leve, pro pabulo caloris, ex inteſtinis nihil trahunt. ibid.

80. Per Syſtolem verò contractæ, vndiq; & præſertim quâ finiuntur ad cutim exteriorem, quod fumoſum quaſi exiſtit, atq; excrementoſum reÿciunt. ibid.

81. Cor per diaſtolem dilatatum, ex pulmonibus Aërem per Arteriam venoſam ventillandi caloris cauſa: Ex dextro autem ventriculo, in ſiniſtrum ſinum, tenuiſſimum ſanguinem pro eiusdem caloris pabulo attrahit. Syſtole verò contractum, fuliginoſa excrementa expurgat. ibid.

Diſ-

Digitized by Google

Diſputatio II.

Qua probantur verè ineſſe omnibus partibus corporis, quatuor Attrahendi, Retinendi Concoquendi & Expellendi facultates.

THESIS I.

Vires facultatesq; omnes, de quibus ſuperiori diſputatione egimus, cunctis ſimilaribus partibus corporis noſtri cæterorumq; animalium ineſſe, agnoverunt, ij omnes, quicunq; cùm Hipp: Platone, Ariſtotelè aliiſq; melioris notæ Philoſophis, eaſdem corporis noſtri partes genitas eſſe intellexerunt, ex Calido, Frigido, Humido Siccoq; Element: ſive ex Aëre, Aqua, Terra, & Igni.

2. Sed è contrà, quicunq; non rectè de primis rerum Elementis inſtituti, partes ſimilares cæteraq; omnia facta eſſe docuerunt ποιᾷ τινὶ συνόδῳ τῶ πρώτων σωμάτων ἀπαθῶν καὶ ἁπλῶν, *i. tali quodam concurſu ſimplicium primorumq; corporum, quæ mutari & alterari non poſſent: ſive illa eſſent* Ατομοι *ſive* Αναρμα σώματα, *ſive alia qualiacunq;: ij omnes negabant, has facult: corporibus ineſſe. 1. de Nat. fac. cap. 12.*

3. Idq; neceſſariò facere cogebantur, ſi modò vellent, Ακολουθίαν ὧν ὑπέθεντο διαφυλάττειν, *i. eorum, quæ ex hujusmodi Elementis conſequuntur, rationem reddere, & conſequentiam cum principiis ſervare. Quòd ſi enim*

Digitized by Google

Elementa ſunt immutabilia ſolaq́ σωνόδῳ corpora generant, non poſſunt in compoſito aliam naturam acquirere, quàm prius habuiſſent. ibid.

4. Galenus igitur, cùm ob id, quòd ſuo tempore, celebres adhuc extarent familiæ medicorum, qui Aſclepiadem, Eraſiſtratum & Epicurũ ſequebantur & hujusmodi Elementis nixi, omnes facultates negabant: aut ineptas Actionum earundem cauſas reddebant: tùm quia ad Methodum Medendi, eadem hæc doctrina neceſſariò requiratur. Idcirco illorum Argumenta diligentiſſ: confutavit: demonſtravitq́ omnes has quatuor facultates Naturales, ſingulis partibus ſimilaribus ineſſe.

5. Ad id demonſtrandum, fundamenti loco ponit Primò, Naturam quæ Animalia formavit, Animalibus eſſe Priorem, maximè Induſtriam Iuſtamq́, & omnia meliori modo facere, ac certi alicuius finis gratia. Quòd non tantum Hipp. frequenter depradicat, ſed etiam Eraſiſtratus, rei evidentia victus, fateri cogebatur. ibid. item cap. ſequenti & lib. 2. de Nat. fac. c. 3. 4. lib. 17. de uſu partium cap. 1 aliȷsq́ plurimis locis.

6. Huiusmodi Induſtriæ ſummiq́ Artificiȷ Naturæ Exempla, iubet Galenus intueri, in omnium partium Corporis noſtri fabrica, quæ omniũ Artificum induſtriã, vel eo ipſo ſuperat, quòd iȷ in ſuperficie tantum exornant Materiam: Natura eam in profundo quoq́ exornat, & miris facultatib. inſtruit. ibid.

7. Quòd ſi enim vel in crure pulicis, tantum eſt Artificium, ut id Animalculum, ad tantos ſaltus ſit comparatum. & proinde Polycleti Canonem. Phaetontis equos annulo inſculptos, Praxitelis deniq́ Phidiaq́ opa omnia

Artificio

Digitized by Google

Artificio ſuperet: quid ſentire oportet, de ea Natura induſtria atq; Artificio, quo ſingulæ partes hominis ſunt conformatæ, multoq; magis de eo, quo Cæleſtia Corpora ſunt facta. ibid?

8. Secundò eandem Naturam, quo modo agit in una parte, eodem modo agere etiam in alijs: & quibus facultatibus unam partem inſtruit: ut conſervari queat, ijsdem omnes inſtruxiſſe: neq; enim aliâs, aut iuſtam eam eſſe, aut omnia meliori modo agere. ibidem.

9. Ex quibus ſequitur: ſi qua harum Naturalium facultatũ, in aliqua, aut aliquibus partibus ineſſe demonſtrata fuerit: quòd ſimul etiam in alijs omnibus ineſſe ſit demonſtrata ibid. & lib. 3. cap. 9. de Nat. fac.

10. Hiſce ita poſitis, Primùm generatim probantur omnes quatuor Naturales facultates, ineſſe partibus Corporis noſtri ſingulis. Quia aliâs fruſtra factæ eſſent. At Sapientiſſ. ille Artifex, quem Naturam paulò antè vocauimus, nihil fruſtrà facit.

11. Nimirùm quia aliâs ne minimum quidem temporis perdurare, multoq; minus augeri, & ad iuſtã magnitudinem perduci, aut uſui eſſe poſſent. Ob id ſcilicet, quòd cùm molli calidaq; ſubſtantia conſtent: mox diſſiparentur, niſi Attraheretur in ſingulas alimentum, Retineretur, Aſſimilaretur, & Expurgarentur Excrementa. lib. 2. de Nat. fac. cap. 3. ſ.

12. Deinde Attractrix, Retentrix Expultrixq; particulatim probantur, ex inſtrumentis earum cauſa factis: Cuiusmodi ſunt fibræ, quæ in ijs partibus, quibus harum facultatũ Actiones frequentius eduntur, ipſæ quoq; ſunt manifeſtæ, Rectæ ſcilicet ad Trahendum, Tranſverſæ

ad Expellendum, Obliqua deniq; ad Retinendum. lib. 3. de Nat. fac. cap. 8.

De Attractrice facultate.

13. *Attractricem verò ipſam demonſtrat Galenus, ex eiusdem Actionibus quibusdam, quæ fiunt cùm in partibus Corporis noſtri aliquibus, tùm in Rebus externis uſque adeò evidenter ut nullam aliam cauſam earum ſtatuere poſſis, præter ſolam Attractricem: & quancumq; aliam conſtitueris ſemper in abſurda quædam neceſſario incides.*

14. *Ex huiusmodi Actionibus, quæ quidem fiunt in partibus Corporis noſtri, præcipuæ ſunt hæ. I. Seroſi humoris ſeparatio ex ſanguine. II. Bilioſi humoris in Veſicam fellis derivatio. III. Humoris Melancholici expurgatio in Lienem. IIII. Ciborum deglutitio. V. Ἀνάδοσις, i. Alimẽti ex Ventriculo in Hepar, cæterasq; partes corporis totius, diſtributio.*

15. *Quæ verò fiunt à rebus externis, earum præcipuæ ſunt. I. Actio Medicamentorum purgantium. II. Actio Medicamentorum trahentium ex Corpore, ea quæ infixa ſunt tela, aut etiam Venena. III. Actio Magnetis, quæ ferrum Attrahit. III. Actio frumenti novi, evacuantis Aquam medio ſui defoſſam.*

Seroſi humoris ſeparationem, fieri Attractrice Renum facultate.

16. *Ex Seroſi humoris ſeparatione, quâ is ex maſſa ſanguinis, per Venas Arteriasqúe emulgentes à Renibus exſugi-*

Digitized by Google

exſugitur, & ad Veſicam per vreteres transmittitur, manifeſtè apparet, Renibus ineſſe vim attrahendi id, quod illis eſt familiare: quomodo enim aliâs, hic humor ex ſanguine trahi poſſet?

17. Id verò ne permittere cogerentur ij, qui τὰς Ἀτόμους *pro Elemẽtis habebant, varia excogitarunt. Aſclepiades negavit omninò ſeroſum humorem, per emulgentes in Renes, & ex Renibus per Vreteres in Veſicam tranſire: quòd aliâs oporteret, compreſſa Veſica redire humorem in Vreteres. Aſſeruitq́; potionem, poſtquam fuerit intra Corpus aſſumpta, reſolvi in halitum, & ſub halitus forma, pervenire in cavitatem Veſicæ, ibidemque concreſcere & poſtea excerni lib. 1. cap. 13. de N. fac.*

18. Epicurus, rei evidentia victus, conceſſit Attractricem Renum & aliarum rerum trahentium: ſed aſſeruit eam fieri, per Ἀπόπαλσιν τῶν ἀτόμων, *i. reſultantibus ac complicantibus ſeinvicẽ Attomis, quæ diffluunt ex parte trahente, & eo quod trahitur. cap. 14. eiusdem libri.*

19. Eraſiſtratus tamquam conſcius erroris, modum ſeparationis Vrinæ ſubticuit: ſed eius ſectatorum aliqui, Seroſum ſanguinem tamquam graviorem, dixerũt ponderis ratione ferri ad Renes, & illic percolari. Alij aſſeruerunt, propter naturæ diverſitatem, non poſſe ferri ſerum per eas vias, per quas fertur ſanguis: perinde ut neq́; Oleum cùm aqua ferri poteſt. atq́; hinc fieri, ut ſerum feratur ad Renes. Lycon deniq́; pronuntiavit Vrinam eſſe Nutritionis Renum excrementum. cap. 16. 17. eiuſdem libri.

20. Galenus verò, ut omnia hæc & ſimilia quæ excogitabantur, abſurda eſſe docuit: ita demonſtrauit mul-

Digitized by Google

tis modis, Vrinam verè per Emulgentes Venas, ad Renes, & ex Renibus per Vreteres ad Veſicam pervenire. Et ad Renes ex ſanguine ſeparari, nullo alio modo, quàm Tractrice Renũ facultate. cap. 13. & ſequentib. eiusdem lib.

21. Tranſire Vrinam per has vias, docuit, inter cætera, ſectione vivi Animantis. Cuius vnus modus eſt. Vt facta ſectione, ureteres ambo intercipiantur vinculo: ita enim invenies poſtea, Veſicam vacuam: ſed Vreteres, ſupra vinculum, urina diſtentos. Deinde ſolvantur Vinculis Vreteres, penis autem ijsdem vinciatur: & ita invenies poſtmodum veſicam plenam. Tertiò ſolvitur vinculis penis, & urina redditur. ibid.

22. Cùm iam demonſtraſſet, urinam ex ſanguine ſeparari, & per vias iam dictas tranſire ad veſicam: Concludit tandem Gal. poſt multa alia Argumenta, cap. 15. eiusdem libri, quòd id nulla alia ratione fieri queat, quã tractrice Renum facult: propterea quòd ſola hæc Ratio, cũ apparentib. conſentiat & omni abſurdo careat: cùm reliqui omnes modi, coniunctã habeant abſurditatem.

23. Neceſſe eſt enim, urinam aut ſponte ſua, aut ab alia cauſa coactam, ex ſanguine ad Renes pervenire. Sponte eò non pervenit, quia neq; voluntariè poteſt id fieri: neq; naturaliter, ratione gravitatis, quòd tali motui obſtat poſitus Renum. Coacta ergo eò pervenit: Idq; fieri oportet, aut Excretrice venarum facultate, expellentium à ſe urinam: aut Renum vi attractrice, qua illam ad ſe trahant. Excretrice venarum facultate, nõ poteſt urina, ex ſanguine pervẽire ad Renes, quòd ita ſanguinem quoq;, eò expelli oporteret. Ergo relinquitur ut à Renibus trahatur.

De

Digitized by Google

De Bilioſi & Melancholici humoris purgatione.

24. *Bilioſi & Melancholici humoris, & ſanguinis maſſa, in veſicā fellis & Lienē ſeparatur,* Τοσȣ̃το κ̀ τοιȣ̃τον μέρος, ὅσον κ̀ οἷον, εἰς ὅλον ἠνέχθη τὸ σῶμα, βλαβλύν τινα εἰργάσατο. *i. tanta talisq; portio, quanta, ſi cùm reliquo ſanguine ferretur in corporis habitum, noxam ei afferret. lib. 2. de Nat. fac. cap 9. dd. Eademq; ſeparatio, oſtendit Veſicæ Bilariæ & Lieni ineſſe vim hujusmodi humorum tractricem ibid. b. & cap. 2. 3. 5. eiusdem libri.*

25. *Quod rurſus, qui defendebant* τὰς Ατόμȣς, *varijs rationibus oppugnabant. Bilem enim ipſam, uti & Melancholiam, aiebat Aſclepiades, non ex ſanguine in Veſicam Bilariam Lienémque ſeparari, ſed in ijsdem naſci. lib 1. cap. 13 de Naturalib. facultatibus.*

26. *Eraſiſtratus primùm pro dubio habebat, nùm eadem Bilis ac Melancholia, in corpore generētur, an cùm cibis in corpus aſſumantur. 2 de Nat. facult: cap. 8. c. e. ad Bilem ex Sanguine ſeparandam autem,* τῇ τ̃ πόρων ὑποθέσει *utebatur, i. hypotheſi de viarum diverſitate, ob quam fieri dicebatur, ut quæ tenuioris ſubſtantiæ eſſent, veluti bilis, per anguſtos meatus in veſicam fellis: quæ craſſiora forent, ut ſanguis, per vias latiores, in venam cavam ferantur lib. 2. de Nat. fac. cap. 2. 3. 5. Ejusdem verò Eraſiſtrati Sectatores, cùm non intelligerēt, quomodo id fieri poſſet: docuerunt non eſſe neceſſe, ut ex ſanguine bilis purgaretur. cap. 2 eiusdem libri.*

27. *Melancholiam autem aſſeruit idem Eraſiſtratus, quòd non opus habeat, ex ſanguine expurgari, quòdque*

Digitized by Google

Lien fruſtrà ſit factus. lib. 2. prius citato cap. 2. h. & cap. 7. libri de Atra bile.

28. Galenus è contrà, iiſdem locis iam citatis, & generari bilioſum atq; Melancholicum humorem vnà cũ ſanguine: & opus eſſe, ut deteriores cuiusq; eorum partes expurgentur, demonſtravit ex morbis, qui aliâs inde oriuntur. Lienem deniq; & veſicam fellis, eorum expurgandorum eſſe Inſtrumenta, probavit ex eo, quòd vbi aut veſica obſtructa eſt, aut Lien male habeat, cùm alij Affectus conſequantur, tùm Icterus Niger & Flauus.

29. Per eadem verò Inſtrumenta, ex ſanguine, nulla alia ratione poſſe expurgari, quàm Tractrice eorum facultate, qua eos tamquam familiares trahunt, huc q; referri poſſunt Argumenta, quæ de Vrinæ ſeparatione, paulò ante prop. 22. & ſequentibus fuêre propoſita.

De ciborum ac potionum deglutitione.

30. Cibi & potiones deducuntur ex ore in Ventriculum, initio ſumpto ὑπὸ τ̃ ἄνωθεν βολῆς, *i. à primo impulſu in eodem ore facto, partim Tractrice interioris tunicæ Ventriculi atq; œſophagi, quæ per rectas fibras fit, functione: partim tranſverſarum exterioris tunicæ œſophagi fibrarum, contractione & conſtrictione; quæ ſuperna parte incipiẽs, cibos ac potiones depellit. Vnde tanto evidẽtius apparet Tractoria Ventriculi facultas, quantò frequentius edimus & bibimus lib. 3. de Nat. fac. cap. 8.*

31. Adverſus quã ſententiam, Atomorũ defenſores aliter atq; aliter pugnabant. Et plurimi quidẽ nitebantur probare Deglutitionem fieri, ſolius τ̃ ἄνωθεν βολῆς *ope.*

Eraſi-

Eraſiſtratus, ut loco iam citato dicitur, neq; hunc modum approbavit, neq; Hippocratis ſententiam attigit, ſed ſolomodo hoc dixit, ὁλικὴ μὲν οὖν τῆς κοιλίας οὐδεμία φαίνεται εἶναι, *id eſt, nulla videtur eſſe in Ventriculo vis attractrix: vide etiam initio cap.16.lib.1.de Nat. facultatibus.*

32. *Galenus autem, ſolâ* τῇ ἄνωθεν ῥοπῇ, *non poſſe cibos & potiones, ex ore in Ventriculum pervenire, oſtendit ex Animalibus, quib. eſt* λοξὴ θέσις τοῦ στομάχου, *id eſt, obliquus colli ſitus & quandoq; flexuoſus. Quibus accedit, quòd Animalia quædam* ἐπικεκυφότα, *id eſt, inclinato capite bibunt ex fluminibus. Item nos videmus hiſtriones inverſo corpore bibere. lib.3.cap.8.de Nat.fac.*

33. *Fieri verò Deglutitionem eo modo, qui prop 30. dictus eſt, demonſtravit à priori & à poſteriori. A priori quidem, quoniam ut Motus Voluntarij, fiunt contractione fibrarum, quæ ſunt in Inſtrumentis motus voluntarij: ita motus Naturales, ubi magni ſunt & evidentes, etiam fiunt per contractionem fibrarum, quæ ſunt in Naturalis huiusmodi motus Inſtrumentis: neq; enim aliâs omnia fierent meliori modo. ibid.*

34. *Ventriculus & Oeſophagus duplici tunica conſtant, quorum interna rectis fibris è fundo ſurſum tendentibus, externa transverſis prædita eſt. Hinc fit ut cõtractis fibris tunicæ Interioris, brevior fiat Ventriculi & Oeſophagi latitudo, longitudo verò latior; atq; ita attractio fit: ſiquidem* ἴδιον τῶν τοιούτων σωμάτων (sic: μήκους συνερέσεως), ἵν' ἐπισπάσωνταί τι, *id eſt, Inſtrumentorum, quæ rectas fibras habent, proprium eſt, ut contracta aliquid trahant. ib.c.*

35. *Fibræ verò transverſæ, exterioris tunicæ Oeſopha-*

Eraſiſtratus rei evidentia motus, attractionem concedebat: Eam verò non familiaritate ſubſtantiæ, ſed τῇ πρὸς τὸ κενὸν ἀκολουθίᾳ, id eſt, fuga vacui fieri aſſerebat. Cōcludens quòd vacuato ex venis, aut alia aliqua parte, alimento, neceſſariò aut aliud in vacuati locum trahatur, aut vacuus locus relinquatur.

44. Sed Eraſiſtrateæ rationi repugnat: Primū quòd Diſiunctio, qua ille utebatur, non conſtet ſufficienti partium enumeratione: cùm liceat partem ſubſidere, ex qua aliquid vacuatur: nec proinde eſt neceſſe, aut attrahi aliud alimentum, aut locum vacuum permanere. Secundò, quòd eadem tractionis ratione conceſſa, ſequeretur neminem plethora laborare. Tertiò, quòd Venæ quidem ita poſſent nutriri: at non reliquæ partes, in quibus ſenſibilis cavitas nulla exiſtit. Quartò, quòd corpora extenuatorum ex longo morbo, reſtitui nequirent. ibid.

45. Fernelius vir Doctiſſ. ut approbat hanc Hippocraticam Diſtributionis Alimenti rationem: ita in potatoribus, non cenſet eam ſufficientem eſſe: quòd in ijs ſpontaneo influxu etiam, potus in Venas & habitū Corporis ſeſe inſinuet, lib. 6. phyſiologiæ cap. 2. Sed hunc ipſius errorem confutavimus, in diſput. de ſanguificationis Inſtrumento, prop. 15. & ſequentibus.

46. Et hæ quidem ſunt Actiones, partium Corporis noſtri, quæ evidenter apparent demonſtranturq́; ab eorundem Tractrice Facultate fieri. Iiſdem verò conſentiunt, etiam Actiones aliarum quarundam rerum externarum, cuiuſmodi eſt ea, quæ à Magnete fit ferri attractio, à Succino attractio feſtucarū. lib. 1. cap. 14. e. li. 2. cap. 7. lib. 3. cap. 15. de Nat. fac. & alibi.

47. Item

Digitized by Google

47. *Item triticum recens, defoſſam medio ſui Aquam in fictilibus exhaurit, & inde molem ac pondus acquirit. lib. 1. cap. 14. d. eiuſdem operis. Item Medicamenta quædam dantur, quæ tela & infixos Corpori aculeos extrahunt. quædam Venena ex Corpore vacuant, & quidem modò hæc ab his, modò illa ab alijs trahentibus Medicamentis, educuntur. ibid.*

48. *Purgantia deniq; Medicamēta, dum alia Bilem, alia Pituitam, alia Melancholiam præcipuè educunt, nónne demonſtrant, ineſſe ſibi tractricem eorūdem humorum facultatem? lib. 1. c. 13. b. de Nat fac. item in libro de purgant. Medic. fac. cap. 2. & ſequentibus.*

De Facultate Concoctrice.

49. *Facultas concoctrix, quæ Græcis* πεπτική, ἀλλοιωτικὴ καὶ ὁμοιωτική, *id eſt, Concoctrix, Alteratrix & Aſsimilatrix dicitur, demonſtratur ineſſe ſingulis partibus ſimilaribus, cùm à priori, tùm à poſteriori.*

50. *A priori quidem, quia ſi hæc non eſſet, fruſtrà fieret attractio: atq; ita tolleretur Naturæ induſtria, de qua ante prop. 5. dictum eſt. Nam ut dicitur lib. 3. de Nat. facult. cap. 6.* οὐδὲν τῶν ὄντων, ἕλκει τὶ δι' αὐτὸ τὸ ἕλκειν, ἀλλ' ἵν' ἀπολαύσει τοῦ διὰ τῆς ὁλκῆς συμπορισθέντος, *id eſt, Nihil eſt ex omnibus entibus, quod trahat aliquid, propter ipſam tractionem, ſed ut fruatur ea re, quam attrahendo acquirit.*

51. *Quomodo autem poteſt pars quæq́;, attracto humore meliùs frui, quàm ſi eo nutriatur? Aut quomodo poteſt eo nutriri, niſi eum ſibi aſsimilet, cùm nihil aliud ſit*

gi, dum contrahuntur, anguſtam reddunt internam cavitatem. Et ſiquidem hæc cõtractio. à ſuperna parte incipiat: depellit cibos tractionẽq; interna tunica adiuvat. Sin verò, ab imò fundo Ventriculi incipiat; Vomitũ facit. conſtat enim τὸ μὲν ἕλκειν ἕνεκα, τὸν ἐντὸς χιτῶνα, τὸ δ' ἀπωθεῖν, τὸν ἐκτὸς γεγονέναι. i. Internam tunicam tractionis, externam propulſionis cauſa factam eſſe.

36. A poſteriori verò probatur, eadem hæc deglutiendi ratio, Primò quòd inter deglutiendum, ſemper cernimus laryngem ſurſum trahi: contracta enim per rectas fibras, interiori tunica Oeſophagi, quæ laryngem quoq; inveſtit, neceſſe eſt eundem laryngem ſurſum trahi: & rurſus deinde laxata tali contractione, deſcendere, & in ſuum locum redire. ibid.

37. Secundò faciliùs deglutimus, quàm ut vomamus quippiam. Id verò inde evenit, quia deglutitio fit opera utriuſq; tunicæ, vomitus tantùm per tunicam Exteriorem. Tertiò, in Vehementi fame, ſentitur ventriculus ſurſum repere, & cibos, maſticantibus nobis præripere, quamvis nolentibus. ibid. Quartò, Piſcibus quibuſdam voracibus, dum prædam perſequuntur, Ventriculus ad os uſq; aſcendit, ut & Gal. cap. 8. iam ſæpè citato, & Ariſt. lib. 2. cap. 17 & lib. 8. cap. 2 de hiſt. Animal. docẽt.

38. Deniq; ſi in vivo Animante, transverſæ fibræ externæ tunicæ Oeſophagi, ſecundum longitudinem ſecentur: deglutire adhuc poterit Animal, ſed difficiliùs. Deglutietq; etiam, ſed adhuc magis difficulter, ſi integris manentibus fibris exterioris tunicæ: fibræ rectæ, tunicæ interioris, transverſim ſecentur. ibid.

De

De Alimenti diſtributione.

39. *Vt ex Alimento, quod in Vẽtriculo primam ſuſcipit alteratione͂, nutriri poſsint partes corporis omnes & ſingulæ: neceſſe eſt id, ex eode͂ Ventriculo, per venas Meſaraicas ad Hepar primum: deinde ex Hepate per venas reliquas, in omnes partes corporis diſtribui, ut ſingulis* προστίθεσθαι, προσφύεσθαι καὶ ὁμοιοῦσθαι *queat.*

40. *Hæc ipſa verò Alimenti diſtributio, partiũ omniũ facultate Tractrice, tanquã cauſa principali perficitur: quæ naturaliter, defectum alimenti ſentientes, eoq́; ſenſu irritatæ, trahunt id quod eſt familiare, ex proximis Venis, atq; illæ iterum ex alijs, donec conſequutione quadam, tractio ad Hepar & Ventriculum pertingat. lib. 2. de Nat. fac. cap. 1 6. 7. item 1 de cauſ. ſympt. cap. 7.*

41. *Idipſum probatur, Primùm ex axiomate, ſuprà propoſitione 8. propoſito. Nam quo modo agit Natura, in ſeparanda ſeroſitate ex ſanguine; itemq; Bile & Melancholia expurganda: cibis deniq;, ex ore in ventriculum deglutiendis: eodem modo etiam agit, in diſtribuendo omnibus partibus alimento.*

42. *Si enim Renibus ineſt facultas trahendi ſerum, tamquam familiare quiddam, Veſicæ fellis item, trahenda Bilis, Lieni trahendæ Melancholia, Ventriculo trahe͂di cibos & potiones, ut priùs eſt oſtenſum: neceſſe eſt, reliquis etiam partibus omnibus, ineſſe vim trahendi id quod illis eſt familiare. lib. 2. de Nat. fac. cap. 1. 6. 7.*

43. *Secundò, quòd hic modus diſtributionis Alimenti optimus ſit, nihilq; inde ſequatur abſurdi: cùm econtrà, poſito alio quocunq;, abſurda multa co͂ſequãtur. e. g.*

Eraſi-

Digitized by Google

gi, dum contrahuntur, anguſtam reddunt internam cavitatem. Et ſiquidem hæc cōtractio, à ſuperna parte incipiat: depellit cibos tractionēq; internæ tunicæ adiuvat. Sin verò, ab imò fundo Ventriculi incipiat; Vomitū facit. conſtat enim τοῦ μὲν ἕλκειν ἕνεκα, τὸν ἐντὸς χιτῶνα, τοῦ δὲ ἀπωθεῖν, τὸν ἐκτὸς γεγονέναι. *i. Internam tunicam tractionis, externam propulſionis cauſa factam eſſe.*

36. *A poſteriori verò probatur, eadem hæc deglutiendi ratio, Primò quòd inter deglutiendum, ſemper cernimus laryngem ſurſum trahi: contracta enim per rectas fibras, interiori tunica Oeſophagi, quæ laryngem quoq; inveſtit, neceſſe eſt eundem laryngem ſurſum trahi: & rurſus deinde laxata tali contractione, deſcendere, & in ſuum locum redire. ibid.*

37. *Secundò faciliùs deglutimus, quàm ut vomamus quippiam. Id verò inde evenit, quia deglutitio fit opera utriusq; tunicæ, vomitus tantùm per tunicam Exteriorem. Tertiò, in Vehementi fame, ſentitur ventriculus ſurſum repere, & cibos, maſticantibus nobis præripere, quamvis nolentibus. ibid. Quartò, Piſcibus quibuſdam voracibus, dum prædam perſequuntur, Ventriculus ad os uſq; aſcendit, ut & Gal. cap. 8. iam ſæpè citato, & Ariſt. lib. 2. cap. 17 & lib. 8. cap. 2 de hiſt. Animal. docēt.*

38. *Deniq; ſi in vivo Animante, transverſæ fibræ externæ tunicæ Oeſophagi, ſecundum longitudinem ſecentur: deglutire adhuc poterit Animal, ſed difficiliùs. Deglutietq; etiam, ſed adhuc magis difficulter, ſi integris manentibus fibris exterioris tunicæ: fibræ rectæ, tunicæ interioris, transverſim ſecentur. ibid.*

Digitized by Google

De Alimenti diſtributione.

39. *Vt ex Alimento, quod in Vētriculo primam ſuſcipit alteratione͂, nutriri poßint partes corporis omnes & ſingulæ: neceſſe eſt id, ex eode͂ Ventriculo, per venas Meſaraicas ad Hepar primum: deinde ex Hepate per venas reliquas, in omnes partes corporis diſtribui, ut ſingulis* προςίθεσθαι, προσφύεσθαι καὶ ὁμοιοῦσθαι *queat.*

40. *Hæc ipſa verò Alimenti diſtributio, partiū omniū facultate Tractrice, tanquā cauſa principali perficitur: quæ naturaliter, defectum alimenti ſentientes, eoq́ꝫ ſenſu irritatæ, trahunt id quod eſt familiare, ex proximis Venis, atqꝫ illæ iterum ex alijs, donec conſequutione quadam, tractio ad Hepar & Ventriculum pertingat. lib. 2. de Nat. fac. cap. 1 6. 7. item 1 de cauſ. ſympt. cap. 7.*

41. *Idipſum probatur, Primùm ex axiomate, ſuprà propoſitione 8. propoſito. Nam quo modo agit Natura, in ſeparanda ſeroſitate ex ſanguine; itemqꝫ Bile & Melancholia expurganda: cibis deniqꝫ, ex ore in ventriculum deglutiendis: eodem modo etiam agit, in diſtribuendo omnibus partibus alimento.*

42. *Si enim Renibus ineſt facultas trahendi ſerum, tamquam familiare quiddam, Veſicæ fellis item, trahenda Bilis, Lieni trahenda Melancholia, Ventriculo trahēdi cibos & potiones, ut priùs eſt oſtenſum: neceſſe eſt, reliquis etiam partibus omnibus, ineſſe vim trahendi id quod illis eſt familiare. lib. 2. de Nat. fac. cap. 1. 6. 7.*

43. *Secundò, quòd hic modus diſtributionis Alimenti optimus ſit, nihilqꝫ inde ſequatur abſurdi: cùm econtrà, poſito alio quocunqꝫ, abſurda multa cōſequātur. e. g.*

Eraſi-

gi, dum contrahuntur, anguſtam reddunt internam cavitatem. Et ſiquidem hæc cõtractio, à ſuperna parte incipiat: depellit cibos tractionẽq; interna tunica adiuvat. Sin verò, ab imò fundo Ventriculi incipiat; Vomitũ facit. conſtat enim τὸ μὲν ἑλκειν ἕνεκα, τὸν ἐντὸς χιτῶνα, τὸ δὲ ἀπωθεῖν, τὸν ἔκτος γεγονέναι. *i. Internam tunicam tractionis, externam propulſionis cauſa factam eſſe.*

36. A poſteriori verò probatur, eadem hæc deglutiendi ratio, Primò quòd inter deglutiendum, ſemper cernimus laryngem ſurſum trahi: contracta enim per rectas fibras, interiori tunica Oeſophagi, quæ laryngem quoq; inveſtit, neceſſe eſt eundem laryngem ſurſum trahi: & rurſus deinde laxata tali contractione, deſcendere, & in ſuum locum redire. ibid.

37. Secundò faciliùs deglutimus, quàm ut vomamus quippiam. Id verò inde evenit, quia deglutitio fit opera utriusq; tunicæ, vomitus tantùm per tunicam Exteriorem. Tertiò, in Vehementi fame, ſentitur ventriculus ſurſum repere, & cibos, maſticantibus nobis præripere, quamvis nolentibus. ibid. Quartò, Piſcibus quibuſdam voracibus, dum prædam perſequuntur, Ventriculus ad os uſq; aſcendit, ut & Gal. cap. 8. iam ſæpè citato, & Ariſt. lib. 2. cap. 17 & lib. 8. cap. 2 de hiſt. Animal. docet.

38. Deniq; ſi in vivo Animante, transverſæ fibræ externæ tunicæ Oeſophagi, ſecundum longitudinem ſecentur: deglutire adhuc poterit Animal, ſed difficiliùs. Deglutietq; etiam, ſed adhuc magis difficulter, ſi integris manentibus fibris exterioris tunicæ: fibræ rectæ, tunicæ interioris, transverſim ſecentur. ibid.

De

Digitized by Google

De Alimenti diſtributione.

39. *Vt ex Alimento, quod in Vētriculo primam ſuſcipit alteratione͂, nutriri poſſint partes corporis omnes & ſingulæ: neceſſe eſt id, ex eode͂ Ventriculo, per venas Meſaraicas ad Hepar primum: deinde ex Hepate per venas reliquas, in omnes partes corporis diſtribui, ut ſingulis* προςίθεσθαι, προσφύεσθαι καὶ ὁμοιοῦσθαι *queat.*

40. *Hæc ipſa verò Alimenti diſtributio, partiū̃ omniū̃ facultate* Tractrice, *tanquā̃ cauſa principali perficitur: quæ naturaliter, defectum alimenti ſentientes, eoq; ſenſu irritatæ, trahunt id quod eſt familiare, ex proximis Venis, atq; illæ iterum ex alijs, donec conſequutione quadam, tractio ad Hepar & Ventriculum pertingat. lib. 2. de* Nat. *fac. cap. 1 6. 7. item 1 de cauſ. ſympt. cap. 7.*

41. *Idipſum probatur, Primùm ex axiomate, ſuprà propoſitione 8. propoſito. Nam quo modo agit Natura, in ſeparanda ſeroſitate ex ſanguine; itemq;* Bile *& Melancholia expurganda: cibis deniq;, ex ore in ventriculum deglutiendis: eodem modo etiam agit, in diſtribuendo omnibus partibus alimento.*

42. *Si enim* Renibus *ineſt facultas trahendi ſerum, tamquam familiare quiddam, Veſicæ fellis item, trahenda* Bilis, Lieni *trahenda Melancholia, Ventriculo trahe͂di cibos & potiones, ut priùs eſt oſtenſum: neceſſe eſt, reliquis etiam partibus omnibus, ineſſe vim trahendi id quod illis eſt familiare. lib. 2. de* Nat. *fac. cap. 1. 6. 7.*

43. *Secundò, quòd hic modus diſtributionis Alimenti optimus ſit, nihilq; inde ſequatur abſurdi: cùm econtrà, poſito alio quocunq;, abſurda multa cōſequā̃tur. e. g.*

Eraſi-

gi, dum contrahuntur, anguſtam reddunt internam cavitatem. Et ſiquidem hæc cõtractio, à ſuperna parte incipiat: depellit cibos tractionẽq; internæ tunicæ adiuvat. Sin verò, ab imò fundo Ventriculi incipiat; Vomitũ facit. conſtat enim τὸν μὲν ἑλκεῖν ἕνεκα, τὸν ἐντὸς χιτῶνα, τὸν δ' ἀπωθεῖν, τὸν ἐκτὸς γεγονέναι. i. Internam tunicam tractionis, externam propulſionis cauſa factam eſſe.

36. A poſteriori verò probatur, eadem hæc deglutiendi ratio, Primò quòd inter deglutiendum, ſemper cernimus laryngem ſurſum trahi: contracta enim per rectas fibras, interiori tunica Oeſophagi, quæ laryngem quoq; inveſtit, neceſſe eſt eundem laryngem ſurſum trahi: & rurſus deinde laxata tali contractione, deſcendere, & in ſuum locum redire. ibid.

37. Secundò faciliùs deglutimus, quàm ut vomamus quippiam. Id verò inde evenit, quia deglutitio fit opera utriusq; tunicæ, vomitus tantùm per tunicam Exteriorem. Tertiò, in Vehementi fame, ſentitur ventriculus ſurſum repere, & cibos, maſticantibus nobis præripere, quamvis nolentibus. ibid. Quartò, Piſcibus quibuſdam voracibus, dum prædam perſequuntur, Ventriculus ad os usq; aſcendit, ut & Gal. cap. 8. iam ſæpè citato, & Ariſt. lib. 2. cap. 17 & lib. 8. cap. 2 de hiſt. Animal. docet.

38. Deniq; ſi in vivo Animante, transverſæ fibræ externæ tunicæ Oeſophagi, ſecundum longitudinem ſecentur: deglutire adhuc poterit Animal, ſed difficiliùs. Deglutietq; etiam, ſed adhuc magis difficulter, ſi integris manentibus fibris exterioris tunicæ: fibræ rectæ, tunicæ interioris, transverſim ſecentur. ibid.

De

De Alimenti diſtributione.

39. *Vt ex Alimento, quod in Vẽtriculo primam ſuſcipit alteratione͂, nutriri poſsint partes corporis omnes & ſingulæ: neceſſe eſt id, ex eode͂ Ventriculo, per venas Meſaraicas ad Hepar primum: deinde ex Hepate per venas reliquas, in omnes partes corporis diſtribui, ut ſingulis* προστίθεσθαι, προσφύεσθαι καὶ ὁμοιοῦσθαι *queat.*

40. *Hæc ipſa verò Alimenti diſtributio, partiu͂ omniu͂ facultate Tractrice, tanqua͂ cauſa principali perficitur: quæ naturaliter, defectum alimenti ſentientes, eoq; ſenſu irritatæ, trahunt id quod eſt familiare, ex proximis Venis, atq; illæ iterum ex alijs, donec conſequutione quadam, tractio ad Hepar & Ventriculum pertingat. lib. 2. de Nat. fac. cap. 1. 6. 7. item 1 de cauſ. ſympt. cap. 7.*

41. *Idipſum probatur, Primùm ex axiomate, ſuprà propoſitione 8. propoſito. Nam quo modo agit Natura, in ſeparanda ſeroſitate ex ſanguine; itemq; Bile & Melancholia expurganda: cibis deniq;, ex ore in ventriculum deglutiendis: eodem modo etiam agit, in diſtribuendo omnibus partibus alimento.*

42. *Si enim Renibus ineſt facultas trahendi ſerum, tamquam familiare quiddam, Veſicæ fellis item, trahenda Bilis, Lieni trahenda Melancholia, Ventriculo trahe͂di cibos & potiones, ut priùs eſt oſtenſum: neceſſe eſt, reliquis etiam partibus omnibus, ineſſe vim trahendi id quod illis eſt familiare. lib. 2. de Nat. fac. cap. 1. 6. 7.*

43. *Secundò, quòd hic modus diſtributionis Alimenti optimus ſit, nihilq; inde ſequatur abſurdi: cùm econtrà, poſito alio quocunq;, abſurda multa cõſequa͂tur. e. g.*

Eraſi-

Eraſiſtratus rei evidentia motus, attractionem concedebat: Eam verò non familiaritate ſubſtantiæ, ſed τῇ πρὸς τὸ κενὸν ἀκολουθίᾳ, id eſt, fuga vacui fieri aſſerebat. Cōcludens quòd vacuato ex venis, aut alia aliqua parte, alimento, neceſſariò aut aliud in vacuati locum trahatur, aut vacuus locus relinquatur.

44. Sed Eraſiſtrateæ rationi repugnat: Primū quòd Diſiunctio, qua ille utebatur, non conſtet ſufficienti partium enumeratione: cùm liceat partem ſubſidere, ex qua aliquid vacuatur: nec proinde eſt neceſſe, aut attrahi aliud alimentum, aut locum vacuum permanere. Secundò, quòd eadem tractionis ratione conceſſa, ſequeretur neminem plethora laborare. Tertiò, quòd Venæ quidem ita poſſent nutriri: at non reliquæ partes, in quibus ſenſibilis cavitas nulla exiſtit. Quartò, quòd corpora extenuatorum ex longo morbo, reſtitui nequirent. ibid.

45. Fernelius vir Doctiſſ. ut approbat hanc Hippocraticām Diſtributionis Alimenti rationem: ita in potatoribus, non cenſet eam ſufficientem eſſe: quòd in ÿs ſpontaneo influxu etiam, potus in Venas & habitū Corporis ſeſe inſinuet, lib. 6. phyſiologiæ cap. 2. Sed hunc ipſius errorem confutavimus, in diſput. de ſanguificationis Inſtrumento, prop. 15. & ſequentibus.

46. Et hæ quidem ſunt Actiones, partium Corporis noſtri, quæ evidenter apparent demonſtranturq́ʒ ab eorundem Tractrice Facultate fieri. Iiſdem verò conſentiunt, etiam Actiones aliarum quarundam rerum externarum, cuiusmodi eſt ea, quæ à Magnete fit ferri attractio, à Succino attractio feſtucarū. lib. 1. cap. 14. e. li. 2. cap. 7. lib. 3. cap. 15. de Nat. fac. & alibi.

47. Item

47. Item triticum recens, de foſſam medio ſui Aquam in fictilibus exhaurit, & inde molem ac pondus acquirit. lib. 1. cap. 14. d. eiuſdem operis. Item Medicamenta quædam dantur, quæ tela & infixos Corpori aculeos extrahunt. quædam Venena ex Corpore vacuant, & quidem modò hæc ab his, modò illa ab alijs trahentibus Medicamentis, educuntur. ibid.

48. Purgantia deniq; Medicamēta, dum alia Bilem, alia Pituitam, alia Melancholiam præcipuè educunt, nónne demonſtrant, ineſſe ſibi tractricem eorūdem humorum facultatem? lib. 1. c. 13. b. de Nat fac. item in libro de purgant. Medic. fac. cap. 2. & ſequentibus.

De Facultate Concoctrice.

49. Facultas concoctrix, quæ Græcis πεπτικὴ, ἀλλοιωτικὴ καὶ ὁμοιωτικὴ, *id eſt, Concoctrix, Alteratrix & Aßimilatrix dicitur, demonſtratur ineſſe ſingulis partibus ſimilaribus, cùm à priori, tùm à poſteriori.*

50. A priori quidem, quia ſi hæc non eſſet, fruſtrà fieret attractio: atq; ita tolleretur Naturæ induſtria, de qua ante prop. 5. dictum eſt. Nam ut dicitur lib. 3. de Nat. facult. cap. 6. οὐδὲν τῶν ὄντων, ἕλκει τὶ δι' αὐτὸ τὸ ἕλκειν, ἀλλ' ἵν' ἀπολαύσει τοῦ διὰ τῆς ὁλκῆς συμπορηθέντος, *id eſt, Nihil eſt ex omnibus entibus, quod trahat aliquid, propter ipſam tractionem, ſed ut fruatur ea re, quam attrahendo acquirit.*

51. Quomodo autem poteſt pars quæq;, attracto humore meliùs frui, quàm ſi eo nutriatur? Aut quomodo poteſt eo nutriri, niſi eum ſibi aßimilet, cùm nihil aliud ſit

ſit nutritio, quam Ὁμοίωσις τοῦ τρέφοντος τῷ τρεφομένῳ, *id eſt, aſsimilatio nutrimenti ijs, quæ nutriuntur. lib. 1. de Nat. fac. cap. 8. 11. lib. 3. cap. 7. d g.*

52. Deinde, cùm omnia quæ ex Calido, Frigido, Humido, Siccoq́; Elemento conſtant, vim habeant agendi atq; patiendi: fieri non poteſt, quin Alimentum in quamcumq; partem attractum, aut agat in partem, aut ab ea patiatur, aut agat ſimul atq; patiatur.

53. In eo autem differat φαρμάκου δηλητηρίου τροφή, τὸ μὲν γὰρ κρατεῖ, τῆς ἐν τῷ σώματι δυνάμεως· ἡ δὲ κρατεῖται, *id eſt, Deleterium medicamentum Corporis noſtri vires ſuperet: Alimentum ab ijſdem vincatur. Non poteſt quicquam eſſe idoneum alimentum,* ὃ μὴ καὶ κρατεῖσθαι, *id eſt, ſi non ſimul etiam vincatur.* Τὸ κρατεῖσθαι δ' ἦν ἀλλοιοῦσθαι, *id eſt, vinci à Corporis noſtri viribus eſt alterari, & corpori aſsimilari: 3. de Nat. fac. cap. 7. d. g. & 3. de Temper. cap. 2.*

54. A poſteriori verò, demonſtratur Concoctrix Facultas, omnibus totius Corporis partibus ineſſe, ex ipſius operibus: quæ apparent, Primùm quidem dum Nutrix Facultas Auctrici miniſtrat, ut dictum eſt, præcedenti diſp. prop. 29. & ſequentibus. Secundò ab eo tempore, quo partes iuſtam magnitudinem conſequutæ ſunt, vſq; ad finem Vitæ: quo toto tempore efficit διαμονὴν, *i. ut permaneant, nec ſubſtantia earum diſsipetur: aſsimilando ſcilicet ipſis, id, quod affluit, Alimentum, ut prop. iam citata dictum eſt. 1. de Nat. fac. cap. 5 7. 8. 11. & 1. de tuenda ſanit. cap. 2.*

55. Quamvis enim Nutritio, etiam Attractrice, Retentrice & Expultrice utatur: tamen in eum finem ijs

utitur,

utitur, ut Aſſimilatrici inſerviant. Nam Attractrice cõparatur Materia. Retentrice eadem retinetur, ut poſſit aſſimilari, & Expultrice reijciuntur ea, quæ aſſimilari nequiverunt, quæq; obſtare & officere reliquarum Facult. Actionibus poſſent. 3. de Nat. fac. cap. 6.

56. Evidentiusq; adhuc apparent, Concoctricis Facultatis opera diviſim, in tribus gradibus mutationum Alimenti, qui tres Concoctiones appellantur. Vt enim Tertiæ concoctionis, opus eſt, Alimenti converſio, in ſubſtantiam cuiusq; partis, per totum Corporis habitum, ut compenſetur id quod diffluit. Corpusq; nutriatur: ita ubi hoc opus non perficitur, tabes, hydrops, & alia mox ſequantur. ibid & primo libro eiuſdem operis, cap. 11.

57. In Secunda autem concoctione, quæ perficitur in Hepate & Venis, habes ſanguinis maſſam, ex quatuor humorib. compoſitam, quæ ex Chylo tamquam Materia, proprio Hepatis temperamento conficitur. Vt primò quidem ipſummet Hepar inde nutriatur, deinde ex eo quod Hepati ſuperfluũ eſt, etiã reliquis partibus alimentum ſuppetat. 2. de Nat. fac cap. 8 f. cap. 9. f. & lib. 3. cap. 7.

58. Ex prima, quæ fit in Ventriculo, habes mutationem Ciborum in Chylum, proprio eiuſdem temperamento factam, adiuvante tamen vicinorum Viſcerum calore: nempe Hepatis, Lienis, Omenti, Diaphragmatis, Cordis. Quæ mutatio Alimenti in Chylum, in eum finẽ tendit. Vt Ventriculus, de eo, quod illic optimum eſt, ſibi aliquid aſſimilet: reliquum verò ſit idonea materia, ad quatuor humorum generationem. lib. 3. de Nat. fac. cap. 7. d. e. f.

59. Adverſus hæc Dogmata, eorũ qui Atomos defendebant,

debant, aliqui aſſerebãt Doctrinam de quatuor humorũ generatione, ad Medendum eſſe inutilem. Item fieri poſſe, ut Bilis cæteriq; humores, cùm cibis actu aſſumãtur, non in Corpore generentur. Item Ciborum Alterationem in Ventriculo, non fieri à Nativo Calore, ſed τῷ περιστέλλεσθαι καὶ τρίβειν, id eſt, conſtrictione Ventriculi circa cibos, quæ eos conterat, neq; proinde dici debere Elixationi ſimilem. 2. de Nat. fac. cap. 8. b. d. g.

60. Alij aſſerebant Concoctionem fieri τῷ σηπεῖν, id eſt, putrefactione. 3. de cauſ. ſympt. cap. 1. Cuius ſententiæ autorem, aſſerit Celſus in proemio, fuiſſe Pliſtonicum Praxagoræ diſcipulum.

61. Aſclepiades Concoctionem omninò negabat, eò quòd neq; ex Ructibus, neq; ex vomitu, neq; ex diſſectionibus, odor Ciborum qui meliores redditi eſſent, perciperetur, ſed potius Ventriculi odor ſentiretur. 3. de Nat. fac. cap. 7. g. Quæ omnia ut Varia ſunt, ita diffuſius ſunt à Galeno confutata, quâm ut hîc ea proponere, ſit opus.

De Facult. Retentrice & Expultrice.

62. Supereſt nobis Facultas Retentrix atq; Expultrix, quæ etiam omnibus partibus Corporis ineſſe demõſtratur, cùm à Priori, tùm à Poſteriori. Et à Priori quidem, probatur Retentrix ipſa potiſſimùm ex hiſce hypotheſibus I. Nutritionem fieri Alimento in ſubſtantiam Corporis converſo. II. Non poſſe converti in ſubſtantiam cuiuſq; partis Alimentum, niſi in eam ſit attractũ, per πρόσθεσιν appoſitum, & per πρόσφυσιν agglutinatum. III. Ad eademq; hæc perficienda, tempore opus eſſe, lib. 1. de Nat. fac. cap. 11. & lib. 3. cap. 1.

63. Qui-

Digitized by Google

63. *Quibus poſitis,ſic licet Ratiocinari. Si non inſit partibus Corporis noſtri ſingulis Retentrix facultas fruſtrà fieret Attractio deinde πρόσθεσις, πρόσφυσις καὶ Ὁμοίωσις fieri non poſſent, totáq; Nutritio tolleretur. Quod non modo falſum eſt, ſed etiam induſtriæ naturæ (de qua dictum eſt ſupra,prop.5. & ſequentibus) planè repugnat.*

64. *Conſequētiæ ratio hinc apparet:quòd ſi quæ materia,in partes corporis noſtri attracta , uſâē debeat apponi,agglutinari;& tandem per Aſsimilationē converti in earū ſubſtantiam:Retineri eam oportet,neq; hinc inde moveri:quod hac non fiāt,niſi p πολυχρόνιον μονὴν.i. longam moram. Præterea:cū tractio fiat fruitionis gratia:ἀπολαύειν οὐ δύνασθαι,μὴ κατέχον, i. nulla pars ,frui poterit attracta materia, niſi eam retineat.*

65. *A Poſteriori tàm Retentrix,quàm Expultrix facultas demōſtratur,propoſitis partib. quibuſdā corporis noſtri,in quib. utriusq; earū Actiones, tàm ſunt evidētes,ut ad ſenſum propè appareant:ex quib.deinde,idem ratiocinari queat de alijs,ſecundum hypotheſes ſupra prop.8. & ſequentibus propoſitas,ex cap.2.lib.3.de Nat.fac.*

66. *Partes verò,in quibus Retentio atq; Expulſio evidentiſsimè fiunt,illæ ſunt quæ maximas obtinent Cavitates,ut Vterus,Ventriculus,Veſica Vrinaria, Veſica Bilis & ſimiles. In his enim dupliciter apparent Retentricis atq; Expultricis Actiones. Primò quidem obſervantibus nobis , ea quæ fiunt in nobiſmet ipſis atq; alijs. Secundò per ſectionem earundem harum partium,in quibuſdam Animalibus , convenienti modo & tempore inſtitutam. eodem cap.2.4.libri 3.de Nat.fac.*

Digitized by Google

De Vtero.

67. Et in vtero quidem obſervant, ſenſuq́; percipiũt Retentricis facult. Actionem Mulieres. Primùm quidem initio conceptionis, quando iis κινουμένων τε καὶ συντρεχουσῶν εἰς ἑαυτὰς τῶν ὑστέρων αἴσθησις γίνεται, *i. percipitur motus quidam vteri, circà ſemen ſe conſtringentis idq; comprehẽdentis: à quo motu* καὶ τοῦ συλλαμβάνειν τὸ σπέρμα, ἡ σύλληψις, *i. & ſeminis comprehenſione, Conceptio apud Mulieres hoc nomen obtinuit. lib. 3. c. 3. de Nat. fac. & lib. 1. de ſemine cap. 2.*

68. Ex eodemq́; hoc motu vteri, Semen comprehendentis, vti ex eo, quod ſemen in vtero retineatur, quòdq; os illius conniuere ſentiunt: intelligunt mulieres ſe concepiſſe. ibid. præterea Hipp. initio libri de natura pueri: item 5. Aph. 51.

69. Ab eo tempore autem, aſtantes ibidem obſervãt, novem integris menſibus, retineri in vtero conceptum fœtum; ſentiuntq; idem gravidæ mulieres, motus infantium grandiuſculorum percipientes, donec, ad tantam magnitudinem perveniant, ut in lucem editi, vitales eſſe poſſint.

70. Vt verò, dum hæc peraguntur, in vtero officio ſuo fungitur facultas Retentrix: quieſcit autem ipſa Expultrix, ſopita perinde ac ſi nuſquam foret: Ita abſoluto iam fœtu, & ad iuſtam magnitudinem perducto, ceſſat è contrà ipſa Retẽtrix, & Expultrici locum dat, quæ inſurgens, partu ipſo fœtum expellit. 3 de Nat. fac. cap. 3.

71 Et motu utitur Contrario quàm Retentrix. Nam ut retinẽdo fœtum, conſtringit ſe circa eum undequaq; Vterus,

Vterus, Clauſumq́ obtinet orificium: Ita in eo Expellendo, Primùm ſenſim aperit Orificium: deinde conſtrictione partium circà fundum, fœtum protrudit per os vteri. ibid.

72. *Noveruntq́ hoc obſtetrices, quæ non priùs collocant mulierem in ſellam, quàm tactu deprehenderint, eò uſq́ aperiri iam uteri Orificium, ut tempus ſit, naturalem uteri functionem Expultricem, motu muſculorũ abdominis voluntario, adiuvari. ibid.*

73. *Et quemadmodum ceſſat Retentrix facultas, ab Actione, atq́ Expultrici cedit, ubi fœtus iam maturus fuerit: eò quòd deinceps non utile ſit, eum ampliùs in utero retineri: Ita etiam ob ſimilem cauſam ceſſat, & Expultrici locũ dat, ubi fœtus mortuus fuerit, aut aliâs, circà illius membranas, vitium aliquod extiterit: unde oriri ſolent tunc aborſus.*

De ventriculo & veſicis.

74. *In Ventriculo ſentiunt homines Retentricis ſimul atq́ Expultricis facultatis Actionem: evidentiſsimè quidem illi; quibus eſt Ventriculus imbecillior. Primùm ex fluctuationibus & fluctuantium ſonitu, quæ, poſt cibos potionesq́ ſumptas quamdiû percipiuntur, tamdiû arguunt, Retineri adhuc eos in Ventriculo. Et ubi deſinũt, ſignificant factam eſſe concoctionem, eaq́ abſoluta, deſcendiſſe per pylorum cibos in Inteſtina, ab expultrice Ventriculi protruſos. lib. 3. de Nat. fac. cap. 4. f.*

75. *Secundò ex gravitate & tenſione, quam ÿdẽ, circà regionem Ventriculi, poſt ſumptos cibos ſentiũt, lon-*

Digitized by Google

go tempore. Quæ ut interim dum percipiuntur, ſignificant Retineri cibos in Ventriculo: Ita poſtquam ceſſant, Argumento ſunt, perfectam eſſe concoctionem, & Expultricis Actione depulſam eſſe hanc concoctam materiam per pylorum. ibid.

76. Tertiò, adhuc evidentius ex eo, quòd aliqui cibos ſumptos ubi Ventriculus eos concoquere non poteſt, aliquot horas poſtquam fuêre devorati, ſenſim reÿciūt per vomitum: & hoc ipſo monſtrant, eos interim fuiſſe in Ventriculo retentos, iamq; Expultricis Actione ſurſum eſſe reiectos. ibid.

77. In ÿs verò qui cibum vel omninò faſtidiunt: vel aliquos cibos invitè coacteq́; devorant: ex eo quòd vix illos deglutire poſſunt: & poſtmodum Nauſea aut Vomitu infeſtantur: ut vides fortem Expultricis Ventriculi functionem: ita intelligis Attractricis eiuſdem, atq; Retentricis debilitatem. lib. 3. de Nat. fac. cap. 6.

78. Quòd ſi verò in debili Ventriculo, ineſſe apparet Retinendi atq; Expellendi facultas: multò magis neceſſe eſt, ut eadem firmo robuſtoq; Ventriculo inſint: & hoc ipſo firma ac valida eſſe intelliguntur, quòd ſuperiorū ſymptomatum nihil apparet.

79. In urinaria veſica ſentimus urinam ſenſim colligi, ac retineri: & tandem gravari nos, eiuſdem longiori retentione: ac proinde irritari ad eam excernendam. lib. 3. de Nat. fac. cap. 5.

80. Bilis veſicam attrahere ad ſe Bilioſum humorē, iam eſt demonſtratum prop. 24. & ſequentibus: excerni quoq; eundem humorem ex veſica, plerunq; in duodenum, ad alvum irritandam: aliquando verò etiam in Ven-

Ventriculum, ut quotidie Vomitu reijciatur: id ex vijs, ac veluti canalibus evidentibus, per quos hæc Excretio fit, ipſaq́ experientia conſtat. ibid. itemq́, 5. de Vſu partium cap. 4. præterea 2. de temper. cap 6 c. d.

81. Quòd ſi verò eadem veſica Attrahit & Excernit: neceſſariò etiam retinet ac fruitur. Primò quòd nihil trahit quicquam, niſi ut fruatur. cap. 1 & 6. lib. 3 de Nat. fac. Secundò, quòd ſi Attractionem Biliosi humoris in veſicam, immediate exciperet Excretio, nec fieret ulla Retentio eius: neceſſe eſſet ſecantibus nobis aliqua Animalia, parem quantitatem huius humoru ſemper inveniri in veſica: quod tamen non fit, ſiquidem aliquando vacua, aliquando medio modo affecta. cap. 5. eiuſdem libri.

82. Anatomica ſectione, deprehendes etiam ſenſibiliter, Retentricis ſimul & Expultricis functiones. Quippe diviſo peritonæo in animante vivo, & ſecundum Naturam ſeſe habente, comperies Ventriculum, poſt ſumptos cibos, circâ eoſdem, clauſo utroq́ orificio, arctiſſimè eſſe conſtrictum: uſq; adeò, ut ijs undequaq; uniri videatur. cap. 4. eiuſdem libri h.

83. Rurſumq́ ſi coniecto tempore concoctionis, poſt eandem abſolutam, peritonæum diviſeris: deprehendes aperta orificia, Ventriculum verò, expulſis in inteſtina ijs, quæ fuêre concocta, iam eſſe vacuum. ibid.

84. Similiter etiam uterus dum fœmina geſtat fœtũ, ſimili ſectione in aliquo Animante facta, deprehenditur, clauſo orificio, undiquaq; circa fœtum conſtringi. Perinde, uti etiam veſica urinæ circa lotium, & veſica bilis, circà bilioſum humorem. ibid.

Digitized by Google

85. *Quòd ſi ergo & in Vtero, & in Ventriculo, ac veſica utraq;, evidentiſſimè demonſtratur, ineſſe facultas retinendi ea, quæ tanquam familiaria in illorum cavitatem fuêre attracta: & expellendi ea, quæ ipſis ſunt onerosa: ſequitur utiq; ex hypotheſibus ante prop. 5. & ſequentibus poſitis, eaſdem vires, omnibus partibus corporis ineſſe.*

86. *Sed ſi hæ 4. facult.* Naturales, *inſitæ ſunt in omnibus partibus corporis: an non inferri poteſt,* Naturalem Facultatem, *quàm ſuprà* Ἐπιθυμιστικὸν vocavimus, *non eſſe verè inſitam* Hepati? *aut ex eo per venas in reliquas partes influere?* Huic *quæſtioni reſpondimus prop. 79. & ſequentibus primæ Diſputationis, de Animæ Humanæ Facultat. & functionibus.*

SOLI DEO GLORIA.

DO-

DOCTRINA

DE SPIRITIBVS,

QVIBVS ANIMA VTITVR ad functiones edendas:

Poſt diexodicam enarrationem, ſummatim in propoſitiones contracta, & ſtudioſis Medicinæ, exercitij publici gratia, Anno 1599. ad diſputandum propoſita.

Ad
Illuſtrem & Generoſum D. D. Ioannẽ Radziminski à Radzimin, D. Stanislai Podlaſiæ Palatini filium.

Reſpondente

DN. P. LAFRANCO LAZARONO Vulthureno Rheto.

Digitized by Google

Diſputatio I.

DE SPIRITIBVS.

THESIS I.

Ex ſeptem Phyſiologiæ partibus, (quas in Diviſione totius Artis Medicæ, recenſuimus initio Doctrinæ de Animæ Humanæ facultatib.) ſuperſunt nobis adhuc Spiritus ipſi de quorum natura deinceps diſſeremus.

2. *Vt verò eadem hæc noſtra Diſputatio, Studioſis utilior eſſe queat, certis capitibus illam cõprehendemus: & quæremus Primùm de Notione nominis. Secundò an ſit? Tertiò quid ſit? Quartò Cur, & cuius uſus gratia ſit factus Spiritus? Quintò quotuplex ſit? Deniq; quomodo generentur, & nutriantur Spiritus?*

Quid Spiritus nomine Medici intelligant?

3. *Quod Spiritum Latini, & Græci* πνεῦμα *nuncupant, id non eadem ſignificatione ubiq; Theologi, Philoſophi & Medici nuncupant. Philoſophi per Spiritum ferè, intelligunt Subſtantias Incorporeas, omnesq; Subſtantias dividũt in Corporeas & Incorporeas. Hinc Simplicius in prædicamento Subſtantiæ ſic inquit:* ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ μετὰ τὰ φυσικὰ δύο οὐσίας εἴπων, τήν τε νοητὴν καὶ τὴν αἰσθητὴν, *id eſt, Ariſt. in Metaphyſicis duplicem fecit Subſtãtiam, unam Intelligibilem, alteram Senſilem: nonnunquam tamen etiam utuntur hoc vocabulo ut Medici.*

4. Theo-

4. Theologi per Spiritus intelligunt itidem Incorporeas ſubſtantias, ſed tales ferè, quales ſunt Angelorum, bonorum aut malorum: de quibus dicitur Lucæ cap. ultimo. Πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, i. Spiritus carnem, & oſſa non habet.

5. Medici Incorporearum Subſtantiarum cognitionem nullam profitentur. Idcirco Galenus cùm alijs locis, tùm cap. 4. eius libri, quo docet Animi mores ſequi temperaturam: itemq́; lib. 5. cap. 5 de ſimplicibus medicamentis, fatetur ingenuè ſe ignorare, qualis ſit cùm Anima noſtra Rationalis, tùm aliarum rerum incorporearum eſſentia.

6. Itaq; Spirituum nomine, non incorpoream ſubſtantiam intelligunt: Sed corpoream, quæ tamen Corpus aliquod tenuiſſimum, rariſſimum, leviſſimumq́; obtineat, uſq; adeò, vt ex ea parte corporis, qua generatur, ceu ex fonte, in omnes totius corporis partes, faciliimè penetrare queat.

7. In quam ſententiam inquit Galenus cùm alibi, tùm lib. 3. de Natural fac. cap. 14. κουφότατον δ' ἐστι καὶ λεπτότατον ἁπάντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν τὸ πνεῦμα, δεύτερον δὲ ὁ ἀτμὸς, ἐπὶ τούτῳ δὲ τρίτον, ὅσον ἂν ἀκριβῶς ᾖ κατεργασμένον καὶ λελεπτυσμένον τὸ αἷμα, i. Leviſſimum ac tenuiſſimum eorum quæ ſunt in Corpore, primum omnium eſt Spiritus: ſecundò halitus, tertiò quod in ſanguine fuerit maximè elaboratum atq; extenuatum.

8. In eademq́; hac ſignificatione, qua Medici Spiritus Vocabulo utuntur, diſputavit etiam Ariſtoteles de eo, in libro περὶ ἐμφύτου πνεύματος, i. de Spiritu Animali-

bus inſito, ut initio eiusdem videre licet. Item lib. 2. de generat. Animal. cap. 3 aſſeruit, quòd cauſa fœcunditatis in ſemine ſit, ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογος τῷ τῶν ἀστρῶν στοιχείῳ, i. Natura quæ in ſpiritu exiſtit, ſimilis elemento ſtellarum.

9. Videturq́ue primum omnium Hipp. πνεύματος nomen huic ſubſtantiæ indidiſſe, ſumpta ſimilitudine ex Vento, qui etiam πνεῦμα vocatur: propterea ſcilicet, quòd ſicuti vim effectusq́ue venti ſentimus, ipſum verò non videmus: Ita etiam Spiritus, qui in corpore eſt, vires obſervamus, ipſum nullo ſenſu percipimus, ſed ratione ſola: vt apparet, cùm aliÿs locis, tũ ex libro de natura pueri, à p incipio & paulò poſt, vbi inquit, πνεύματά ἡμῖν πάντα ἐστὶν ἀφ᾽ ὕδατος, i. omnes Spiritus nobis ab aqua proveniunt.

An ſit in homine talis quædam ſubſtantia, qualem Spiritum vocari diximus?

10. Hiſce ita poſitis, videndum erit primò omnium, an ſit in Animalibus, præſertimq́ue in homine, talis quædam ſubſtantia corporea, qualem à Medicis Spiritum vocari diximus. Quia enim nullo ſenſu, Spiritum hunc percipimus, meritò inquirẽdum de rationibus & Argumentis, quibus perſuaſi Medici, talem in corpore ſubſtantiam dari pronuntiarunt.

11. Huius rei demonſtrationem ordiuntur Recentiores Medici, non ineptè ab Argumento Alexandri Aphrodiſæi, ex lib. 2. problem. 68. deſumpto, quo uſus etiam

Ferne-

Digitized by Google

Fernelius lib.4. Phyſiol. cap.2. Id ſumptum ex eſt naturâ Animæ ſimul & corporis noſtri, quorum illa eſt Incorporea & quaſi cœleſtis, hæc corporea denſa & ex quatuor Elementis compoſita.

12. Cùm autem nequeant coniungi aut uniri ſubſtantiæ, quæ toto genere differunt, niſi per medium aliquod utriuſq; naturæ particeps: neceſſum fuiſſe aſſerũt, talem ſubſtantiam, qualem Spiritus nomine intelligi diximus, dari in humano corpore, tamquam primum Animæ ſubiectum, cuius ratione, ea corpori copulari poſſet: & per quod ceu Vehiculum, eadem ex fonte, quo reſidet, facultates ſuas in ſingulas partes, edendarum functionum causâ, transmitteret.

13. Huic Rationi conſentit maximè hoc, quòd in cæteris rebus ferè vbiq; videamus, ea quæ planè diverſa natura ſunt, non niſi per intermedia quædam coniungi, quæ de utroque extremo, aliquo modo participent. Sic Cælum Terræ per Intermedia Elementa: & ex Elementis ipſis, illa quæ ſunt contraria, ut Ignis & Aqua, per Aërem copulari novimus. Item quæ partes ſunt molles, eæ duris per medias quaſdam iunguntur, ut cerebrum cranio per menyngas: idemq; ferè vbiq; apparet.

14. Argumentum iſtud elegans eſt & veriſimile: ſed neceſſariò tamen nihil concludit, propterea quòd ſicuti ignoramus, qualis ſit Animæ eſſentia: ita etiam à Priori ſcire non poſſumus, nùm corpori per Spiritum, an alio aliquo modo, uniri eam oporteat.

15. Galenus igitur neq; hac, neq; ſimili Ratione uſus eſt, ſed reſpexit ad Effectus ipſos, qui produci nequeunt,

unt, niſi talis quadam in Corpore ſubſtantia ſtatuatur: & ex ijs tamquam à poſteriori, infert Spiritus dari oportere: perinde ſcilicet ut Mathematici faciunt, qui Solis Eccentricitatem, & aliorum quorundam Planetarum Epicyclos conſtituunt, quia ijs ſublatis, ratio nulla dari queat eorum Accidentium, quæ circa eorundem planetarum motus apparent.

16. Qui ſunt igitur Effectus illi, quorum cauſa nulla dari queat præter Spiritus? Reſpondeo ex lib. 7. de Placitis, cap. 3. 4. lib. 12. Meth. cap. 5. lib 6. de uſu partiũ cap. 10. item cap. 5. libri de uſu Reſpirationis: Videre nos, Primùm homines aliquos, in Animi deliquium ſyncopémue incidere: nonnunquam ex Dolore: aliquando ob Timorem: quandoque ob nimium Gaudium: item ex Vigilijs aut labore nimio aliíſve cauſis Item quòd ex huiusmodi deliquijs, quidam rurſus ad ſe redeant, aliqui etiam moriantur.

17. Secundò, quòd ſi quis, Vivi Animantis Cerebrum vehementer vulneret, ut vulnus ad Ventriculorũ aliquem pertingat: aut aliàs, ſi ex ictu ijdem cerebri ventriculi collidantur, tunc mox Animal ſtupeſcere, ſenſu motuq́ privari cernimus. Ab eodemq́ ſtupore rurſus paulò poſt, idem Animal ſe recolligere, ſenſum motumq́ recuperare: niſi læſio fuerit vehementior, in poſterioribus præſertim ventriculis, aut ſenioribus Animalibus.

18. Tertiò nervos Opticos eſſe perforatos (quod in magnis Animalibus, mox poſtquam cæſa fuerint, evidenti claraq́ luce anatomicè ſectis, apparet. 7. de Placit. 4. a.) Item uno Oculo clauſo, pupillam alterius dilatari:

Digitized by Google

tari: moxq́; eodem aperto,redire eam ad priorem magnitudinem.

19. Quartò: in Cerebro eſſe Ventriculos & Cavitates quasdam manifeſtas. Itemq́; in Corde: præterea Arterias omnes duplicem tunicam obtinere.

20. Iam verò,quoniam,communi Medicorum Conſenſu Deliquia Animi ſunt lapſus omnium Virium, quibus ceſſant deſinuntq́; omnes functiones ut homo interim à mortuo nihil differat,niſi quatenus ſperatur poſſe rurſus excitari: & ſi non excitatur,mortuus eſt: Itaq; neceſſe erit ut dicamus, huiusmodi Actionũ omnium ſubitam ceſſationem, per Syncopem à præcedentium Occaſionum aliqua obortam fieri eò quòd perdatur Eſſentia aliqua,quæ erat Actionum cauſa: ſive ea ſit Cordis temperies:ſive ipſamet Anima, aut Animæ facultas in Corde conſiſtens: ſive humor aliquis qualiscunq; : ſive deniq; Spiritus.

21. Ob Cordis temperiem læſam,evenire iſta nõ poſſunt:quia temperies neq; ſubitò immutatur,neq; ſubitò reſtituitur. At Animi deliquia ſubitò invadunt, moxq́; etiam deſinunt. Idem ſentiendum eſt de humore, qualemcunq; quis ſtatuat eſſe cauſam functionum. Anima quoq; ipſa,aut eius facultas in Corde conſiſtens,non poteſt hîc fuiſſe deperdita:quia aliâs nulli ex deliquio animi reviviſcerent,nimirum quòd anima ſemel à corpore ſeparata,naturaliter ampliùs non redeat. Relinquitur ergo ut eveniant iſta,ob Spirituum Vitalium ſubitam diſsipationem:qui ut ſubitò diſsipantur perdunturq́;,ita mox regenerantur.

22. Stupor ille autem,& Motus Senſusq́; abolitiones, quæ

Digitized by Google

quæ ſuperveniunt vulneribus cerebri, ad Ventriculorum eius aliquem pertingentibus, aut eorundem Ventriculorum concuſsionibus, aut Colliſionibus: eveniunt itidem neceſſariò, aut propter ſolutam continuitatem, aut propter Cerebri temperiem læſam, aut humorem aliquem deperditum, aut Animam à Corpore ſeparatam, aut deniq; propter Spiritus diſsipatos.

23. Solutio Continui Cauſa huiusmodi ſymptomatum eſſe non poteſt. Primò quia idipſum facere debuiſſet, antequam ad Ventriculum aliquem perveniſſet. Secundò quia recuperatur ſenſus & motus antequam eadem ſanetur Ob Animæ ſeparationem à Corpore autem, non poſſe iſta fieri, inde patet, quòd Anima ſemel à Corpore ſeparata, uti priùs dictum eſt, non redit. Sed neq; humor etiam aut Temperies Cerebri, ſubitò aut immutantur, perduntur, aut ſubitò reſtituuntur. Relinquitur ergo ut iſta eveniant, ob diſsipatos Spiritus Animales, qui ut ſubitò diſsipari, ita mox regenerari poſſunt.

24. Nervorum deniq; Opticorum Cavitas, & Dilatatio pupillæ, quæ ſubitò fit in aperto oculo, poſtquam alter clauditur: ea cogunt te fateri, quòd influat in oculi aperti cavitatem internã, ſubſtantia quædam, quæ uveam tunicam diſtendens, pupillam efficiat ampliorem.

25. Eadem ſubſtantia, neque humor aliquis eſſe poteſt, eò quòd nulli humores aut ſubitò influere, aut momento temporis vacuari queant. At huiusmodi pupillæ dilatatio, & Conſtrictio fit in momento. Itaq; neceſſe eſt Animalem Spiritum eſſe, qui ubi unus oculus clauſus eſt, univerſus per poros opticos in apertum influit: & rurſum

ſum apertis ambobus, diviſim in ambos pervenit.

26. Et quamvis Argenterius, vir aliàs doctiſſ. ſuper cap. 9. Artis medicæ, fol. 430. aſſerat, hanc pupillæ dilatationem fieri à ſubſtantia, quæ ex Arterijs influat: tamen vehementer errat: quia ita non lucida fieret, oculi dilatati pupilla, ſed ruberet. Quicquid enim ex Arterijs prodit, eſt quidem Spirituoſus ſubtiliſq; ſanguis: ſed tamen ſanguis. At nos novimus Lucidos eſſe oculos, præcipueq; hoc apparet, in Animalibus noctu vagantibus.

27. Deniq; Cavitates ipſæ Cerebri, quæ Vacuæ nobis apparent, mortuorum Corpora ſecantibus: ea nobis ſignificant, quòd in Vivis ſubſtantia quædam continaretur tàm tenuis, ut poſt mortem facilè potuerit diſſipari: huiusmodi autem eſt Spiritus. Et denſitas ſubſtantiæ, duplexq; tunica Arteriarum, oſtendunt non ſolùm ſanguinem in ijs contineri, ſed Sanguine permixtam eſſe ſubſtantiam quandam Sanguine multò tenuiorem, quæ vtiq; diſſiparetur, ſi Arteriæ eſſent tàm tenues ſicuti Venæ.

28. Itaq; ex Galeno ſummatim ita probamus Spiritus eſſe. Quæ Cauſa poſita, reddi ratio poteſt, omnium eorum, quæ apparent, Accidentium atq; Effectuum: & quâ ſublata, ratio eorum nulla reddi poteſt: Illa rectè docentibus neceſſariò eſt ponenda. Poſitis Spiritibus, ratio reddi poteſt, omnium eorum, quæ jam commemoravimus: Effectuum & Accidentium, Iisdem verò ſublatis, nulla eorum ratio reddi poteſt. Ergo Spiritus, rectè docentibus ſunt ponendi.

29. Alexander Aphrodiſæus lib. 1. problem. quæſtione 60. inquit, ijs quibus facies percutitur, Ignem propterea

rea ante oculos apparere, quòd Spiritus Viſorius, percüſſione attenuatus, ardens quaſi in Aërem prodeat. Item quæſtione 69. eiusdem libri. Quibusdam è ſomno expergefactis, Lucem ante oculos apparere (quod Galenus etiam de ſeipſo teſtatur, lib. 7. de Placitis cap. 4.) eò quòd Spiritus ſomno condenſatus, diutiusq́; retentus, apertis poſt ſomnum oculis, affatim prodeat.

30. *Ioan. Argenterius Vir aliâs Doctiß. ſuper cap. 9. Artis medicæ folio 426. inquit multa dici à Galeno de Spiritibus, ſed ab eodem non probari quòd Spiritus ſint. At ſi Argumenta quibus ille probat Spiritum eſſe, expendamus; deprehendemus, ea partim eſſe Galenica: & quidem ex ijs, quæ jam ſunt à nobis propoſita. partim Galenicis longè inferiora.*

31. *Primum illius Argumentum ſic habet. Si mors ſupervenit magnis vulneribus, abſque Intemperiei calidæ aut frigidæ vllo indicio: ſequitur illius Cauſam eſſe Spiritus Vacuationem: & proinde Spiritum dari in Vivis neceſſe eſt. Alterum. Si Reſpiramus, dari oportet Spiritus: qui ex Aëre generentur. Tertium. Si Semen multo Spiritu abundat, Spiritus in homine ſunt. Quartum. Vbi eſt Calor & humor, illic neceſſe eſt Spiritus generari. Quintum. Non poſſet Calor, ex Corde, in omnes partes diſtribui, niſi eſſet Spiritus. Sextum. Animi deliquia, quæ superveniunt Timori, cæteriśq; Animi Affectibus, oſtendunt eſſe Spiritum, quo abſumpto ſyncope invadat: & quo mox reſtaurato, à ſyncope homines reſtituantur.*

Quid Spiritus ſit?

32. *Hactenus oſtendimus eſſe Spiritum in Animalibus:*

Digitized by Google

bus: deinceps quid ſit, inveſtigandum. Cæterùm Fernelius lib. 4. Phyſiolog. cap. 2. Spiritum definivit, Corpus Aethereum, Caloris Facultatumq́ſ ſedes ac vinculum, primumq́ obeundæ functionis Inſtrumentum. Montanus, Argenterio teſte, dixit Spiritum eſſe perſpicuam & lucidam ſubſtantiam. Ipſimet Argenterio ſuper cap. 9. Artis Medicæ fol. 428. Spiritus eſt exhalatio quædam, ex benigno ſanguine, & humore viventibus proprio aſſurgens. & paulò pòſt: Spiritus eſt vaporoſa ſubſtantia, quâ noſtrum corpus conſtat, vel utitur ad univerſas Actiones edendas.

33. In definitione Fernelij Primùm diſplicet, quòd Spiritum dicit eſſe Aethereum Corpus, id enim repugnat ei Argumento, quo ille ex Aphrodiſæo vtitur, ad probandum quòd Spiritus ſit. Nam ſi Spiritus, ut ſupra prop. 11. dicitur, eſt Medium quo Incorporea & cœleſtis Animæ ſubſtantia, denſæ corporis noſtri moli iungitur, non poteſt eſſe cœleſtis. Item ſi eſſet cœleſtis Spiritus, non nutriretur neq́ generaretur ex ſanguine & Aëre. Tertiò moveretur ut cœleſtia corpora, motu ſcilicet circulari. lib. 1. de cœlo cap. 2. At Spiritus vitalis, exempli gratiâ, tantùm movetur à centro ad circumferentiam, & à circumferentia ad centrum, unà cum Calore. lib. de Rigore cap. 6. & lib 2 de cauſis ſympt. cap. 5.

34. Idem Fernelius inquit Spiritum eſſe ſedem Caloris. At quod cœleſte eſt, non ſedes eſſe poteſt Caloris ex Elementis compoſiti. Eſſe enim Calorem noſtrum compoſitum ex Elementis, conſtat ex ijs, quibus oppugnatur: nempe frigore hyberno. At quod cœleſte eſt, non patitur ab Elementis. lib. 1. de generat. & Interitu cap. 7. item lib. 1. de cœlo cap. 3.

35. *Deinde Galenus lib.5.de Simpl.Medic.cap.9.f.cùm inter cætera ſic ait*, οὐδὲν κωλύει, καὶ τὴν αἱματικὴν οὐσίαν καὶ ἀερώδη, θερμὸν ἔμφυτον ὑπάρχειν ἅμα τῷ πνεύματι. *i. nihil prohibet, quin nativi Caloris nomine, intelligamus Aëream Sanguinis ſubſtantiam, vnà cùm Spiritu : non modò evidenter indicat, Calorem inſitum eſſe Elementarem, ſed inſuper Spiritum.*

36. *Item lib.12 Meth. cap.5. ait :* Εἰ λεπτυνθείη ποτὲ, περαιτέρω τοῦ δέοντος, ἡ τῶν διοικούντων ἡμᾶς πνευμάτων οὐσία, γίγνοιτ' ἀσθενὴς κατ' ἀμφότερα, καὶ ὡς ἀλλοιουμένη τὴν κρᾶσιν, καὶ ὡς εὐσκέδαστος καὶ εὐδιαφόρητος. *i. Si nimiùm quandoq́ extenuata fuerit, Spiritum nos gubernantium eſſentia, dupliciter redditur imbecillis, tùm quia à naturali temperie receſſit, tùm quia facilè exhalat ac diſſipatur. Quibus verbis vides, Galenum non habere Spiritus eſſentiam pro cæleſti : quia eorum quæ ſunt cæleſtia, nihil poteſt extenuari, craſſeſcere, aut à temperie immutari.*

37. *Sed obijcies forte: Cur ergo Ariſt. lib. 2. de generat. Animalium cap 3. de eodem Spiritu & Calore ſic loquitur?* πάντων μὲν γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει, ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον θερμόν. τοῦτο δὲ οὐ πῦρ, οὔτε τοιαύτη δύναμίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογος οὖσα, τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. *i. In omnium Animantium ſemine quippiam ineſt, quod efficit ut ſint fœcunda ſemina : nempe is qui dicitur Calor. Idem verò non eſt Ignis, neq́ talis aliqua vis: ſed qui in ſemine & ſpumoſo corpore continetur Spiritus, aut Natura quæ in Spiritu cõprehenditur,*

propor-

proportione reſpondens Elemento ſtellarum.

38. Reſpondeo. Ariſt. hic neq; Calorem nativum, qui in Animalibus eſt, neque Spiritum dixiſſe aut cœleſtem aut Aethereum, aut de Stellarum ſubſtantia ſumptum: ſed Naturam quæ in ſemine eſt, & in Spirituoſa ſeminis ſubſtantia conſiſtit, (quam lib. 1. de Nat. facult. cap. 6. nuncupat δύναμιν διαπλαστικὴν *Galenus) dixiſſe* Ἀνάλογον, *i. ſimilitudinem quandam habere cùm Elemento ſtellarum.*

39. Analogia autem illa conſiſtit in eò, quòd ſicuti Deo & rebus Divinis atq; cœleſtibus, ſummam ſapientiam attribuimus: ita novimus Διαπλαστικὴν δύναμιν, *omnia quàm optimè & ſapientiſſimè conformare, ut ibidem dicitur: præterea ſub finem libri de fœtus formatione: item in libris de Vſu partium ferè ubiq;. Averrhoes eadem Ariſt. verba, planè eodem modo explicat, ut nos.*

40. Argenterij definitioni repugnat primùm id quod ſuprà prop. 7. ex Gal. diximus, Spiritus nempe leviores eſſe, quàm ſit ulla exhalatio. Deinde quæ de eorundem generatione poſtea dicemus prop. 75. & ſequentib. Quòd ſi enim vitalis Spiritus generatur ex tenuiſſima ſanguinis portione, Aëri commixta: & ex vitali ſimul atque Aëre generatur Animalis: ſequitur, longè aliam eſſe ſubſtantiam Spirituum, quàm ſit exhalationis aut halitus.

41. Lucidam verò eſſe Subſtantiam Spiritus, ut dixit Montanus: Id de viſivo poteſt probari: quia oculos Lucidos efficit: & quidem uſq; adeò, in Animalibus quibuſdam, ut illa eodem lumine noctu poſſint videre. lib. 7. de Placitis cap. 7. Et dogma Platonis, de ratione videndi per emiſſionem luminis, quod traditur in Timæo, ubi

Digitized by Google

agitur de Hominis fabrica, & apud Galenum explicatur lib.7.de Plac.cap.5.6. 7.itemq; apud Plutarchum lib. 4. de Placitis philoſophorum cap. 13. eidem fundamento innititur. Vide etiam lib.10. de uſu partiũ cap. 6. ab initio.

42. De Spiritu tamen, qui in alia organa influit: præſertimq; de Spiritu vitali: id certò ſcire nequeas: multòq; minùs Vtrùm Spiritus Calidiſsimi, ut voluit Fernelius lib.3.Phyſiolog.cap.6.& Fuxius lib.1 Inſtitutionum ſectione 2.cap.6.nimirum quia tactu non percipiuntur: at Medicus, temperamenta eorum, quæ in humano corpore ſunt, tactû dijudicat.lib.2.de temper.cap 3.

43. Quid igitur dicemus Spiritum eſſe? Nempe Subſtantiam corpoream, tenuiſsimam, leviſsimam, maximeq; mobilem, à cordis cerebriq; inſita vi, ex convenienti materia genitam, vt ſit primum Animæ atq; eius facultatum, ad obeundas functiones Inſtrumentum.

44. Corpoream ſubſtantiam dicimus Spiritum eſſe, ut diſtinguatur à Spiritibus Incorporeis, de quibus Theologi & Metaphyſici agunt. Tenuiſsimam, leviſsimam, maximeq; mobilem: quia omnia hæc requiruntur ad functiones edendas: nempe ut momento temporis, ex ipſo fonte cùm facultate, ad ſingulas partes ferri queat: præterea quia hoc conſentit, cùm ijs quæ docuimus ſuprà prop.6.16. & ſequentibus.

45. Cordis atq; cerebri inſita vi, ex convenienti materia generari quoq; diximus Spiritus, quia vitales, ex tenuiſsima maximeq; elaborata ſanguinis portione ſimul cum Aëre, in Corde generantur. Animales autem efficit cerebrum, ex vitalibus magis elaboratis, atq; aëre: iuxta

iuxtà ea quæ dicuntur lib.7.de Placitis cap.3.

46. Primum deniq; Inſtrumentum ad Actiones edendas: quia ijs ſanis & integris, fiunt Actiones, ijſdemq; ſublatis aut diſſipatis mox ceſſant eadem, vt dictum eſt ſuprà prop.16. & ſequentibus.

Cur Spiritus ſint facti, & ad quos uſus?

47. Animam Rationalem hominis, Incorpoream eſſe atq; Immortalem, novimus ex Chriſtianæ noſtræ Religionis fundamentis, cùm alijs, tùm quia dixit ſervator noſter: Deus Abrahami, Iſaaci & Iacobi, Deus eſt viventium, non mortuorum. Matth.22.

48. Plato ferè idem dixit, cùm alijs locis, tùm in Timæo, agens de Hominis generatione paulò ante diſputationem, quæ de modo viſionis inſtituitur, ſic inquiens: τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν, εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον, *i. Dij Immortales Animæ periodos indidêre corpori influenti atque effluenti.*

49. Ariſtot. de noſtra mente idem aſſerit, cùm alibi tùm lib.2.de generat. Animal. cap.3. poſt longam diſputationem ſic concludens: λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ, κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. *i. Relinquitur ergo, ut ſola mens noſtra forinſecus corpori adveniat, divinaq; ſit, quia illius functioni, non immiſcet ſe Actio Corporalis: ſive, ut in ſcholis loquuntur, quia eius Actio, fit ſine Inſtrumento Corporeo.*

50. Hoc ita poſito, dicimus, quod antè quoq; prop. 12. & ſequentibus attigimus. Quæ divina ſunt & incorpo-

Digitized by Google

agitur de Hominis fabrica, & apud Galenum explicatur lib.7.de Plac.cap.5. 6. 7. itemq́; apud Plutarchum lib. 4. de Placitis philoſophorum cap. 13. eidem fundamento innititur. Vide etiam lib.10. de uſu partiũ cap. 6. ab initio.

42. *De Spiritu tamen, qui in alia organa influit: præſertimq́; de Spiritu vitali: id certò ſcire nequeas: multòq́; minùs Vtrùm Spiritus Calidiſsimi, ut voluit Fernelius lib.3. Phyſiolog.cap.6. & Fuxius lib.1 Inſtitutionum ſectione 2.cap.6. nimirum quia tactu non percipiuntur: at Medicus, temperamenta eorum, quæ in humano corpore ſunt, tactũ dijudicat. lib.2. de temper. cap 3.*

43. *Quid igitur dicemus Spiritum eſſe? Nempe Subſtantiam corpoream, tenuiſsimam, leviſsimam, maximeq́; mobilem, à cordis cerebriq́; inſita vi, ex convenienti materia genitam, vt ſit primum Animæ atq́; eius facultatum, ad obeundas functiones Inſtrumentum.*

44. *Corpoream ſubſtantiam dicimus Spiritum eſſe, ut diſtinguatur à Spiritibus Incorporeis, de quibus Theologi & Metaphyſici agunt. Tenuiſsimam, leviſsimam, maximeq́; mobilem: quia omnia hæc requiruntur ad functiones edendas: nempe ut momento temporis, ex ipſo fonte cùm facultate, ad ſingulas partes ferri queat: præterea quia hoc conſentit, cùm ijs quæ docuimus ſuprà prop.6.16. & ſequentibus.*

45. *Cordis atq́; cerebri inſita vi, ex convenienti materia generari quoq́; diximus Spiritus, quia vitales, ex tenuiſsima maximeq́; elaborata ſanguinis portione ſimul cum Aëre, in Corde generantur. Animales autem efficit cerebrum, ex vitalibus magis elaboratis, atq́; aëre: iuxta*

Digitized by Google

ixtà ea quæ dicuntur lib.7.de Placitis cap.3.

46. Primum deniq; Inſtrumentum ad Actiones eden-
us: quia ijs ſanis & integris, fiunt Actiones, ijſdemq;
ıblatis aut diſſipatis mox ceſſant eædem, vt dictum eſt
ıprà, prop.16.& ſequentibus.

Cur Spiritus ſint facti, & ad quos uſus?

47. Animam Rationalem hominis, Incorpoream eſſe
q; Immortalem, novimus ex Chriſtiana noſtra Religi-
is fundamentis, cùm alijs, tùm quia dixit ſervator no-
r: Deus Abrahami, Iſaaci & Iacobi, Deus eſt viven-
ım, non mortuorum. Matth.22.

48. Plato ferè idem dixit, cùm alijs locis, tùm in Ti-
ꝫo, agens de Hominis generatione paulò ante diſputa-
nem, quæ de modo viſionis inſtituitur, ſic inquiens:
ς τῆς ἀθανάτȣ ψυχῆς περιόδȣς ἐνέδȣν, εἰς ἐπίῤῥυτον
μα καὶ ἀπόῤῥυτον, i. Dij Immortales Animæ periodos
lidêre corpori influenti atque effluenti.

49. Ariſtot. de noſtra mente idem aſſerit, cùm alibi
n lib.2.de generat. Animal. cap.3. poſt longam diſpu-
ionem ſic concludens: λείπεται δὲ τὸν νȣ̃ν μόνον θύραϑ
ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. ȣ̓δὲ γὰρ αὐτȣ̃ τῇ ἐνεργείᾳ,
νωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. i. Relinquitur ergo, ut ſolà
ns noſtra forinſecus corpori adveniat, divinaq; ſit,
ia illius functioni, non immiſcet ſe Actio Corporalis:
e, ut in ſcholis loquuntur, quia eius Actio, ſit ſine In-
umento Corporeo.

50. Hoc ita poſito, dicimus, quod antè quoq; prop. 12.
ſequentibus attigimus. Quæ divina ſunt & incorpo-

V 3 rea,

rea, non poſſunt mortali denſoq́ corpori, abſq; medio aliquo uniri: aut in craſſo, atq; ex quatuor elementis compoſito corpore, Actiones aliquas ſine medio aut Inſtrumento aliquo edere. Itaq; facti ſunt Spiritus, tanquam mediæ cuiusdam naturæ, ut ſint primum Inſtrumentum, per quod Anima functiones edat in corpore.

51. Cui Rationi conſentiunt Effectus illi omnes, ex quibus, antè prop. 15. & ſequentibus, oſtenſum à nobis eſt, dari oportere talem quandam ſubſtantiam, qualem Spiritum definivimus. Quomodo enim aliâs, abſq; ulla ſolutione continui, aut evidenti aliqua Temperamenti læſione, aut ullo Inſtrumentali morbo, ſubitò omnes Actiones aboleri poſſent, per ſyncopem ex aliquo Animi Affectu incidentem: niſi eſſet tale quoddam primum Inſtrumentum Actionum, quod ſubitò diſſipatũ, Actiones tollat: & mox regeneratum, eaſdem edat?

52. Rectè igitur Galenus, ipſo medendi uſu edoctus, lib. 12. Meth. cap. 5. ad præſervandos homines ab animi deliquijs, quæ per graviſſimos morbos incidunt, mortiś periculum afferunt, duobus præſidijs utitur: nempe conſervatione Spirituum in Naturali ſtatu, & ſolidarum partium temperamento & inter cæterà de ijs ibidem ſic loquitur: ἡ ὐσία τῶν διοικὑσων ἡμᾶς δυνάμεων. ἔν τε τῷ πνεύματι, καὶ τῶν στερέων σωμάτων ἐστὶ κράσει, i. Facultatum nos gubernantium eſſentia, in Spiritu & ſolidarum partium Temperamento conſiſtit.

53. Et 6. Epidem. com. 5. tex. 5. Cùm varias ſententias veterum propoſuiſſet, de modo, quo ab Hipp. dicatur Anima hominis, ἀεὶ φύεται, id eſt. ſemper fit: tandem concludens ſic loquitur: Κρεῖττον εἶναι νομίζω τοῖς ἰατροῖς, ἐπι-

ςκαθαι

σασθαι ψυχῆς οὐσίαν. Ἀρκεῖ γὰρ γιγνώσκεσθαι, ὡς ἡ κατὰ φύσιν κρᾶσις τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ τοῦ κατὰ τὰς κοιλίας αὐτοῦ πνεύματος, ἄχριπερ ἂν διασώζηται, ζῆν δυνάμενόν ἐστι τὸ ζῶον. i. Non neceſſe eſt Medico, ut cognoſcat quæ ſit Animæ eſſentia: ſed ſufficit illi ſcire, quamdiû conveniens cerebri temperies, vnà cum Spiritu in illius ventriculis contento ſervatur: vivere poſſe Animal. Sicuti, è contrà, mori, ſiquidem horum alterum perierit.

54. Et ſub finem libri de uſu Reſpirationis, concludens totam illam diſputationem, ait: Cùm neceſſe ſit, cerebrum continere in ſe Animæ eſſentiam, quicquid illa ſit: conſtat ſimul etiam, indigere eam Inſtrumento quodam ad Actiones: ſiquidem ipſa impatibilis ſit: Vnde etiam contingat, ut patientibus primis eiusdem Animæ Inſtrumentis, ipſa per mortem à Corpore ſeparetur. Neceſſumq; eſſe Animali, ut ſive conſtitutio cerebri, ſive Spiritus in eo contentus, ſive ſolus Calor corrumpatur, morti ſuccumbere.

55. Item lib. 7. de Placitis cap. 3. ſic ratiocinatur. Quia detracto anatomicè capitis oſſe, in vivo Animante: deinde ablata craſſa menynge: tertiò, vulnerato cerebro: non priùs tamen læditur ſenſus & motus, quàm vulnus ad aliquem ventriculorum penetrârit; aut quàm aliquis eorum collidatur; Sed ubi aut vulnus ventriculorum aliquem attigerit; aut eorundem aliquis, ex alia quacunq; cauſa collidatur: ſubitò ſtupeſcit Animal, & ſenſu motuq; privatur: Idcirco neceſſe eſt. Spiritum qui in iiſdem ventriculis continetur, quiq; iiſdem vulneratis aut colliſis diſsipatur, eſſe Animam, aut primum Animæ Inſtrumentum.

 56. Tam-

Digitized by Google

56. *Tamquam ſi ita colligas. Qua cauſa poſita, fiunt recte ſenſus & motus & qua amiſſa, ijdem ſubitò abolentur, eam neceſſe eſt, aut Animam ipſam eſſe, ceu cauſam omnium functionum: aut Animæ primum Inſtrumentum, quo ad agendum illa utitur. Spiritibus integris, fiunt in Animalibus, Senſus & Motus: ijſdemq; diſſipatis, mox abolentur. Spiritus igitur aut ſunt ipſa Anima, aut primum ipſius Inſtrumentum.*

57. *Et ſiquidem ij, qui ex huiusmodi Vulneribus, aut Colliſione Ventriculorum Cerebri, ſtupore corripiuntur, omnes ſimul etiam morerentur tùm conijcere quis meritò poſſet, eoſdem hos Spiritus eſſe ipſam Animam, quæ per talia vulnera, aut Colliſiones è Corpore vacuata, mortem attuliſſet Sed quia non omnes moriuntur ſimul ac ſubitò, ubi ex huiusmodi ſtupore fuêre correpti: ſed recollectis Spiritibus, plurimi illorũ paulò poſt iterum ſentiunt & moventur: Idcirco dicendum, eoſdem Spiritus non eſſe Animam ſed primum illius Inſtrumentum.*

58. *Stoici ob eaſdem haſce Cauſas, hunc Spiritum Animam eſſe pronuntiarũt, ut docet Gal. lib. 5. de Simpl. med. cap. 9 quo loco, idem adhuc videbatur dubitare, nùm eundem Spiritum cùm Stoicis Animam pronuntiare oporteret: an illius primum Inſtrumentum?*

Quotuplex ſit Spiritus?

59. *Diximus, qua ſignificatione Spiritus à Medicis accipiatur: Deinde quæſivimus, An ſit? Quid ſit? & cur ſint in humano corpore Spiritus? Supereſt ut porrò qua-*

Digitized by Google

quæramus, unicúsne ſit, an plures Spiritus? item quomodo iidem generentur & nutriantur? Hac de re dicimus: Recentiorum Medicorum, qui maximè excelluerunt, triplices ferè eſſe ſententias. Alij enim eorum, dividunt Spiritus in Inſitos atque Influentes. Inſitos verò eos vocant, qui ſingulis partibus Similaribus natura ingeniti ſunt: quorum tot ſint differentiæ, quot partium ſimilarium exiſtunt Species. Influentes nominant, qui à tribus Principiis, Cerebro, Corde, atque Hepate, in omnes partes influant, ingenitosq; eorum Spiritus excitent, conferendo iis ab Hepate Naturalem, à Corde Vitalem, & à Cerebro facultatem Animalem.

60. Alij præter Inſitos Spiritus, binos tantùm ponunt Influentes, Animalem ſcilicet & Vitalem: Naturalem ullum eſſe negant. Alij deniq; Vnicum Spiritum Influentem eſſe aiunt: Qui tamen ſubſtantia unus exiſtens, quandoq; Animalis, quandoq; Vitalis, quandoq; Naturalis dici queat: prout inſervit Actioni Animali, Vitali, aut Naturali.

61. Qui primam ſequuntur ſententiam, ad Inſitos Spiritus comprobandos, nituntur iis, quæ Galenus lib. 5. de ſimplic. Medic. cap. 9. dicit, ut ſequitur: περιέχεσθαι μὲν ἐν ἅπασι τοῖς τοῦ ζώου μέρεσι τοῦτο τὸ πνεῦμα φαμέν. οὐχ ὅμοιον δὲ εἶναι πανταχόθι, καθάπερ οὐδὲ τὸ αἷμα ἀναγκαῖον. Περιέχεσθαι δὲ κἀν ταῖς κεναῖς χώραις, οὐκ ὀλίγην οὐσίαν αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ οἷον ὕλην τινά, ἤδη μέντοι πρός γε τὰ φυσικὰ τῶν ἔργων ἱκανῶς συντελοῦσαν, *id eſt, Contineri dicimus in omnibus partibus Animalis Spiritum hunc: non neceſſe eſt tamen, ut ubiq; ſimilis*

Digitized by Google

ſit uti neq; ſanguis ubiq; ſimilis eſt. Et contineri dicimus etiam, in vacuis ſingularum partium ſpacijs, non exiguam eius ſubſtantiam, ſeu potiùs materiam illius generationi Idoneam, quæ etiam per ſe Naturalib. functionibus edendis ſit Vtilis.

62. Deinde, nituntur etiam illis, quæ ab eodem Galeno dicuntur 1. Aph.15. nempe, Τρία δ' ἦν ταῦτα σώματα, τὰ τὴν ἀρχέγονον ἡμῶν ὀυσίαν συμπληρῦντα, πνεῦμα, καὶ αἷμα, καὶ ἡ ὀρρώδης ὑγρότης, *id eſt, Tria erant Corpora, quæ primigeniam ſubſtantiam noſtram conſtituerunt: Spiritus, Sanguis, & Seminalis humiditas: hunc enim ſpiritum contendunt inſitum eſſe, non influentem.*

63. Primam hanc ſententiam ſequitur etiam Fernelius, lib.4. phyſiol. cap.10. Et ex Influentibus Spiritibus, verè etiam dari oportere Naturalem, de quo Galenus dubitavit, ſic probat. Cui parti ineſt facultas quædam toti corpori communis, & ex eadem omnibus alijs partibus influens: in ea Spiritum quendam ſimul conſtitui oportet, cùm quo facultas, tanquam vehiculo diſtribuatur. In Hepate eſt Naturalis facultas. Ergo &c.

64. Qui præter Ingenitos, tantummodo binos ponunt Influentes Spiritus: ij negant dari ullum Spiritum Naturalem: varijsq; argumentis ſententiam ſuam comprobant: cuiuſmodi multa annotavit Fuxius lib. 1. Inſtit. ſect. 8. cap.2. quorum præcipua ea ſunt, quæ hîc ſequuntur.

65. I. Cùm omnibus partibus inſit facultas Naturalis Attractrix, non opus habuit Hepar Spiritu, quo ceù vehiculo, facultas unà cùm nutrimento in ſingulas partes veheretur. II. Nulla dari poteſt materia, generando

Digitized by Google

rando Naturali Spiritui apta, quæ proportione reſpondeat ei, ex qua Vitalis atq́ Animalis generantur. III. *Non ſunt in Hepate Cavitates, ijs ſimiles, quæ ſunt in corde aut cerebro, ut ſint Spiritus conceptacula.* IV. *Venæ ſimplici tunica conſtant: nec proinde commoda via eſſe queunt, ad Spiritum aliquem deferendum.* V. *Idem Spiritus eſſet ſuperfluus, cùm vitali Spiritu, à Corde profluente, ſufficienter omnes partes vegetentur.*

66. *Tertia ſententia, eſt imprimis Ioannis Argenterij, qui ſuper cap 9. Artis medicæ fol. 428. cùm multa adverſus Galenum, aſſerentem quòd Animalis Spiritus facilè demonſtretur, Vitalis difficiliùs, effudiſſet: tandem negat, à Galeno Spiritum Animalem ullo modo fuiſſe comprobatum, aut omninò eſſe Animalem aliquem Spiritum. Cui nos brevitatis causâ opponimus Argumenta, à nobis prop. 15. & ſequentib. ex eodem Galeno deprompta.*

67. *Idem verò etiam contendit, omninò fieri nō poſſe, ut plures ſint diverſiq́ Spiritus: ſive bini, ſive terni: tamquam Inſtrumenta ad functiones edendas.* I. *Quia per ſomnum & vigiliam confunderentur, nec poſſent à ſe invicem explicari.* II. *Quia Innatum Calidum Vnum eſt: Vnicum quoq́ Spiritum eſſe oportere.* III. *Vt Vna eſt Sanguinis maſſa, pro omnium partium nutrimento: ita Vnus etiam eſt Spiritus.* IV. *Vnum Inſtrumentum ad plures Actiones ſufficit: ergo etiam Vnus Spiritus.* V. *Si Ingenitus Spiritus Vnus eſt: Vnus quoq́ eſt Spiritus influens.*

68. *Vnicum igitur aſſerit eſſe Spiritum Influentem,*

eundemq́

Digitized by Google

eundemq́ in Corde generari, & ex eo per Arterias in omnes partes diſtribui. Sed poſſe tamen eundem illum, qui Vnus eſt ſecundùm Speciem, quatenus edendis Animalibus Actionibus inſervit, Animalem vocari: Vitalem verò, quatenus Vitalibus: & Naturalem, quatenus inſervit Actionibus Naturalibus.

69. Quid igitur nobis, ex Galeni ſententia, de tot tamq́ diverſis opinionibus dicendum? Reſpondeo. Primùm, quod Argenterium attinet, eius Argumenta valde eſſe levia: & eorum primo, obſtare modum, quo Spiritus & facultas ex principio in ſingulas partes influit: qui ſemper habet eſſentiam in fieri, & momentaneo quodam influxu, quo fertur in partes omnes, perinde ut lumen à Sole per Aërem. lib. 7. de Placit. cap. 4. h. cap. 5. e. Et ſi ita res habet, quomodo quis hanc Cōplicationem Spirituum Argenterianam, vel mente concipere queat?

70. Ad Secundum dicimus: quòd ſi per Calidum innatum, intelligenda ſit in quaq; parte proprietas temperamenti, quæ eſt Actionis Cauſa: tunc ut quævis pars, ad aliam atq; aliam Actionem facta, aliam quandam obtinet ἰδιοσυγκρασίαν*, quæ tamen à Cordis Calore fovetur: ita aliarum partium aliud eſſe Calidum innatum. Vide 8. de Placitis cap. 7. Idemq; pronuntiandum, ſi per Calidum innatum intelligas* τὴν αἱματικὴν οὐσίαν καὶ ἀερώδη*, id eſt, Aëream ſanguinis benigni partem, ut videtur facere Galenus 5. de Simpl. Medic. facultat. cap. 9. f. & 1. Aph. 14. item contra Lycum cap. 7.*

71. Ad Tertium, Quartum & Quintum, eſt etiam

una

una eademq́; Reſponſio. Nam eſt vna ſanguinis maſſa: ſed quæ conſtat quatuor humoribus: & ex qua quælibet pars trahit id quod eſt familiare. Item, Vnum Inſtrumentum inſervit pluribus functionibus, non tamen quibuslibet. Ventriculus enim Verbi gratiâ, Cibum appetit, retinet, concoquit, non tamen ſanguinem generat, aut eundem in Lac convertit. Ingenitos deniq; Spiritus qui ponunt, eorum tot faciunt ſpecies, quot ſunt partium ſimilarium differentiæ.

72. Quæ etiam prop. 65. afferuntur contra Naturalem Spiritum, probabilia magis ſunt quàm certa. Itaq; nos de Spirituum numero, ita pronuntiamus. Quia Galenus lib. 7. de Plac. cap. 4. g. manifeſtè inquit, ſe neſcire, Vtrùm in Nervis ſint quidam Spiritus ingeniti, qui ab Influente Animali excitentur, An verò omnis Motus Senſusq́; fiat, ab ea facultate, quæ cum Spiritu à principio ſubinde immittitur: Idcircò quod ille de Nervis: id nos ſimul de omnibus partibus ſimilaribus pronuntiamus: non poſſe ſciri ſcilicet certò, Vtrùm in ſingulis ſint inſiti atq; ingeniti Spiritus: neq; etiam hanc quæſtionem, ad medendi Methodum quicquam conducere.

73. Et quamvis idem lib. 5. de Simplicib. Medicam. cap. 9. cuius verba antè prop. 61. produximus, videatur hos inſitos Spiritus conſtituere: tamen ſi eum rectè expenderis: videbis illic loqui Galenum dubiè, & aſſerere quòd in ſingulis partibus, ſint aut Spiritus, aut materia quædam Spirituum, ad Naturalia opera conducens.

74. Similiter quia idem Galenus, quoties de Naturali Spi-

li Spiritu loquitur, toties dubiam illius facit mentionem: Et ſi quis ſit Naturalis Spiritus: eum in Hepate conſiſtere dicit, ut vides cùm alibi, tùm 12. Meth. cap. 5. Itaq; nos Galeno hic doctiores eſſe nolumus: & pronuntiamus, Animalem Spiritum evidentiſſimè demonſtrari: Vitalem difficiliùs: quâ de re egimus antè prop 10. & ſequentibus. De Naturali autem, nihil nobis conſtare dicimus.

De Spiritus Vitalis & Animalis generatione & nutritione.

75. Supereſt ut tandem agamus de Generatione & Nutritione Spirituum eorum, quos in humano corpore eſſe conſtat, & quorum Ratio ſit habenda in medendo: propter Effectus ſcilicet eorum ſtupendos, de quib. prop. 16. & ſequentibus dictum eſt. Huiuſmodi autem ſunt, Spiritus Animalis, & Vitalis.

76. Ac Vitalis quidem Spiritus generatur præcipuè quidem in Corde, deinde etiam in Arterijs, ex tenuiſſimâ & vaporosâ quaſi ſanguinis portione, unà cum Aëre attracto per Reſpirationem. Et ſicuti ex tali Materia generantur: ita ex eadem nutriuntur. lib. 7. de Placit. cap. 3. e. item 12. Meth. cap. 5. b. c.

77. Animalis generatur in Cerebro: partim ex Spiritu Vitali, in plexu ſive Reticulari, ſive χοροειδεῖ utroq;, ampliùs elaborato: partim ex Aëre, inter reſpirandum per Nares attracto intra Calvariam, ut locis iam citatis dicitur. Tantumq; uſum ſuppeditat idem Aër inſpirando attractus, ad Animales Spiritus fovendos atq; generan-

Digitized by Google

nerandos, ut Galen. cap. 5. libri de uſu Reſpirat. exemplo demònſtravit, quòd Arterijs circa collum vinculo interceptis, Animal tamen toto die Motum Senſumq́ integrū conſervare poſſit.

78. Conſentiunt hiſce omnibus, quòd ſicuti ad ſalubritatem vireſq́ conſervandas, Aëris bona conſtitutio, quæ planè ſit pura, ventiſq́ perſpirabilis, nulla maligna qualitate, aut craſſis halitibus infecta, in omni Aetate utiliſſima eſt, ut dicitur lib. 1. de tuenda ſanit. cap. 11. Ita rurſus cauſæ, quæ vires maximè deſtruunt, Spiritusq́ corrumpendo Syncopem accerſunt, in duobus maximè conſiſtunt, vitioſis ſcilicet ſuccis, & Aëris malitiâ. 12. Meth. cap. 5.

(:)

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

PATHO-

Digitized by Google

PATHOLOGIÆ PARS PRIMA,

De

Sanitatis ac Morbi Eſſentia, primisq; Morborum Generibus.

Ex

Diexodica enarratione Libri de Morborum differentijs, ſummatim contracta in propoſitiones, ad diſputandum Anno 1601. propoſita.

Ad Generoſos Nobiliſs. Iuvenes, D. Ericum & Georgium Brahe, Fratres: Itemq; D. Falconem Brahe, eorum patruelem.

Reſpondentibus,

D. Wenceslao Cavino Auſterlicenſe Moravo.
D. Jacobo Behrnavero Brunenſe Moravo.
D. Joanne Gigante Lugdenſe Weſtphalo.

De

Digitized by Google

De Morbi Sanitatisque Eſſentia, ac primis generibus morborũ,

Diſputatio I.

Quomodo ad Phyſiologiam Pathologia ſe habeat?

THESIS I.

SVperioribus diſputationibus oſtenſum eſt, quænam ſit conſtitutio Hominis. Nempe ex qua Materia, cùm primaria, tùm ſecundaria: quibus item eiuſdem Materiæ alterationibus, omnes partes corporis formentur? Ad quos uſus ſint factæ? quibus facultatibus ſint præditæ? Quibus cauſis Inſtrumentisq; operentur, communiq; totius ſtructuræ uſui accommodentur? Quorum omnium cognitio Phyſiologia nuncupatur.

2. Eadem hæc ſi per ſe ſola cognoſcatur, Philoſophica magis eſt quàm Medica. Sin verò referatur ad inveſtigandum, Qualiter ſeſe habentibus ijs, quib. Homo cõſtat, Elementis, Humoribus, Temperamentis, Partibus, Facultatibus ac Spiritibus, Homo ſanus eſſe poſsit, aut ægrotus? tunc demum eſt ſolidum totius Medicinæ fundamentum.

3. Hæc ipſa verò pars Medicinæ, quæ à Phyſiologia tamquam poſito fundamento exorditur, & hoc quod commemoravimus, ſuperſtruit, Pathologia nũcupatur.

Cuius Scopus eſt, generatim quidem is, quem recenſuimus: Particulatim verò, ut in Aegra conſtitutione, quæ ſanitatem læſam ſequitur, Primò Morbi Eſſentia, cùm præcipuis ſummiſq; ſuis generibus enarretur. Secundò Primariæ cauſæ, morborum generibus accommodatæ explicentur. Tertiò ut etiam Symptomata, quæ ex morbis conſequuntur, eorundemq; cauſæ, certis generibus diſtincta doceantur.

4. Eandem Medicinæ partem Galenus cùm alijs locis, tùm ex profeſſo, ſed compendioſè, totam perſequutus eſt ſex libris, qui de differentijs & cauſis Morborum & Symptomatum inſcribuntur: à quorum primo nos exorſi, dicimus: Cognoſcendum eſſe hîc, I. Quid ſit morbus? II. Quot & quænam ſint prima ac ſimpliciſſima Morborum genera? III. Quænam ſint præcipuæ cuiusq; horum generum differentiæ, cùm ſimplices, tùm compoſitæ? cap. 1.

Quid ſit Morbus & quid item ſanitas?

5. Eſſentia Morbi non cognoſci poteſt, niſi priùs cognoſcatur eſſentia Sanitatis. ſiquidem Ἀδύνατον περιλαβεῖν ὁροίστισι, τὴν ἀπειρίαν τοῦ παρὰ φύσιν, χωρὶς τῆς τοῦ κατὰ φύσιν γνώσεως. i. fieri nequit, ut comprehendas infinitam Naturam, eius quod præter naturam exiſtit: niſi præcognoſcas Quale id ſit, quod ſecundùm naturam ſe habet. lib. 1. de dyſpnea cap. 1.

6. Sanitatis Cognitionem verò inchoare oportet, ex modo, quo omnes homines intelligunt, Nùm valeant, an ægrotent? Vt dicitur hîc, nempe in lib. de Morb. diff. c. 2. c. d. Item 1. de tuend. ſanit. c. 5. & 1. Meth. c. 7. 8. 9.

7. In-

Digitized by Google

7. Intelligunt autē id ex functionib. totius corporis, ac partium ſingularum: quòd ijs integris, ſani ſimus: læſa verò eorum aliqua, ægrotemus: Exempli gratiâ, Oculus qui benè videt, ſanus cenſetur. Contrà ægrotare ille putatur, qui aut non videt, aut malè videt. Idemq; de reliquis partibus totoq́; corpore ſentimus. ibidem.

8. Itaq; neceſſe eſt ut Sanitatem eſſe ſtatuamus, vel ipſas bonas partium ſingularum functiones: per quas ſcilicet eam cognoſcimus: aut κατασκευὴν, i. ſtructuram conſtitutionemq; partium omnium, à qua, eædem bonæ functiones proficiſcuntur. ibid.

9. Vtrùm verò horum pro ſanitate haberi oporteat: hinc diſtinguendum fuerit: Quòd Genus ſemper inſit ſpeciei: bonæ functiones nō ſemper inſint ſanitati (quādoquidem non ſemper fiunt tempore Sanitatis) Idcircò non poſſunt bonæ functiones eſſe Sanitatis Genus, nec proinde rectè dicitur, quòd Sanitas ſit bona functio, ſivè partis, ſive totius corporis.

10. Exempli gratiâ, Dormientes nec vident, nec audiunt, nec ambulant, quamvis ſani ſint. Relinquitur ergo, ut ipſa partium omnium κατασκευὴ, cuius ratione Actiones bonæ eduntur, ſit Sanitatis genus. Vt quæ ſemper coniuncta ſit cum ſanitate. ibid.

11. Quod ut rectè intelligas: obſervato, Quatuor in univerſum eſſe Res, penes Sanitatē Morbumq́; cōſiſtentes. Nempe τὰς τῶν μορίων κατασκευὰς, ἐνεργείας, προηγούμενα, ἑπόμενα. I. Partiū cōſtitutiones quæ bonæ, bonas: malæ, malas actiones producunt. II. Actiones bonæ quidem à bona partis conſtitutione, malæ à mala profectæ. III. Quæ cōſtitutiones præcedunt easq; efficiūt. IV. Quæ

Digitized by Google

ex Actionib. bonis malíſve conſequuntur. Semper verò invenies, ſanitatem in bona κατασκευῇ, *& morbum in mala eadem conſiſtere. 1. Meth. cap. 8 9.*

12. Eſt ergo Sanitas Κατασκευὴ, *ſeu* Διάθεσις *(quod idem eſt)* ἁπάντων τῶν μορίων κατὰ φύσιν, ἐνεργείας ποιητικὴ πρώτως. *i. conſtitutio ſive affectus, omniũ partium ſecundùm naturam, qui immediatè Actionem producit. hîc cap. 2. d. & cap. 1. libri de diff. ſympt. c. d.*

13. Morbus è cõtrà eſt διάθεσις παρὰ φύσιν ἐνεργείας ἐμποδιστικὴ πρώτως. *i. Cõſtitutio præter naturam à qua Actio primùm atq; immediatè læditur. ibid.*

14. Ad has definitiones intelligendas ſcire decet, quòd τὸ κατὰ φύσιν *Medicis ſignificat id quod Naturæ Humanæ gratũ eſt, ad eãq; conſervandam cõducit. Contrariũ verò huic eſt* τὸ παρὰ φύσιν, *ſignificatq; id, quod eidem Humanæ Naturæ adverſatur, facitq; ad eã deſtruẽdam. lib. 2. de cauſ. ſympt. cap. 1. b. & eodem ſenſu dicitur 14. Meth. c. 14. b. Medicos* καλῶς τῇ τοῦ κατὰ φύσιν χρῆσθαι φωνῇ, περὶ πάντων ὧν αἰρούμεθα κατὰ τὸ σῶμα. *i. Secundùm naturam, dici de omnib. quæ ex Animi ſententia circa corpus contingũt. Philoſopho Naturali illa fieri dicũtur* κατὰ φύσιν, *q̃ ex cauſis naturalib. pendẽt. Et* παρὰ φύσιν *è contrà, quod fit violenter. Ariſt. lib. 4. Phyſic. cap. 8.*

15. Nõ poſſumus igitur approbare, quod Fernel. l. 1. Pathol. c. 2. loco horum duorũ, tria introducit ſtatuitq; Affectus alios eſſe ſecundùm naturam, ſive ut ille loquitur, Naturales: Alios contra naturã. Alios deniq; medios inter hos, qui ſint præter naturam.

16. Argenterius etiam vir Doctiſſ. ſuper cap. 8. Artis Medicæ fol. 357. dum definit, Secũdùm Naturam eſſe id, quod

Digitized by Google

quod Materiam ſimul formamq́; Naturalem obtinet: Præter naturam quod nec formam nec materiam Naturalem habet: Quod deniq; horum alterum naturale habet, id partim eſſe ſecundùm naturam, partim præter naturam: Rem hanc magis involuit, quàm explicet.

17. Idem Argenterius in lib. de Morb. generib. cap. 1. cōtra huiuſmodi definitiones Morbi atq; Sanitatis, quas ex Galeno propoſuimus, multa obijcit, quorum præcipua hæc ſunt: I. Διαθέσεως *Vocabulū homonymum eſſe, nec debuiſſe hic uſurpari. II. Si uſurpetur, in ea ſignificatione uſurpandum fuiſſe, ut fecit Ariſt. in Categoria Qualit. III. Morbum non primò lædere Actiones, ſed interveniente læſione facult. IV. Si Morbus ſit id, quod primò lædit Actiones, Symptomata quædam eſſe Morbos, quia primò lædunt Actiones: ſiquidem color vitioſus corneæ, aut humoris aquei, dicuntur viſum lædere. cap. 2. de cauſis Morb.*

18. Reſpondemus ad Primum & Secūdum: διαθέσεως *vocabulum, non ob id eſſe homonymum, quòd cauſam, morbum & Symptoma comprehendat: eſt enim de Natura generis, res diverſas comprehendere: ſed tantùm quia in alia ſignificatione ab Ariſt. quàm à veteribus uſurpetur. Eandem verò ambiguitatem, & hic per vocabulum* κατασκευῆς, *& cap. 1. libri de ſympt. differentijs, ſufficienter eſſe explicatam, antequam ad definitionem adhiberetur.*

19. Ad tertium dicimus, τὴν παρὰ φύσιν διάθεσιν *immediatè lædere Actiones. Facultatem ipſam non lædi, quia eſt Incorporea, ſed impediri Inſtrumenti vitio, ac mala ipſius* κατασκευῇ.

 20. Ad

20. Ad Quartum dicimus, Præternaturalem Corneæ aut Aquei humoris colorem, ortum habere ex affluxu pravi humoris, viſionemq́ue lædere, partim obſtruendo viã, partim eandem, quæ transparens eſſe debebat, obſcurãdo, ne viſibilium rerum formæ, ad Cryſtallinum humorẽ liberè ferri queant: & proinde Morbum eſſe hic, in genere malæ conformationis, ut poſtea dicitur.

Vnde prima Morborum genera deducenda, & quænam illa ſint?

21. Oſtenſum eſt, Sanitatẽ eſſe διάθεσιν κατὰ φύσιν, συνεργείας ποιητικὴν πρώτως: *& Morbum affectum ei contrarium.*

22. Idcircò neceſſè fuerit, prima Morborum genera indagare ex modis, quibus corpora ἐξιστάμενα τοῦ κατὰ φύσιν, ἐμποδίζεται περὶ τὰς συνεργείας, *id eſt, recedendo à ſtatu Naturali in præternaturalem, in Actionibus edendis impediuntur.*

23. Nam tot oportet eſſe prima ſummaq́ue genera Morborum, ſecundùm quot modos maximè univerſales, iſte receſſus fieri poteſt. hîc cap. 2. d.

24. Vt verò cognoſcas, quot modis id fieri queat; præſcire oportet, in quo conſiſtat διάθεσις *illa* κατὰ φύσιν συνεργείας ποιητικὴ, *quam Sanitatem eſſe diximus. ibid.*

25. Ad eam verò dignoſcendam, hinc progrediendũ, quòd ut in cæteris rebus omnibus, tàm Naturalibus quàm Artificialibus (exempli gratiâ, in Animalibus, Plantis, ſimilibusq́ue alijs omnibus) id quod optimũ eſt, in ſymmetria quadam & moderatione conſiſtit eorum, ex qui-

bus

bus illa conſtant: Ita neceſſe eſt in Homine, διάθεσιν illam optimam κατὰ φύσιν, quæ Sanitas dicitur, in ſymmetria conſiſtere eorum, quibus homo factus eſt: Et contrà in eorundem ἀμετρίᾳ, conſiſtere διάθεσιν contrariam. ibid.

26. Veniendum ergò ad ea, quibus Homo componitur, ordiendumq́ à primis eius Elementis. Quæ ſi eſſent unum quiddam Simplex, Homo ratione melioris & deterioris ſtatus, non reciperet magis aut minùs. ibid. Item non doleret. Hipp. de Nat. hom. textu 5.

27. Quòd ſi ex pluribus Elementis conſtaret, ſed quæ ſint ἀπαθῆ, nec mutari aut alterari queant, ut erant ἄτομοι Epicuri & ἄναρμα σώματα Aſclepiadis, tunc ne ſic quidem doleret, ut lib. 1. de Element. cap. 2. demonſtratur: aut ut loquitur Galenus hîc initio cap. 4. nullis alijs morbis eſſet obnoxius, quàm qui ἐν τῷ ποιῷ τῆς συνθέσεως, id eſt, ex mala eorundem Elementorum coniunctione oriuntur.

28. Cùm verò nos & dolorib. varijs, obnoxios eſſe homines ſciamus: & Morbis cõflictari, non tantùm ἐν τῷ ποιῷ τῆς συνθέσεως conſiſtentibus, ſed per totam eſſentiam penetrantibus: meritò cum Hipp. Plat. Ariſt. & Galeno, τὰς Ἀτόμους ſimiliaq́ Elemẽta reijcimus: primamq́ partium corporis noſtri ſimilarium compoſitionem, conſtare aſſerimus ex Calido, Frigido, Humido Siccoq́ Element. ſive Igne, Aëre, Aqua, & Terra, quæ alterari miſceriq́ inter ſe per totam ſubſtantiam poſſunt.

29. Et quia ὧν περ ὑγιεία συμμετρία, τούτων ἐστὶν ἡ νόσος ἀμετρία, id eſt, Quorum moderatio eſt Sanitas, eorundem immoderatio eſt Morbus: ſimul etiam ſequitur,

εἴη τοσαῦτα νοσημάτων ἁπλᾶ τε καὶ πρῶτα καὶ οἵων στοιχεῖα τῶν ἄλλων, ὅσαπερ ἂν εἴη τὰ συντεθέντα .i. tot eſſe prima genera morborum ſimpliciſs. quot ſunt genera prima eorum quibus Homo componitur, & in quorũ ſymmetria ſanitas conſiſtit. cap. 2. d.

30. Σύνθεσις δὲ καὶ διάπλασις ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι ὑπάρχει τριττή. Πρώτη μὲν ἡ τῶν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων. Δευτέρα δὲ ἡ τῶν ὀργανικῶν. Τρίτη δὲ ἡ τοῦ σύμπαντος σώματος. i. Compoſitio in Corporib. Animalium triplex exiſtit. Prima, qua ex Calido, Frigido, Humido, Sicco partes Similares generantur. Secũda, qua ex partium Similariũ conformatione, Magnitudine, Numero, Poſituq́; cõvenienti, Inſtrumenta componuntur. Tertia deniq́; qua ex hiſce omnibus unitis, univerſum Corpus coaleſcit. hîc cap. 3. & initio c. 9. lib. 1. de Element.

31. In quorum coniunctim omnium συμμετρίᾳ, cùm Sanitas ipſa conſiſtat, & Morbus ex ſingulorum Ἀμετρίᾳ oriatur: ſequitur, τριχῶς ἐξιστάμενα τοῦ κατὰ φύσιν σώματα ἐμποδίζεσθαι περὶ τὰς ἐνεργείας. i. Trifariam poſſe corpora, à Naturali ſtatu in præternaturalem recedendo, ita affici, ut Actiones lædantur.

32. Et proinde Tria eſſe Prima ac Simpliciſſima Morborum genera: quorum unum conſiſtit in Ἀμετρίᾳ Elementorum, quibus Similares partes conſtant. Alterum in Ἀμετρίᾳ Formæ, Magnitudinis, Numeri, Poſituq́; partiũ ſimilarium Inſtrumentarias componentium. Tertium in alicuius, aut plurium horum, quibus univerſum Corpus uniri & coaleſcere debet, unionis ſolutione. cap. 3. 4. huius lib. de Morb. diff. Vide etiam theſes anni 1610. prop. 16. & ſequentib.

Sub-

Subdiviſio primorum trium generum.

33. *Quod in* Ἀμετρίᾳ *conſiſtit Elementorum, Calidi, Frigidi, Sicci, Humidiq́ue, componentium ſubſtantiam partium Similarium: Id earundem partium eſt proprium, & uno nomine Græcis* Δυσκρασία, *Latinis Intemperies vocatur: totq́ue habet ſub ſe ſpecies primas,* ὅσαπερ ἂν ὑπόθηταί τις εἶναι τὰ πρῶτα στοιχεῖα, δι᾽ ὧν εἰς ἄλληλα καὶ κεράννυσθαι δι᾽ ὅλων πεφυκότα. *id eſt, quot quis poſuerit eſſe Elementa prima, quæ miſceri & per totam ſubſtantiam contemperari queant. cap. 4. b.*

34. *Nam ſi ex omnibus ijs,* συμμέτρως κεραννυμένων ἀλλήλοις, *id eſt, moderatè inter ſe mixtis, ſanas eſſe oportet omnes partes Animalis ſimilares: & è contrà, ſi immoderatè fuerint commixta, ægrotare: tunc ſanè quodcunq́ue illorum modum exceſſerit: Intemperiem efficiet à ſeipſo denominatam.*

35. *Nobis igitur, qui ponimus cùm Hipp. quatuor eſſe Prima Elementa, quatuor Prima ac Simpliciſſima erũt Intemperierum differentiæ. Calida quæ fit à Calido Elemento modum excedente. Frigida à Frigido: Humida ab Humido: Sicca deniq́ue ab Elemento Siccò mediocritatem ſuperante orta. ibid.*

36. *Id verò Morbi genus, quod oritur ex Formæ, Magnitudinis, Numeri, Poſitusq́ue* Ἀμετρίας, *proprium exiſtit Inſtrumentariarum: quia partium ſimilarium Actio, per ſe non læditur, ex ullius horum mutatione: ſed Actio Inſtrumentorum tantummodò, cuiuscunq́ue generis fuerint ſimpliciora ſcilicet aut magis Compoſita. Vnde factum eſt, ut idem hoc Morbi genus, Organicum vocetur. ibidem.*

Digitized by Google

37. *Et quia Inſtrumentum quodlibet, non ſolùm in partibus Animalium, ſed etiam in rebus Artificialibus, convenienti Forma, Magnitudine, Numero ſuarum partium & Poſitu abſolvitur perfectumq; redditur: Idcirco totidem quoq; ſpecies eſſe oportet, primasq; Organicorum Morborum differentias: quia ſcilicet, ſecundùm unumquodq; horum poteſt* ἐξιςάμενον τῦ κατὰ φύσιν, ἐμποδίζεσθαι περὶ τὰς ἐνεργείας. *ibid.*

38. *In ſolutione unionis conſiſtens Morbus, ut genere unus eſt, ita in aliјs atq; aliјs partibus, varias ſuſcipit appellationes: ſicuti poſtea dicetur prop. 112. Communisq; eſt tàm ſimilaribus, quàm Inſtrumentarijs partibus.*

39 *Nam ſi quid, tàm ſimilaribus quàm Inſtrumentarijs partibus ſecundùm naturam ſeſe habentibus commune eſt,* ἐνέργειαν ἢ χρείαν τινὰ τῷ ζώῳ παρεχόμενον, *id eſt, quod Animali Actionem aut uſum aliquem præſtet: neceſſe eſt, eo corrupto, morbum quoq; oriri communem. cap. 4. c. iam citati libri.*

40. *Et hæc quidem Tria, prima ſimpliciſſimaq; Morborum genera eſſe, Ratio ipſa demonſtravit, à priori, quæ ſumitur ex ijs, quibus corpus noſtrũ componitur: in quorum Moderatione Sanitas, in Immoderatione verò Morbus cónſiſtit. Quòd ſi verò à poſteriori, ipſam quoq; Experientiam intuearis, eamq; hiſce Rationibus ſuffragari videris: tantò utiq; certior eſſe debes, hæc ita ſeſe habere: eaq; tanquã totius Dogmaticæ medendi Rationis fundamenta, conſtituere.*

41. *Solutionem continui igitur, Affectum eſſe Naturæ noſtræ inimicum, à quo lædatur Actio partis in qua conſiſtit: Id credo tã eſſe evidẽs, ut Explicatione longiori*

non

non opus habeat: cùm vel minimus digitus manus, aut pedis vulneratus, impedire poſſit ambulationem aut apprehenſionem.

42. Præternaturalem Formationem, Magnitudinem, Numerum Poſitumq́ partium ſimilarium, quæ Inſtrumenta componunt, eſſe Morbos eorum, Actionesq́ lædere, vel ex ſequentibus exemplis apparet. Obſtructio Renum, Vreterum, aut Vrinariæ fiſtulæ, quæ fit à calculo, aliave cauſa, iiſdem hiſce partibus adverſatur & Vrinam ſupprimit. Si Tibia una, alterâ ſit brevior, aut ſi curva exiſtat, aut laxata, ſive unica, ſive utraq́, aut ſi pedis pars abſit, claudicare hominem oportebit, aut ambulandi functione planè fruſtrari.

43. In eo autem morbi genere, quod ſimilarium partium proprium eſt, & intemperies dicitur: An non tactu ipſo deprehenditur, tàm ab Aegris quàm Aſtantibus, Febres omnes eſſe Immoderatum Calorem; Anaſarcam omnium partium nimiam humiditatem; Maraſmum ſenilem aut ex longis morbis contractũ, eſſe totius Corporis Refrigerationem; Phtiſin Maraſmosq́ omnes eiuſdem eſſe nimiam exſiccationem?

44. Conſiſtere verò Sanitatem partium ſimilarium, in earundem bona temperie: & Morbi Eſſentiam in Intemperie: Id contemplari licet maximè, in Intemperiebus quibusdam, quæ ſubitò invadentes, Actiones quaſdam præ cæteris evidentiſſimè lædunt: & mox ceſſantes, eaſdem reſtituunt. Exempli gratiâ: Febris Diaria, quæ apud nos frequens eſt, ſubitò invadens mulierem lactantem, Lactis generationem eidem propè tollit: quæ, ceſſante febri, mox redit.

De

De Primis Morborum generibus ſecundùm eos, qui alia Elementa rerum conſtituunt.

45. Vt ſtatuentibus nobis, ſecundùm Hipp. Similares partes factas eſſe, ex Calido, Frigido, Humido Siccoq; Element. conſequitur, Tria hæc, quæ iam commemorauimus, Prima ac Simpliciſſima eſſe genera Morborum: Ita ſi eædem factæ eſſe ſtatuantur, ex Atomis alijsve ſimilibus Elementis: tunc primùm tolletur ſolutio Continui, aut ſi qua detur, dolore carebit: quia eadem Elementa, ſtatuuntur Απαθῆ, Αθραυστα κ̀ Αδιαίρετα, *i. Impatibilia, quæ nequeant vulnerari aut dividi. lib. 1. de Elementis cap. 2. h. a.*

46. Deinde in Similaribus partibus, ſecundùm eam hypotheſin, ut Sanitatem neceſſe eſt conſtituere, in ſola τῶν πόρων συμμετρίᾳ*: ita ex ſolius* ἀμετρίας *eorundem, naſci mobos concedemus, ut habes hîc cap. 4. g. & cap. 5. d.*

47. Atq; hinc factum eſt, ut Methodici olim, qui his Elementis utebantur, binas tantùm eſſe Morborum differẽtias aſſeruerint ſimplices, nempè στέγνωσιν καὶ ῥύσιν. *i. Aſtrictionem & Fluxionem, quarum illa fiat ob nimiam pororum anguſtiam, hæc ob laxitatem. Tertiam verò ex hiſce compoſitam mixtamq;* μικτὴν *vocabant. cap. 6. libri de Sectis. Item cap 12. huius libri.*

48. Morbos verò Organicos, ijsdem generibus comprehendere oportet omnes, qualiacunq; Elementa conſtitueris, quibus nos eos comprehendi docuimus. ut vides hîc cap. 4. A.

49. Sed

Digitized by Google

49. *Sed quid de Paracelſiſtis dicemus, qui Sulphure, Sale & Mercurio pro Elementis utuntur? Certè enim, ſiquidē velint conſentientia principijs ſuis docere, oportebit eos conſtituere Sanitatem partiū Similarium, in horum* συμμετρίαν, *& morbos in eorundem* ἀμετρίαν: *atq; oſtendere qui morbi, ex quo horum immoderatè aucto aut imminuto generentur.*

50. *Quomodo autem, ex hoc fundamento, deduci poſſint quatuor illa Morborum genera, quæ illi prima conſtituunt, Morborumq; Monarchas atq; centuriones nuncupant, ego certè non intelligo. Sunt autem Monarchæ illi, ad quos docent alios omnes tamquam ad Radices poſſe referri: Epilepſia, Hydrops, Lepra, Podagra, de quibus plura vide apud Eraſtum, quarta parte Antiparacelſiſtarum fol. 19. & ſequentibus.*

Diſputatio II.

De ijs, quæ adverſus has primarias Morbi diviſiones, ſecundùm mentem Galeni propoſitas, obijciuntur.

51.

HActenus *ſecundùm Galeni dogmata, Naturamq; ducem ſequuti, oſtendimus, Tria eſſe prima ſupremaq; genera morborum, Intemperiem, Malam conforma-*

formationem, & Vnionis ſolutionem. Quorum primum ſit proprium ſimilarium partium, Alterum Organicarum, Tertium commune utriſq;.

52. Vt verò de eodem hoc dogmate, omnes Studioſi veritatis, certiores eſſe queant; etiam ea proponemus quàm breviſſimè, quæ à viris quibusdam Doctiſſ. in contrarium adducuntur, & quid de iis ſentiri oporteat, docebimus. Primùm de Vnionis ſolutione: quam diximus eſſe Morbum communem Similaribus atq; Inſtrumentariis: poſtea de eo Morbi genere quod proprium eſt partium ſimilarium, quodq; vocavimus Intemperiem. nam de Organicis morbis nulla controverſia eſt.

53. Eadem ergo Vnitatis ſolutio, ut Argumento priùs allato, prop. 39. conficitur eſſe communis Similaribus ſimul & Inſtrumentariis partibus: ita ab Averrhoë ſolis ſimilarib. ab Argenterio ſolis organicis propria eſſe contenditur.

54. Averrhoes lib. 3. colliget cap. 14. utitur his Argumentis. I. Vnio eſt propria ſimilarium partium, ergo etiam eiusdem ſolutio. II. Si ex ſoluta unitate, Inſtrumentalis Actio aliqua læditur: tunc id non niſi per accidēs fit; nempè interveniente aliquo morbo Organico, exempli gratiâ, mala conformatione.

55. Nos negamus id quod ſumitur in primo Argumēto; & aſſerimus omnia unita eſſe in humano corpore, non tantùm partes ſimilares. In ſecundo negamus itidem; quòd ex ſolutione continui, per Accidens tantummodò lædatur Actio Inſtrumentalis. Vulnus enim in manu acceptum v. g. apprehenſionem per ſe lædit, quamvis nulla mala conformatio adſit.

56. Argen-

56. *Argenterius cap.12. libri de Morborum generibus varia habet Argumenta, ex quibus præcipua hæc ſunt: I. Galenus ipſemet 7. Meth. cap. 3. f. iubet ſanitatem ſimilarium conſervare, cuſtodiendo earum temperiem: Vnionis nullā facit mentionem. I I. Actiones ſimilarium partium à ſolutione continui per ſe non læduntur: quomodo enim aliâs, poſſet ulcus carne impleri & conſolidari? II. Galen. ipſemet cap. 11. huius libri de Morb. diff. Apoſpaſmata ad Morbos Organicos refert.*

57. *Reſpondeo ad 1. Etſi Gal: loco citato: præterea lib. 1. de Nat. facult. cap. 3. lib. 2. cap. 8. aſſerat: Similariū partium functiones, pendere ab earum propria temperie, ſanitatemq́; illarum proprij temperamenti cuſtodia conſervandam: non tamen negat unionem quicquam prodeſſe.*

58. *Quòd ſi enim quæras, cauſas actionis partiū ſimilarium proprias ac principales (de quibus ſolis loquitur Galen. locis citatis) unam Temperiem habes. Quòd ſi quæras eas, quæ illis communes ſunt cum Inſtrumentarijs, habes unionem tamquam cauſam ſecundariam, & coadiuvantem, qua ſublata etiam læditur actio.*

59. *In ſecundo Argumento, Primùm nego, partium ſimilarium functiones tantùm eſſe quatuor, & Naturales vocatas. Nam viſio eſt Cryſtallini humoris functio: Auditio Aëreæ ſubſtantiæ auribus ingenita: Tactus omnium partium ſimilarium, quæ Nervos recipiunt, functio exiſtit. Spiritus Animalis item cerebri & vitalis cordis Actione producitur: quarum propè nullas poſſis ad aliquam quatuor Naturaliū referre, & ſingulæ tamen læduntur, vulnerato proprio Inſtrumento. 6. Aph. 18.*

60. Deinde

60. *Deinde aſſero etiam Naturales illas quatuor lædi. Cur enim aliâs oporteret, vulneratos magis exquiſito victu nutrire quàm ſanos? Item cur in uſdem, evitandæ phlegmones gratiâ, humoris affluxum prohibere neceſſe eſt? Præterea cur dolent partes ſimilares ſi unitatis ſolutione non læduntur? Eſt enim dolor proprius partium ſimilarium. Deniq; cur aliâs* Hipp. *Aphoriſmo iam citato, vulnera cordis &c. diceret eſſe lethalia?*

61. *Sed cur poteſt pars vulnerata glutinari, ac vulnus carne repleri, ſi eius functiones læſæ ſint?* Nimirum *quia Actiones naturales in parte vulnerata, quamvis ſint læſæ, non ſunt tamen abolitæ: nec enim illæ tantùm actiones læſæ ſunt, quæ perierunt omninò, ſed etiam illæ quæ ſunt imminutæ.*

62. *Ad Tertium Argumentum Argenterij dico: Ἀποσπάσματα propriè eſſe, aut partes corporis, à toto penitus avulſas: Vt cùm digitus ex manu avellitur, Oculus ex capite, Dens ex ore. In hiſce verò, partes ſimilares, à quibus facta eſt avulſio, poſt factam conſolidationem nihil patiuntur: cùm tamen Inſtrumentũ vitiatum ſit: quamobrem ad Organicos morbos rectè referuntur.*

63. *Aut cùm ligamentum vel tendo muſculi planè abrumpitur: aut fibræ quædam muſculorum in profundo ſuperantur à reliquis: aut muſculus à Muſculo, caro ab oſſe, & ſimilia: ut tamen maneant in corpore.* Nam *poſt factam qualemcunq; conſolidationem partium à ſeinuicem ſeparatarum partes ſimilares etiam nil patiuntur: cùm tamen inſtrumenti functio lædatur.*

64. *Et ſunt etiam quædam ſolutiones continui propriæ*

pria ſimilarium: v g. ſi ligamentum ſit parùm vulneratum, non penitus abſciſſum, ut nihilominus Inſtrumenti cohærentia ſervetur & Actio non impediatur. ſic Vena, Arteria, cutis leviter vulnerata, ut nō penetret vulnus in cavitatem. Vide cap. 11. de Morb. differentijs.

Omnés ne Morbi partium Similarium ſub Intemperie contineantur?

65. De Similarium partium Morbo autem obijciunt: non rectè eum univerſum, in Intemperierum differentias diſtribui. Quòd partes ſimilares non tantùm intemperiei, ſed inſuper binis alijs morborum generibus obnoxiæ ſint, quorum unum Formæ, alterum Materiæ earum proprium ſit. Fernelius lib. 1 Patholog. cap. 7. Argenterius cap 4 libri de Morb. generibus.

66. Materiâ Similarium partium proprios morbos, aiunt eſſe tunc, cùm eædem Duriores aut Molliores: item Laxiores aut magis Adſtrictæ: Tenuiores aut Craſſiores: Denſiores aut Rariores factæ fuerint, quàm ijs ex uſu ſit, ad propriam functionem edendam: ut inde eadem Actio lædatur. Formæ eorundem Morbos eſſe aiunt, illos qui ſunt Peſtilentes, Maligni, Contagioſi, aut ab occultâ cauſa, quacunq; tandem provenientes.

67. Argumento utuntur ferè eodem, quo ex Gal. nos antè prop. 29. & ſequentibus uſi ſumus. Aiunt enim Sanitatem partium ſimilarium, conſiſtere in Naturali conſtitutione ac ſymmetria proprij Temperamenti, Materiæ ac Formæ. Et quodcunq; eorum evaſerit Αμετρον, *in-*

de Morbum ſequi ab eodem denominatum: Intemperiē quidem ſi Temperamentum: Materiæ Morbum, ſi Materia: & Morbum Formæ, ſi Forma ipſa corrumpatur.

68. Reſpondemus. Si diverſæ res eſſent, Temperamētum, Materia Formaq; Partium Similarium: & in eorū omnium συμμετρίᾳ Sanitas conſiſteret: tunc certè ſequeretur, quòd ex eorum ſingulorum mala conſtitutione, morbus oriatur. At non ſunt res diverſæ: quia Temperamentum cōprehendit ſub ſe Materiam ſimul & Formam: itaq; nihil ex hoc Argumento eorum ſequitur.

69. Quid enim Temperamentum eſt? Solané qualitates quatuor ita cōmixtæ, ut tactu pcipiatur illa, quæ reliquas in mixtione ſuperat? Minimè gentium: ſed eſt mixtio ſubſtantiæ Calidi, Frigidi, Humidi, Sicciq; Elementi, Actione qualitatū mutua atq; paſſione ita facta, ut eadem per totam ſubſtantiam contemperata, producant rem materia formaq; conſtantem, cùm omnibus ſuis viribus, quas obtinet ad agendum aut patiendū. Vide quæ in hanc ſententiam, contra Athenæum cap. 6. libri 1. de Element. diſputantur.

70. Hinc fit ut Galenus Naturam cuiusq; rei, dicat eſſe Temperamentum. lib. 3. de temper. cap. 4. h.

71. At Natura certè non conſiſtit in nudis qualitatibus tactu perceptibilibus: ſed in tota rei Eſſentia, materia formaq; conſtante. Exempli g. 3. de Temper. loco iam citato ſic loquitur: φύσιν ὅταν εἴπω, τὴν ὅλην οὐσίαν τε καὶ κρᾶσιν λέγω, τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ. id eſt, Naturæ nomine intelligo totam rei Eſſentiam Temperiemq;, ex primis Elemētis, Calido, Frigido, Humido, Siccoq; compoſitam.

72. Item

72. *Item de uſu partium cap. 9. e.* Τὸ εἶναι σαρκὶ τῇ σαρκὶ, καὶ τῷ νευρῷ τῷ νευρῷ, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστῳ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, διὰ τὴν ἐκ τῶν εἰρημένων τεττάρων ποίαν κρᾶσιν ἐγένετο. *id eſt, Carni eſſe Carnem, Nervo eſſe Nervũ, & aliarum partium cuilibet, id eſſe quod eſt, ex certa quadam Elementorum quatuor mixtione, contingit. Idem dicitur 3. Aph. 2. alijſq; locis.*

73. *Hiſce conſentit quod Gal. lib. 1. de Nat. fac. cap. 3. & lib. 2. cap. 8. item 2. meth. cap. 4. & 7. meth. cap. 2. alijsq; locis, docet, Actiones ſimilarium partium omnes, à certa quadam earum temperie provenire. Item quod proprio libro demonſtravit, etiam mores animi ſequi temperaturam: Idipſumq; non tantùm Rationibus: ſed etiam Ariſt. Platonis atq; Hipp. teſtimonio comprobavit.*

74. *Sed obijcies. Cur ergo non poſſumus ex Temperamento, Cauſas & Rationes reddere omnium Actionum, & Facultatum quæ ſunt vel in partibus ſimilaribus, vel in Medicamentis? ſiquidem omnes ex eo proveniant? Reſpondeo. Id nobis evenire, quia non novimus omnes Temperamentorum differentias, ſed eas tantùm, quæ multùm à ſeinvicem differunt.*

75. *Exempli gratiâ. Novimus Cor eſſe calidius Hepate: & Hepar Ventriculo, & Ventriculum Cerebro. Sed exactè, quanta portio Calidi, Frigidi, Humidi, Sicciq; Elementi, in parte ſimilari contemperata, producat in Ventriculo concoctricem vim: in Hepate ſanguificam: in Scammonio Purgatoriam, id nos ignoramus: ſolus verò opifex novit.*

76. *Illæ quoq; Actiones, quæ dicuntur fieri à propria forma, aut tota ſubſtantia, ut exempli gratiâ, Actiones*

Medicament. purgantium & ſimiles: non propterea propria formæ, totiúe ſubſtantiæ attribuuntur, quòd non fiant à certa quadam temperie: ſed quia dum illam ignoramus, dicimus eas fieri vel à propria forma: vel ſpecifica quadam vi: vel ut veteres etiam dicere ſolebant, & quidem rectiùs, à quadã ἰδιοσυγκρασίᾳ, i. proprietate Temperamenti.

77. Conſentiunt hiſce quæ dicuntur cap. 8. libri de Artis conſtitutione, hoc modo: ἐπεὶ δ' ἀπείρως ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὰς ἐκ τῶν στοιχείων ἀλλοιώσεις τε καὶ κράσεις: ἄπειροι τῶν κατὰ μέρος σωμάτων αἱ ἰδιότητες συστήσονται. i. quoniam infinitis modis, poſſunt alterari & contemperari Elementa, infinitæ ſunt rerum proprietates.

78 Idem dicitur cap. 3 libri, quo docet mores ſequi Temper. & lib 3. methodi cap 3 f. ait, ſi omnes temperamentorum proprietates cognoſceret. ſe Aeſculapio ſimilem fore: cui ſoli omnes ἰδιοσυγκρασίαι notæ fuerint.

79. Hæc ipſa verò, etiam cauſa eſt, ob quam Medicina non ſola Ratione abſoluitur: ſed binis cruribus ingreditur, Ratione ſimul & Experientia, ut dicitur in libello de Sectis. Item 2. Meth. cap. 6. c. & 3. meth. cap. 1. d. Quòd ſi enim omnes ἰδιοσυγκρασίας cognoſcere liceret, facilè eſſet ſola Ratione, & à Priori, contraria ſingulis morbis invenire Remedia: cùm eas ignorantes cogamur ad Experientiam confugere.

80. Deniq; ſi dicamus Duritiem, Molliciem: Raritatem, Denſitatem: Tenuitatem, Craſſitiem: Adſtrictum & Laxum, aliunde partibus ſimilaribus evenire, quàm ex Temperamento, An non totam Ariſtotelis Phyſiologiam evertemus? quandoquidem is cùm alijs locis, tùm ex pro-

profeſſo lib. 2. de generatione & interitu cap. 2. 3. docuit ex primis qualitatib. ſecundas omnes oriri.

81. Cætera Argumenta, quæ idem Argenterius loco priùs citato, priori huic (quod ei cum Fernelio eſt commune) addit: eò pertinent omnia, ut oſtendat, Actiones partium Similarium quæ Materiæ aut Formæ ratione proveniũt, ab ijs eſſe diverſas, quæ à temperamento proficiſcuntur. Nam ſi id concedatur, tunc ſequitur Morbos quoq;, à quibus illæ lædũtur, ab intemperie eſſe diverſos.

82. Sed quia, ex ijs quæ iam propoſuimus, ſufficienter oſtenditur, omnes vires quas obtinent res quælibet, ratione ἰδιοσυγκρασίας ijs ineſſe: ſive illa nota ſit, ſive ignota: Idcircò ijsdem Argumentis hinc etiam poteſt reſponderi: quamobrem ea brevitatis cauſa omittimus.

De præcipuis differentijs cuiuſque generis Morborum, cùm Simplicib. tùm compoſit.

Diſputatio III.

De primarijs differentijs Intemperierum, cùm Simplicium tùm compoſitarum.

83.

QVæ hactenùs docuimus, eò pertinent omnia, ut demonſtretur Quid ſit Morbus? Quid Sanitas?

Item quòd Tria ſint prima ſummaq́ genera Morborum. Deinceps verò docendum erit, quænam ſint præcipuæ, cuiusq́ propoſitorum Trium generum Differentiæ, tùm ſimplices tùm compoſitæ.

84. *Exordiendumq́ rurſus à Similarium partium proprio Morbo, qui Intemperies dicitur. Cuius ſimpliciß. primaq́ differentiæ ſunt Calida, Frigida, Humida, Sicca, ut antè prop. 35. dictum eſt.*

85. *Calida ſimplexq́ intemperies, vel in corpore toto quandoq́ apparet: cuiusmodi & ipſa febris & ea eſt, quæ à Solis ardore provenit, aut vehementi totius corporis exercitio. Aliquando in partibus quibuſdam: veluti quando ob laßitudinem, vel in cruribus feßis ambulando, aut in manibus fodiendo remigandoq́ fatigatis, calor immodicus ſentitur. hîc cap. 5. e.*

86. *Frigida Simplexq́ itidem intemperies in ijs eſt, qui hyeme per Nivoſos montes iter faciendo, ita refrigerantur, ut aliqui pereant: aliqui ſemianimes in hoſpitia deportentur: quorum aliquibus extremæ partes decidunt: quibusdam Tetanus, Apoplexia, Epilepſia, Tremor, aliјq́ affectus ſuperveniunt. ibid.*

87. *Humida in ijs partibus conſiſtit, quæ putreſcendo emoriuntur: eæ ſiquidem tàm molles, flaccidæ, mucoſæq́ fiunt, ut contrectata manibus diffluant. Sicca è contrà in ijs, quæ areſcunt, areſactaq́ emoriuntur: item in maraſmo ob inediam contracto, viſitur: cap. 1. libri de Maraſmo. & hîc cap. 5. g. h.*

De Intemperiebus compoſitis.

88. *Et qui huiusmodi ſunt Morbi, ij in Simplici intem-*

Digitized by Google

temperie conſiſtunt, qua una ſola qualitas à ſymmetria ſenſibiliter recedit. Componuntur autem eædem ſimplices intemperies, ad efficiendos Morbos compoſitos, Primùm ipſæ inter ſeſe: Deinde cùm morbis Organicis: itemq; cùm Cõmunibus, ipſa ſcilicet unitatis ſolutione.

89. Inter ſeſe componuntur intemperies duobus modis. Primùm ut dicitur hic initio cap. 5. ταῖς ποιότησι μόναις ἀλλοιουμένων τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, *id eſt, alteratione partium ſimilarium, quæ fit ſolis qualitatibus. Deinde* ῥυήσεως εἰς ταῦτα τινὸς οὐσίας, *id eſt, quando ad partium ſimilarium alterationem qualitatibus factam, affluit etiam ſubſtantia aliqua. In Scholis, illas vocant Nudas Intemperies: has verò cum humoris affluxu.*

90. Sunt autem Galeno nudæ Intemperies, ſive ſimplices ſive compoſitæ, omnes illæ, cùm quibus nullus tumor ſenſibilis apparet. Cùm humoris affluxu è contrà dicuntur illæ, cùm quibus Tumor evidens coniunctus eſt, ut in exemplis poſtea apparebit, propoſ. 93. & ſequentib.

91. Quòd ſi igitur ſimplices intemperies, quatenus nudæ exiſtunt, inter ſeſe copulentur, tunc quatuor oriuntur compoſitarum intemperierum primæ differentiæ. Nempe Calida Sicca, Calida Humida, Frigida Sicca, Frigida Humida.

92. Calida Siccaq; intemperies Nuda, eſt in febribus plurimis, præſertim Hecticis. Calida Humida, in febribus Soporoſis Hydericorum, itemq; Peſtilentibus, præſertim à principio, & in ijs quæ calidam humidamq; Aëris conſtitutionem conſequuntur, quorum exempla habes 3. Epidem. ſect. 3. com. 23. & ſequentibus.

93. Frigida & Sicca eſt in Maraſmo ſenum, & ex lon-

gis morbis contracto: item in Melancholicis alijsq; ſimi-
libus affectibus. Frigida Humida eſt in Anaſarca, citrà febrim exiſtente, præſertim à principio. Item in quibusdam hyſtericis, qualis erat uxor Boethi, ut dicitur cap. 8. de præcogn. ad Poſthumum.

94 Deinde copulantur eædem intemperies inter ſe, quatenus coniunctum habent Tumorem præternaturalem, ortum vel ab uno aliquo humore ſincero: vel mixto ex diverſis, ut dicitur hic cap. 5. d. & 12.

95. Vnico ſinceroq; humore conſtat Phlegmone propriè dicta, nempè ex ſanguine, cuiusmodi intemperies calida eſt & humida, cùm tumore phlegmonoſo coniuncta. Item Eryſipelas ex bile, in quo eſt intemperies calida & ſicca. Oedema à pituita Cancer ex Melancholia: in quorũ priori eſt frigida & humida, in poſteriori frigida & ſicca intẽperies cũ humoris affluxu copulata. ibid.

96. Qui ex mixtis humoribus conſtant Tumores, ab eorundem mixtione nomina ſortiuntur. Nam qui ex ſanguine ſimul & bile conſtat, Phlegmone vocatur Eryſipelatoſa, aut Eryſipelas phlegmonoſum. Qui oritur ex ſanguine & pituita, Phlegmone œdematoſa: Qui ex ſanguine & Melancholia, Phlegmone cancroſa aut Scyrrhoſa nuncupatur: & aliæ mixtiones alia nomina ab humoribus prædominantibus acquirunt. ibid.

97 Eædem intemperies, præſertim compoſitæ & cùm humoris affluxu coniunctæ, poſſunt etiam copulari cùm Vnitatis ſolutione, uti & cùm morbis Organicis. Exempli gratiâ ſi quæ pars Phlegmone laboret, quæ ſuppuretur (ut quandoq; in pleuritide evenit) in ea habes phlegmones ratione intemperiem Calidam, Intemperiem Humi-

Humidam, & ob ſuppurationem Vlcus, ſeu continui ſolutionem. ibid.

98. Quòd ſi tumor uſq; adeò augeatur, ut propria ratione actionem aliquam impediat (veluti cùm in Ilei phlegmone, tumor Cavitatem obſtruens, impedit facib. deſcenſum, ut per os cogantur reijci) tunc quæ pars hoc modo affecta eſt, quadruplicem morbum obtinet. Nempè phlegmones ratione intemperiem Calidam: intemperiem Humidam: reſpectu ſuppurationis ulcus ac ſolutionem continui. Ratione tumoris deniq; obſtructionem, quæ eſt Morbus Organicus.

99. Hæ primæ præcipuæq; ſunt differentiæ Morborũ, quæ Partibus Similaribus accidũt, tàm Simplices, quàm compoſitæ: ſub quibus reliquæ omnes continentur, ut dicitur hîc ſub finem cap. 5. Nec obſtat, quòd in libris Epid. Prognoſt. Aphoriſ. plures recenſentur: Exempli gratiâ, Morbi Acuti, Peracuti: Longi, Breves: Exquiſiti, Spurij: Ordinati, Inordinati: Occulti, Manifeſti: Contagioſi, contagio carentes: Erratici, Stabiles: & alij. Omnes enim hi ſub prædictarum Intemperierũ aliqua, aut aliquibus continentur, de qua re vide quæ ſuprà diximus, de morbis totius ſubſtant. prop. 73. & ſequentib.

De Speciebus Morborum Organicorum Simplicibus.

100. Qui morbi proprij ſunt partiũ Inſtrumentariarũ, ij cõſiſtũt penes cuiuſq; Inſtrumẽti Διάπλασιν, Ἀριθμὸν, Μέγεθος, Σύνθεσιν, *i. Conformationem, Numerum, Magnitudinem Poſitũq; præternaturaliter ſe habentes: ut*

dicitur hîc cap. 6. noſq; priùs etiam prop. 36. & ſequentibus monſtravimus.

101. Nam quia in horum omnium συμμετρίᾳ *Sanitas Inſtrumēti cōſiſtit: ſequitur quòd cuiuſq; horum* ἀμετρία *morbus ſit, & quòd totidem quoq; ſint Organicorū morborum primæ differentiæ.*

102. Morborum igitur, qui pravæ διαπλάσεως *nomine continentur, binæ ſunt primariæ differentiæ, inde deſumptæ, quòd eadem mala conformatio, vel exteriùs apparet, vel intrinſecùs in Inſtrumento latere deprehenditur.*

103. Quæ forinſecùs apparet, Inſtrumentorum mala conformatio, à Galeno hîc cap. 7. Ἁμαρτία τοῦ προσήκοντος σχήματος, *id eſt, vitium figuræ convenientis vocatur. Quod vitium vel eſt nativum, ut in ijs qui naſcuntur* Βλαῖσοι, Ῥαιβοὶ, *id eſt, valgi & vari, item cùm Plantis pedum planis: item gibbi, & ſimilibus. Vel adventitium exiſtit, ut ſi caſu Articuli luxati, aut oſſa fracta non rectè componantur, aut ſi qui fiant ex caſu gibbi, & ſi quæ ſunt hiſce ſimilia. cap. 7. hîc.*

104. Quæ intùs latet in Inſtrumento, ea vocatur Galeno Ἀμετρία τοῦ προσήκοντος μεγέθους καὶ πλήθους τῶν κοιλοτήτων, *id eſt, vitium cavitatis Inſtrumenti: quæ vel anguſtior fit quàm eſſe debebat, ut in omnis generis obſtructionibus: Vel amplior quàm oporteret, ut dilatatio productionum peritonæi in hernia. Item apertio orificiorum in venis atq; Arterijs, per Anaſtomoſin. ibid.*

105. Hiſce accedit in ijſdem Inſtrumentorum cavitatibus Ἀμετρία τῆς λειότητος καὶ τραχύτητος, *id eſt, Vitium lævitatis & aſperitatis: quando ſcilicet illæ, quæ debebant*

Digitized by Google

bant habere quandam aſperitatem, lævia nimiùm fiũt & lubrica: quod in ventriculi & inteſtinorum Lienterijs fieri cenſent: aut quando exaſperatur id quod læve eſſe debebat, quod interna Arteriæ Cavitati evenit, per tuſsim. ibid.

106. Sed qui morbi conſiſtunt penes ἀριθμὸν τ̃ ἁπλῶν μορίων, ἐξ ὧν, ἕκαστον τ̃ ὀργανῶν συνέστηκε, numerũ partium ſimilarium ex quibus Organum quodq; cõſtat: eorum bina ſunt præcipuæ differentiæ: videlicet μέρους τινὸς περιττεύοντος ἢ ἐλλείποντος, id eſt, eò quòd ſuprà convenientem numerum, vel abundet aliquid, vel deficiat. hîc cap. 9. ab initio.

107. Quæ ſuprà convenientem numerum abundant, rurſus duplicia exiſtunt: nam quædam eorum ſunt ἐν τοῦ γένους τῶν κατὰ φύσιν, id eſt, ex genere eorũ quæ ſunt ſecundùm naturam, ut Sextus digitus, Vnguis in Oculo, Carnoſa excreſcentia in aliquo meatu. Quædam ſunt ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν, id eſt, toto genere præter naturam, ut Lumbrici in inteſtinis, Suffuſio in oculo, lapis in veſica, & ſimilia. ibid.

108. Quæ ex convenienti numero deſunt, itidem duplicia exiſtunt: nam eorum aliqua ὅλα τελέως ἀπόλωλε, id eſt, penitus perierunt, ut digitus aut manus amputata, dentes avulſi, aures præciſa. Quædam verò ἐξ ἡμίσεως κεκολόβωται, id eſt, ex parte ſunt mutilata, ut Lingua in Spaſmo præciſa, verendorum pars ablata, & ſimilia. ibid.

109. Eadem verò quæ ſuprà conveniẽtem numerũ abundant aut deficiunt: ſiquidem immediatè Actionem aliquam lædant, propriè ſunt morbi, ut in oculo unguis

Digitized by Google

ac ſuffuſio,& in Lingua præciſio. Quòd ſi affectum aliquem gignant,à quo Actio lædatur,tunc cauſæ morbificæ ſunt,ut Calculus in Renibus, qui obſtructionem efficiendo,urinam ſupprimit.ibid.

110. Quòd ſi & lædant Actionem, & ſimul etiam Affectum aliquem gignant,à quo Actio alia lædatur:tunc diverſo reſpectu,& morbi ſunt & cauſæ morborum, ut columellæ ablatio,qua & loquela læditur,& pulmo frigidiorem Aërem attrahendo,afficitur.ibid.

111. Rurſus in ijſdem Inſtrumentis,partium præſertim deficientium,quibus immediatè læditur Actio: ſiquidem totum aliquod inſtrumentum auferatur, ut digitus ex manu,dens ex ore,tunc extra controverſiam eſt, Morbũ eſſe in Numero.

112. Quòd ſi pars inſtrumenti tantùm amputetur,veluti cùm Lingua in Spaſmo præciditur,reſpectu partium ſimilarium,quæ deſunt,itidem Numeri morbus eſt. Sed reſpectu totius Linguæ mutilatæ,morbus dici poteſt Magnitudinis diminutæ. Idemq; de alijs ſimilibus iudicandum.ibid.

113. Magnitudinis præternaturalis nomine,propriiſſimè quidem ij morbi continentur, in quibus μένοντος, τοῦ κατὰ φύσιν σχήματος τῶν μορίων, διαφθειρομένου δὲ τοῦ μεγέθους, ὅταν ἐνέργειά τις βλάπτηται id eſt,Naturali figura partis conſtante,ob præternaturalem Magnitudinem læditur Actio,ut ſi Lingua ſuprà modum creſcat,aut nimis parva ſit. hìc cap.9. & lib.12.meth.cap 8.

114. Minùs propriè tamen referuntur hùc,etiam inſtrumentorũ mutilationes,ut cùm Lingua præciditur in ſpaſmo, aut pars digiti aut pedis amputatur,in quibus non

non tantùm Magnitudo vitiatur, ſed figura etiam, ut vides hîc cap 8. b c.

115. Vtroq; verò modo ſumpti hi morbi, binas habent differentias, eò quòd præternaturalis inſtrumentorum Magnitudo, cuius ratione Actio læditur, aut nimiùm Aucta, aut nimiùm ſit Imminuta. Exempla habes, præter ea quæ iam ſunt dicta, Aucta quidem in Priapiſmo, Hyperſarcoſi, Teſticulis ſcyrrhoſo tumore laborantibus, Strumis, Encantide oculi. Diminutæ, in eiuſdem Rhœade, Atrophia Inſtrumenti alicuius, verbi gratiâ, tibiæ & ſimilibus.

116. Τῆς κατὰ φύσιν συνθέσεως ἐπαλλαττομένης *id eſt, Mutatæ Compoſitionis naturalis Morbi, ſunt duplices, quorum alij conſiſtunt penes* τὴν θέσιν, *quando ſcilicet partes non ſuo convenienti loco ſunt poſitæ, quod evenit in Luxationibus, Hernijs & alijs huiuſmodi.*

117. Alij conſiſtunt penes τὴν πρὸς τὰ παρακείμενα μόρια, μὴ κατὰ φύσιν ὁμιλίαν, *id eſt, quando non rectè cùm vicinis copulantur: quod evenit ob ligamentum aliquod vel nimiùm intenſum, vel relaxatum, vel diſruptum, ſive in Articulis, ſive in Lingua, ſive Virga, ſive alijs partibus.*

De Compoſitis Morborum Organicorum differentijs, præcipuè ex cap. 12. libri de Morb. differ.

118. Hactenus oſtenſum eſt, Organicorum morborum quatuor eſſe prima genera penes Διάπλασιν, Ἀριθμὸν, Μέγεθος, Σύνθεσιν *conſiſtentia: præterea quænam ſint præci-*

præcipuæ ac ſimpliciſſimæ cuiusq; horum generum differentiæ. Deinceps videndum, quomodo iidem Organici morbi copulentur, compoſitosq; morbos efficiant.

119. Id etſi varijs modis fieri poſſit: nos tamen præcipuos tantùm enarraturi: dicimus Morbos Organicos copulari poſſe, vel ipſos ſolos inter ſe: ſive binos ſolos: ſive ternos: ſive quaternos. Vel copulari poſſe cùm morbis partium ſimilarium: Vel deniq; cùm Vnitatis ſolutione, cùm ſingillatim, tùm coniunctim.

120. Soli Organici inter ſe copulantur, Bini quidem, ut in Oculo laborante Rhœade ſimul & pupillæ diſtentione. In illa enim Magnitudinem vitiatam, in hac habes conformationem læſam. Quòd ſi unguis acceſſerit, numeri Morbum quoq; habebis. Quòd ſi uveæ procidentia hiſce adiungatur, poſitus quoq; partis vitiatus erit.

121. Cùm morbis partium ſimilarium copulantur morbi Organici: partim ſinguli ſingulis, ut cùm ad Luxationem Phlegmone accedit. Partim unus pluribus, ut cùm Luxationi Phlegmone ſimul & febris coniunguntur. Quandoq; plures Organici morbi, uni morbo ſimilari copulantur, ut ſi præcedentibus Oculi morbis præcedenti propoſitione enumeratis, Ophthalmia ſuperveniat. Aliquando deniq; plures pluribus.

122. Cùm unitatis ſolutione cõiunguntur morbi Organici, vel unicus cùm unica, ut ſi Luxationi vulnus ſuperveniat: vel unus pluribus, ut ſi Luxationi, vulnus ſimul & phlegmone quæ ſuppuretur, accedat: vel deniq; plures pluribus coniũguntur: & quò plures fuerint, tantò magis Compoſitus erit morbus.

De

Digitized by Google

De præcipuis ſolutæ Continuitatis differentijs, ex cap.11. huius libri: item cap. 11. libri de cauſis Morb.cap.6. de Artis Conſtitutione. Capite item 1. lib.3.& lib.4.Methodi.

123. In omni continui ſolutione, etſi commune ſit, ut ea ſeparentur, quæ cohærere unitaq; eſſe debebant: eadem tamen Separatio, differẽtias quaſdam obtinet, præcipuè ex ſubiecti, aut ex cauſa Efficientis diverſitate deductas.

124. Ex ſolutæ continuitatis differentijs ergo, quædam ſunt Organicarum partium quodammodo propria, ut Α'ποσπάσματα, *de quibus dictum eſt antè prop. 62. & ſequentibus.*

125. Pleraq; tamen ſunt communes tàm ſimilaribus, quàm Organicis partibus, & prout contingunt vel Carnoſis, vel Nervoſis partibus, vel Oſſibus ex alia atq; alia cauſa, ita alia atq; alia nomina ſortiuntur.

126. In Carnoſa enim parte, ſiquidem Continui ſolutio oriatur ab humore acri, quandoq; Ελκος, *id eſt, Vlcus: quandoq;* διάβρωσις, *id eſt, Eroſio dicitur.*

127. Quòd ſi Carnoſæ parti eveniat ἀπὸ τοῦ τρωθῆναι, *i. à Vulnerãdo,* τρᾶυμα *Græcis, Latinis Vulnus nũcupatur.*

128. Rurſus εἰ ὀξὺ καὶ λεπτὸν τὸ τίτρωσκον, *i. ſi id quod vulnerat, fuerit acutum ac tenue,* Νύγμα καὶ Νύξις, *id eſt, Punctio & Punctura nuncupatur.*

129. In Carnoſis itidem partibus, vel etiam mollibus puerorum Oſſibus evenit θλᾶσμα καὶ θλάσις, *i. contuſio. Præterea* σύνθλασις, *id eſt, illiſio: quæ cauſam habent,*

durum

durum aliquod corpus forinſecùs incidens & contundens: ſed in hoc differunt, quòd per θλάσμα κ̀ θλάσιν, *foris cutis adhuc ſervetur integra: in profundo autem minutim facta ſit continui ſolutio. Per* Ἐνθλασιν *autem tàm in profundo, quàm in ſuperficie diviſio continui fit.*

130. In Oßibus autem ſiquidem ſolvatur continuum, vel ab aliquo duro incidente, vel cadendo: tunc in reliquis Oßibus, communiter vocatur κάταγμα, *id eſt, fractura. In Oßibus capitis autem particulatim, ſi à craſſo incidente aliquo corpore eveniant,* Ῥωγμὴ κ̀ Ῥῆξις, *id eſt, fractura aut fiſſura dicitur: ſin fiat à tenui aliquo ſecante,* ἐγκοπὴ κ̀ διακοπὴ κ̀ ἕδρα, *id eſt, inciſio, diſſectio & ſedes nuncupatur.*

131. Quòd ſi in Oßibus continuum ſolvatur ab acri humore erodente, τερηδών, *id eſt, caries appellatur.*

De Morbis ſolutæ Continuitatis compoſitis.

132. Hæ ſimplices ſunt continui ſolutionis differentiæ, quæ poſſunt etiam complicari, vel inter ſeſe, vel cùm Intemperiebus & Organicarum partium Morbis: ut ex ijs ſufficienter apparet, quæ antè dicta ſunt, de Compoſitis Similarium & Organicarum partium Morbis.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

PATHO-

PATHOLOGIÆ PARS ALTERA

De

Cauſis Morborum maximè Vniverſalibus.

Ex diexodica Libri de Cauſis Morborum enarratione, ſummatim in propoſitiones digeſta, & ad diſputandum propoſita, Anno 1602.

Ad Generoſiſs. & Nobiliſs. Iuvenes, D. D. D. Catharinum atque Vætznikios, D. Joannem D. Pauli Catharini F. & D. D. Marquardum & Adamum Vætznikios.

Reſpondentibus,

D. Nathane Voitho Serveſtenſi Anhaltino.
D. Philippo Hochſtettero Auguſtano.
D. Georgio Meindelio Ratiſponenſi.
D. Joan. Henrich Frölich Baſilienſi.
D. Joan. Weiero Duſſelopolitano Montano.
D. M. Gallo Luckio Argentinenſi.
D. M. Conrado Pfiſtero Baſilienſi.

Z Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio I.

De Cauſarum Diverſitate.

THESIS I.

Pathologiæ partes eſſe tres, prop. 3. diſput. de Morborum diff. docuimus. Vnam de Morbi ac Sanitatis Eſſentia, primisq́; Morborum generibus. Alteram de Morborum cauſis maximè Vniverſalibus, à quibus prima illa Morborum genera efficiuntur. Tertiam de Symptomatum Generibus ſimul & Cauſis. Quia ergo prima pars, proximis diſputationibus à nobis fuit explicata, ad alteram deinceps veniendum erit.

2. De cauſis Morborum autem acturi, primùm generatim quid cauſæ ſint, docebimus. Deinde quot in univerſum Cauſæ rerũ omnium exiſtãt. Tertiò deniq; eaſdem, ſecundùm eum modum, quotuplices ſint Morborũ cauſæ: & quo à Medicis explicari illas decet, enarrabimus.

3. Diſputationem verò iſtam hinc ordiemur, quòd tria hîc ſint, quibus idem ferè ſignificatur, Ἀρχὴ, Αἴτιον *ἢ* ςοιχεῖον, *id eſt, Principium, Cauſa, & Elementum. Differt tamen, primò quidem à reliquis binis Elementũ, quòd eo, cauſa Materialis maximè exprimatur: neceſſumq́; ſit idem eſſe* ὁμογενὲς *ei, cuius eſt Elementum, ut dicitur 1. de Element. cap. 6 g g. itemq; 12. Meth. cap. 4. Cauſæ verò omnes ſunt etiam Principia. Non tamen o-*

mnia

omnia principia ſunt cauſæ: nimirùm ob varias Principij ſignificationes, initio lib. 5. Metaph. traditas.

4. Cauſæ verò generatim ſumptæ, Principia item & Elementa, ſicuti à nobis ſumuntur, quibuſdam cauſa ſunt, ut exiſtant: quibuſdam ut cognoſcantur. 5. Metaphyſ. cap 1. Et coincidunt aliquando cauſæ Eſſentiæ, cũ cauſis cognitionis, ut quando ex ſolis ortu, diem eſſe novimus.

5. Sæpiùs autem ſunt diverſæ, verbi gratiâ, Triangulus habet tres angulos binis rectis æquales, propter tantam quandam laterum divaricationem: aut, ſi mavis, quòd tantum cuiq; eorum latus ſubtendatur. 1. Element. Euclid. 18. 19. Hinc verò non cognoſcitur eoſdem habere binis rectis æquales: ſed propterea, quòd omnis Trianguli uno latere producto, Angelus exterior ſit utriq; interiori & oppoſito æqualis. prim. Elemēt. Euclid. prop. 32.

De Rerum omnium cauſis in univerſum.

6. Cæterùm de cauſis cognitionis, hîc nobis agendum non eſt: Sed de cauſis, ob quas Res exiſtant, primùm quidem generatim omnes: deinde in ſpecie Morbi ipſi. In qua ſignificatione definit Galenus, Cauſam generatim omnem cap. 1. de ſympt. diff. b. hoc modo: τὸ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως εἰσφερόμενόν τινα τῷ γενομένῳ μοῖραν τῆς γενέσεως, αἴτιον αὐτοῦ λέγεται. i. Cauſa eſt, quæ ei quod ſit, aliquam generationis partem confert. Idem dicitur cap. 1. libri de Cauſis procatarcticis.

Z 2 7. Gene-

7. *Genera Cauſarum præcipua, ſunt in univerſum quatuor, quæ à Galeno, & loco iam citato, & evidentiùs lib.6. de Vſu partium cap 12. ſic enumerantur:* Πρῶτον καὶ μάλιστα δι' ὃ γίνεταί τι. Δεύτερον ὑφ' οὗ γίνεται, καὶ τρίτον ἐξ οὗ, καὶ τέταρτον δι' οὗ, καὶ πέμπτον, εἰ βούλει, τὸ καθό. *i. Prima præcipuaq; cauſa ea eſt, cuius gratiâ aliqd fit, ut Finis. Secunda, à qua fit, ut eſt Efficiens Tertia, ex qua, ut Materia. Quarta, per quam, ut Forma. Et ſi placet, quintam adde, ſecundùm quam fit res, ut eſt Idea & Exemplar in mente Artificis, ſecundùm Platonem.*

8. *Ariſt. de numero Cauſarum cùm Galeno cõſentit, & omnes eas itidem Quaternario comprehẽdit. Exempli gratiâ, in lib. de Somno & Vigilia quàm breviß. ſic inquiens:* Τρόποι πλείους τῆς αἰτίας. καὶ γὰρ καὶ τὸ τινὸς ἕνεκεν: καὶ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως: καὶ τὴν ὕλην καὶ τὸν λόγον φαμὲν αἴτιον. *i. Cauſarum plures ſunt differentiæ. Nam & cuius gratiâ aliquid ſit, & unde motus Principium, & Materiam Formamq; cauſas vocamus. Idem dicitur 2. poſt. cap. 9. item 2. phyſic. c. 3. Item 1. Metaphyſ. c. 3. & 5. eiuſdem operis cap. 2. aliiſq; locis.*

9. *Hiſce quatuor generibus, omnes in univerſum cauſæ continentur. Et quæ aliæ recenſentur Cauſarũ differentiæ: ut ſunt Cauſæ per ſe & per Accidens, Mediatæ & Immediatæ: Priores & Poſteriores: Cauſæ item Inſtrumentales, & ſine quibus non: illæ omnes ex præcedentium quatuor generum, præſertimq; ex Efficientis Cauſæ ſubdiviſione oriuntur.*

10. *Per ſe enim Cauſæ ſunt, quæ primò, ex propria natura, & nullo interveniente, Effectum producunt. Sic motus calorem excitat: immerſio in aquam frigidam, febrem quandoq; curat. 10. Meth. cap. 10.*

Digitized by Google

11. Per Accidens è contrà Cauſæ ſunt, quæ non ex propria natura, ſed interveniente alia accidentali Cauſa, Effectum producunt, ut Immerſio in frigidam, iuveni quadrato, æſtate media, curat Tetanum. 5. Aph. 21. & 1. de Cauſis ſympt. cap. 6. item 3. de Temper. cap. 5.

12. Immediatæ Cauſæ ſunt illæ, inter quas & Effectus, nulla alia Cauſa intercedit. Mediatæ è contrà, inter quas & Effectus aliæ Cauſæ interveniunt. Verbi gratiâ, Putredo eſt Immediata Cauſa caloris febrilis. At Obſtructio, pravus Victus, Craſſi humores, ſunt Cauſæ eiuſdem Mediatæ.

13. Priores Cauſæ dicuntur Ariſtoteli illæ, quæ ſunt univerſaliores. Poſteriores, quæ ſunt magis particulares. 2. Phyſic. cap. 3. Inſtrumentales continent Inſtrumenta, ut ad Sanitatem, bona victus ratio. Sine quibus non Cauſæ, ſunt τὰ ἄνευ μὲν εἰσφερόμενα, μὴ χωριζόμενα δὲ τῶν εἰσφερομένων, *id eſt, quæ non agunt quidem ipſæ, ſed ſine quibus tamen Actio non fit. Vt conveniens locus fabricanti aliquid, rationem habet Cauſæ, ſine qua non.*

Diſputatio II.

De Cauſis Morborum.

14. Sed ſi quatuor, quas recenſuimus, Efficiens, Materia, Forma, & Finis, Rerum omnium in univerſum Cauſæ ſunt: an non erunt eædem etiam Morborum Cauſæ?

15. Reſpondeo, generatim loquendo eaſdem eſſe Morborum Cauſas, quæ ſunt reliquorum omnium: &

Morbis quoq; eſſe ſuam Materiam, Efficientem, Formam & Finem. Sed Medicos tamen, cùm agunt de Morb. & Sympt. Cauſis, ad ſolas Efficientes reſpicere: Vti Galenus quoq; facit in libris de Morb. & Symptomatum Cauſis.

16. Ratio huius rei eſt, quòd Formam, Materiam, & Finem Morborum, alijs nominibus nuncupant: nec ſub nomine Cauſarum, ſed alio nomine de ijs agunt. De Forma enim agunt, quando de Morb. differentijs. De Materia, quando agunt de partibus Corporis, aut de Locis Affectis. Ad finem deniq; pertinent Symptomata, eiusq; rationem obtinent.

17. Nec rectè cenſuit Argenterius cap. 7. libri de Cauſis Morborum, quòd aſſeruit Humores eſſe Morborum Materiam, & agi de Materia inter cauſas Morborum. Etſi enim quandoq; dicamus, tales humores eſſe talium morborum Cauſam Materialem: propriè tamen Materia Morbi eſt id, in quo Morbus conſiſtit, ipſa ſcilicet pars laborans, ut apparet cap. 1. libri de cauſis procatarcticis.

18. Quæ verè Efficientes Morborum Cauſæ ſunt, ſolaq; Cauſarum vocabulo nuncupantur: eæ, ſub finem cap. 2. huius lib. de Morb. cauſis, dividuntur à Galeno in προηγουμένας καὶ προκαταρκτικάς. *Illas vocant Medici Internas, Antecedentes, & Celſus Abditas. Has Externas & Protatarcticas appellant. Celſus Evidentes nominat. Barbari Primitivas & Praincipientes nuncupant.*

19. Vtrumq; genus deſcribit Galenus eodem capite his verbis: Τὰς καθ' αὑτὸ τὸ ζῶον εἴτε διαθέσεις εἴτε κινήσεις

παρὰ

παρὰ φύσιν αἰτίας ὀνομάζουσι προηγουμένας τῶν νοσημάτων. Τὰ δ' ἔξωθεν προσπίπτοντα, καὶ ἀλλοιοῦντα μεγάλως τὸ σῶμα, προκαταρχοντα καὶ προκαταρκτικὰ καλοῦσιν αἴτια. i. Affectus & Motiones in Corpore conſiſtentes, idq́; præter naturam alterantes, Cauſas vocant προηγουμένας. Quæ verò forinſecùs incidunt, idemq́; Corpus præter naturam alterant. Procatarcticas Cauſas appellant.

20. Exempli gratiâ, Obſtructio, Humorum Abundantiã, Craßities, Acredo, Pulſus mutant tamquam Cauſæ προηγουμέναι. Sed Balneum Calidius Frigidiúsve, eaſdem mutant, tamquam Cauſæ Procatarcticæ.

21. Sed ſi hoc ita eſt, & Procatarcticæ Cauſæ Galeno ſunt Externæ: προηγουμέναι verò Internæ: Cur cap. 4. libri de cauſis Procatarct. Crapulam, Vigilias, Iracundiã, Mærorem, Venenum ſumptũ, inter Procatarcticas Cauſas enumerat? Cur item cap. 7. lib. 1. de feb. differentijs, Ephemeræ febris proprium ſignum eſſe ait, ſi à Procatarcticis Cauſis oriatur, cuiuſmodi eæ ſunt, quas modò commemoravimus?

22. Avicenna lib. 1. fen. 2. doct. 2. cap. 1. Alij item recentiores, in quorum numero eſt Fuxius 3. Inſt. ſect. 1. c. 2. Animi Affectus inter Cauſas Procatarcticas à Galeno numerari aſſerunt, propterea quòd Anima ſit diverſum quiddam à Corpore.

23. Sed quia aliud eſt, diverſum eſſe à Corpore, quàm extra Corpus conſiſtere: potiùs dicendũ erit, Affectus Animi, cæteraſq́; ſimiles iam commemoratas Cauſas, Procatarcticas dici à Galeno, Primùm reſpectu ſuæ originis, nam ab externis rebus oriuntur: quo modo ſcilicet 2. Meth. cap. 3. Actiones læſæ dicuntur eſſe διαθέσεις,

Digitized by Google

eò quòd à diatheſibus oriantur. Secūdò quòd Evidentes ſint, perinde ut quæ propriè vocantur Procatarctica.

24 Hiſce conſentit Cauſarum Procatarcticarum alia definitio, ſuper text. 1. libri 2. de Nat. humana, quæ ſic habet: ὑφ' ὧν τὰ προηγούμενα γίγνεται, προκαταρκτικὰ καὶ προκατάρχοντα λέγεται. i. Procatarcticas cauſas eas vocabis, à quibus oriuntur cauſæ προηγούμεναι.

De Cauſa Continente.

25. Continentem Cauſam, quam Avicenna, cæteriq; Arabes Coniunctam: Græci Συνεκτικὴν nominant, ex cap. 6. & fine cap. 8. contra Iulianum, dicimus in Morbis eſſe talem, qua poſita Morbus eſt, & qua ſublata Morbus tollitur.

26. De huiuſmodi Cauſis, Vtrùm in Morbis dentur? item An ex Galeni ſententia conſtitui tales Cauſas in Morbis oporteat? magna fuit ſuperioribus annis inter Medicos concertatio: Aliјs idipſum multis Argumentis negantibus: præſertim quòd earū, in hoc libro de Cauſ. Morb. nulla mentio fiat: Aliјs è contrà hoc idem magna contentione affirmantibus.

27. Quid igitur hac de re ſentiendum? Reſpondeo primùm fundamenti loco, ex cap. 6. priùs citato contra Iulianum, & cap. 3. libri de plethora, Dogma de Cauſa Continente, Stoicorum eſſe Inventum, qui aſſerebant, ἅπαν τὸ ὂν δεῖσθαι συνεκτικῆς αἰτίας: id eſt, omne ens indigere Cauſa Continente, qua Forma cum Materia contineretur, & qua ſublata res interiret.

28. In eadem ſignificatione translata eſt, Galeni tempore,

pore,in Medicinam, huiuſmodi Cauſæ notio,quæ antea in uſu non fuerat. Et proinde factum eſt, ut cùm loquitur Galenus de Cauſis Morborum, ex communi conſuetudine Græcis uſurpata: omnes cauſas in προηγουμένας καὶ προκαταρκτικὰς *diſtribuat,ſicuti in hoc de Cauſ. Morb. libro cernitur.*

29. *Contrà verò ſi de cauſis loquitur,ex nuper introducta nova conſuetudine: Cauſas facit triplices,* προκαταρκτικὰς, προηγουμένας καὶ Συνεκτικὰς *, ut 6. Epid. ſect.3.text.20. Item lib.1.de cauſis pulſuum cap.1. aliiſq; locis.*

30. *Habént ne autem Morbi tales Cauſas? Reſpondeo quoſdam habere, quoſdam non habere. Qui enim adhuc ſunt in fieri, pleriq; tales Cauſas obtinent. Et ex iis qui facti iam ſunt, aliqui habent,aliqui non habent.*

31. *Exempli gratiâ. Phlegmone, Oedema, Eryſipelas, Continentem Cauſam habent ipſum humorem, quo pars repleta intumeſcit, & quo vacuato tumor quoq; aufertur. Contrà Febris à Putredine aut Motu vehementi concitata,talem Cauſam non habet. Neq; enim ceſſante Motu,aut Putredine, ipſa quoq; ſubitò deſinit.*

32. *Et ne quis abſurdum eſſe putet,quod iam docuimus: Age obſerva, quod cap.1.libri de ſympt.diff.b.dicitur, ſæpe in Morbis eſſe ſeriem quandam Cauſarum, è quarum prima naſcitur ſecunda, & ex ſecunda tertia, donec Effectus producatur. V.g. Otium & Crapula pariunt cruditates. Ex hiſce craſſi lentiq; humores generantur. Ex iiſdem hiſce deniq; Calculus in Renibus producitur,& ex Calculo obſtructio, Vrinaq; ſuppreſſio ſequitur,quæ Nephritidis nomine nuncupantur.*

Digitized by Google

33. Has cauſas ſi diviſeris omnes, in Procatarcticas & προηγουμένας: Et Otium Crapulamq́; voces Procatarcticas: Reliquas omnes Internas, & προηγουμένας nuncupes: loqueris ſecundùm eum modum, quo in libro de Cauſis Morborum loquutus eſt Galenus, quiq́; tunc erat vulgaris. Quòd ſi verò Internas iterũ diviſeris, in Συνεκτικὰς καὶ προηγουμένας: & Calculum ipſum continentem Cauſam vocaveris, reliquas προηγουμένας appellaveris, loqueris ſecundùm novam conſuetudinem, de qua prop. 29. diximus.

34. Nam & Drachmã dividimus aliquando in binos ſemiſſes: aliquando in tres ſcrupulos. Et Corporis noſtri conſtitutionẽ, Ariſt. in Poſtprædicament. diviſit in Morboſam, atq; Salubrem. Galen. cap. 2. Artis Medicæ eandem in Salubrem, Inſalubrem & Neutram ſecuit.

35. Sive autem duplices ſtatuas eſſe Cauſas Morborũ, ſive triplices: In ijs tamen enarrandis eadem erit ſervanda Methodus. Vt ſcilicet, ſecundùm ſingula Morborum genera priùs enarrata, cuiusq; eorum enarremus προηγουμένας αἰτίας ἄχρι τῶν προκαταρκτικῶν: id eſt, ut incipiendo ab ijs quæ Morbo proximæ atq; Immediatæ ſunt, progrediamur analyticè, quærendo eas, à quib. hæ ſunt factæ, donec perveniamus ad cauſas Externas. hîc cap. 2. d.

Diſputatio III.

De Cauſis Morbi Calidi generatim omnis.

36. Præmiſſis ijs, quæ de Natura & diverſitate Cauſarum,

rum generatim cognoſcenda ſunt: ad Cauſas Morborũ iam accedendum eſt, ut illæ generatim explicentur, ſecundùm quæq; morborum differentias, prop 28. & ſequentibus primæ partis Pathologiæ propoſitas: initio ſumpto à Cauſis Calidæ Intemperiei.

37. Eiuſdem verò Cauſæ explicandæ erunt primùm generatim, agendumq; de omni Calida Intemperie. Deinde particulatim de illius Calidæ Intemperiei Cauſis differendũ, quæ Febris dicitur. De qua rurſum ita agendum, ut primò generatim omnis febris Cauſæ enarrentur. Deinde ſpeciatim ad differentias febrium maximè Principales veniendum.

38. Hinc igitur ſumendũ erit huius diſputationis initium, ut quoniã corpora noſtra, corpora ſunt naturalia: aſſeramus eadem ſupra modum incaleſcere, & in Calidam intemperiem incidere poſſe, ab iiſdem Cauſarũ generibus, à quib. cætera Corpora naturalia omnia, & ſingula, ſupra modũ incaleſcunt. Nam quæ generi univerſo per ſe inſunt, eadem competunt etiam omnibus ſpeciebus. Vt in 6. Anteprædicamento docuit Ariſt.

39. Eadem verò Galenus initio cap. 2. hîc, & initio cap. 3. lib. 1. de feb. different: quinq; ſummis generib. comprehendit. Cuiuſmodi ſunt, Κίνησις: Σήψις: Ὁμιλία ἑτέρας θερμότητος: στέγνωσις, ἢ ἐπίσχεσις ἀποῤῥοῆς θερμῆς: ἐπιτήδειος τροφή. *i. Motus, Putredo, Cõtactus rei Calidæ, Stipatio ſive retentio Calidæ tranſpirationis: Idoneum Caloris Alimentum. Ac poſſe omnes Calefacientes Cauſas, reduci ad hæc genera, inductione patebit.*

40. Cætera Corpora Naturalia, ex hiſce Cauſis incaleſce-

Digitized by Google

leſcere, exemplis demonſtraſſe ſufficiet, hoc modo. Motu incaleſcunt lapides & ligna invicem colliſa. Ex Putredine, Sterquilinia præcipuè eò uſq; incaleſcunt, ut aliquando incendium inde fuerit ortum. 3. de temper. cap. 2. d. Calidæ rei contactu, calefit hyberno tempore Aër in noſtris hypocauſtis, ob fornacem calefactam, quam tangit. & ambit. Eadem hypocauſta calida manent magisq; incaleſcunt, feneſtris & oſtijs clauſis ſtipatisq;. Alimento commodo deniq; flammam augeri, ſi arida ligna ei injiciantur, cernimus.

41. Quòd verò etiam humana Corpora, ex ijsdem Cauſarum generibus, incidant in calidam Intemperiem, hinc apparet. Ex Motu immodico quocunq;, incidimus in laßitudinem ea autem eſt calida intemperies, præcipuè Articulorum, & Muſculorum in ijs partibus, quæ fatigatæ ſunt. Item ſi laßitudo fuerit maior, febrim etiam excitat: quæ eſt totius corporis calida intemperies. In ira vehementi fit ebullitio effuſioque caloris, quâ, unà cum alijs iracundorum motibus, etiam poteſt excitari febris. cap 2. h.

42. Ex Putredine oriuntur Intemperies illæ: Primùm, quæ ſunt in tumoribus præternaturalibus, Phlegmone, Eryſipelate, Carbunculis, Phygethlis, alijsq; hiſce ſimilibus. Nimirum quòd humores, qui in partem quampiam, huiuſmodi tumorum aliquo laborantem, decumbunt, illic διὰ τὸ μὴ διαπνεῖσθαι καὶ μὴ κρατεῖσθαι, ut dicitur 2. de feb. diff. cap. 9. i. ob prohibitam diſſlationem putrefacti, calorem excitent. Deinde etiam febres putridæ nuncupatæ omnes à putredine oriuntur. ibid.

43. Contactu rei calidæ, fiunt primùm febres ſymptoma-

ptomatica vocatæ, quæ ſequuntur partium quarundam Phlegmonas, ſimilesq; Affectus calidos: calore ſcilicet, à partibus laborantibus per continuitatem, ad Cor usq; diſtributo. Huiuſmodi febres Pleuritidem, Peripneumoniam, Vlcera pulmonis, aliarumq; partium bubones conſequuntur. Deinde, quæ à diuturna mora ſub ſole oriuntur, ſive febres, ſive capitis dolorifica itemperies calida: Item quæ ab ignis, ſive feruentis aquæ contactu exuſtiones, ſimilesq; Affectus eveniunt. ibid. a.

44. Stipationes febres excitant in ijs maximè corporibus, quæ multis acrib. & fuliginoſis humoribus excrementitijs abundant: quando illorum cutis vel frigore ambiente, vel balneo aſtringente denſatur. Exemplum habes 8. Meth. cap. 2. in Iuvene qui Albulis prope Romam uſus erat.

45. Idoneo caloris alimento deniq; accenduntur febres in ijs, qui longo tempore nutriuntur cibis acribus, calidisq;, aut potu ad calefaciendum apto: exemplo Grammatici de quo agitur 2. de Loc. Affect. cap. 9. dd. uti etiam in ijs qui utuntur medicamentis acribus atq; calidis. ibid.

46. Vt autem faciliùs difficiliusve accendantur febres, aliæve Intemperies calidæ, ab huiuſmodi cauſarum generibus: id accidit, prout cauſa fuerit Vehementior aut Mitior: Item prout corpora quæ ab huiuſmodi cauſis afficiuntur, debiliora aut fortiora fuerint ad reſiſtendum. ibid. a.

De Cauſis eius Intemperiei Calidæ quæ febris dicitur.

47. Diximus de ipſo genere Calidæ intemperiei. Deinceps

Digitized by Google

inceps ad Febrem tamquam eius ſpeciem, quæ homines frequentiſſimè affligit, veniendum, ut ipſius Eſſentiam præcipuasq́; differentias, earum item cauſas maximè principales, ſummatim enarremus.

48. Vocant autem Græci febrem πυρετὸν, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *tamquam ſi ab igne Igneum Morbū nuncupes. Quæ verò vehementiſſimæ ſunt febres, eas Hipp. etiam ſimpliciter* πῦρ, *i. Ignem vocat, ut cernere eſt 1. Epidem. ſect. 3. in ægro 2. 4. 6. 7. de quibus inquit* πῦρ ἔλαβε, *i. Ignis ægrū apprehendit.*

49. Ratio huius rei eſt, quòd etſi multa appareāt præter naturam in morbis: V. g. Vigiliæ, Sitis, deiectio Appetitus, Vires languidæ, Squalor, Actionum omnium præſertimq́; Naturalium læſiones: tamen illa omnia ab Immoderato calore, tamquam cauſa principali dependent.

50. Quæ cùm ita ſint, dicimus cū Gal. 6. Epid. Com. 1. text. 29. e. οὐσία πυρετῶν ἐστι, οὐ κατ' Ἱπποκράτην, μόνον καὶ τοὺς ἀρίστους ἰατροὺς, ἀλλὰ καὶ τὴν κοινὴν πάντων Ἀνθρώπων ἔννοιαν, ἡ παρὰ φύσιν θερμασία, μάλιστα μὲν εἰς ὅλον ἐκτεταμένη ζῶον, εἰ δὲ μὴ ἀλλὰ πάντως, ἤτοιγε ἐν τοῖς πλείστοις μορίοις, ἢ ἐν τοῖς κυριωτάτοις ὑπάρχουσα. *i. Eſſentia febris eſt, non ex Hipp. & opt. medicorum ſententia tantùm, ſed communi hominum omniū iudicio, calor præternaturalis, maximè quidem is, qui ex corde in univerſum Animal effunditur: aut certè qui in plurimis & maximè principalibus partibus conſiſtit. Idem ferè dicitur cap. 2. de Cauſis Morb. b. Item 1. Aph. 16. aliisq́; locis. Avicen. lib. 4. fen. 1. tract. 1. cap. 1. hiſce conſentit, uti etiā Græci recentiores.*

51. Non approbamus autem, quod Simon Simonius

cap.3. ſuæ ſynopſeos, & alij quidam Docti Viri docuerunt, Eum calorem tantummodò febrem eſſe, qui in corde conſiſtit: reliquum qui in corpus effuſus eſt, ſymptoma febris eſſe. Neq; concedimus, quod quidam aſſerunt, calidam Intemperiem aliquid diverſum eſſe, à calore præternaturali.

52. *Quòd ſi ergo hæc eſt eſſentia formaq; febris: quidnam fuerit illius materia? Reſpondeo. Id in quo forma conſiſtit: aut quod à febri patitur: aut pars affecta: aut quod in Scholis vocamus, ſubiectũ febris propriũ. Id verò eſt principaliter quidẽ Cor: ſecundariò autem omnes partes ſimilares, quæ ex corde immodicè incaleſcunt.*

53. *Neq; enim fieri poteſt, ut omnes partes ſimilares ſimul præter naturam incaleſcant, niſi in eas calor ex ipſo caloris fonte effundatur. Itaq; ſi maximè, aut ab ardente ſole, aut exercitio vehementi, aut alia aliqua cauſa, Corpus ſupra modum incaleſcat: nondum tamen eſt febris,* εἰ μὴ συνεκθερμαίνει ἡ καρδία*: i. niſi calor ille ex corde ſupra modum calefacto, in reliquas partes per Arterias diſtribuatur.*

54. *Quòd ſi ergo hæc ita ſunt, Quidnam erit febris Cauſa? Nunquid forte Calor Immodicus, qui ex corde effunditur? Reſpondeo. Calor hic eſt ipſa febris Eſſentia, ut dicitur prop. 50. Itaq; id erit febris cauſa, quod immodicè Cor calefacit: quandoquidem ipſum in febribus primum oportet Immodicum Calorem ſuſcipere, & poſtmodum reliquas partes ex eo præter naturam incaleſcere.*

55. *Quidnam igitur eſt, quod poſſit Cor præter naturam calefacere, & febrem excitare? Reſpondeo rurſus,*

Veni-

Digitized by Google

Veniendum eſſe ad ea genera Cauſarum, quæ ſuprà prop. 39. propoſuimus: Nempe Κίνησιν, Σῆψιν, Ὁμιλίαν ἑτέρας θερμότητος, στέγνωσιν καὶ ἐπιτήδειον τροφήν. Nam à quibus cauſis ſive ſingillatim, ſive coniunctim agentibus, omnes calidæ Intemperies oriuntur, ab yſdem etiam febres excitantur.

56. Vt verò etiam modum Actionis intelligas, quò omnes particulares Cauſæ, ſub hiſce generibus comprehenſæ, Immodicum in Corde Calorem excitare ſoleant: Cogita, Primùm earum aliquas eſſe Procatarcticas, aliquas προηγουμένας. Deinde ex Procatarcticis quaſdā immediatè caleſacere & Cor & partes reliquas: quæ Calefactio ſi diuturnior vehementiorq; ſit, quàm ut eam Vires ferre poſſint, Febrim efficit. Vnde novimus, quoſdam ex ſolis ardore vehementi: quoſdam vehementi lucta, ſaltu, pugna, aliove exercitio: nonnullos ex vehementi ira febricitaſſe.

57. Quædam Procatarctica non immediatè calefaciunt, ſed producendo aliam diſpoſitionem in corpore, quæ tamquam cauſa προηγουμένη, deinde Calorem præternaturalem efficit. V.g. Stipatio à balneo aſtringente, ut dictum eſt prop. 44. aut ab alia cauſa quacunq; facta, prohibet acrium Vaporum evacuationem. Iÿdem acres & fuliginoſi Vapores, in corpore retenti & aucti, cùm per ſe caleſaciunt, tùm adhuc magis ſi putreſcant. Similiter cibi acres longo tempore uſurpati, ac potiones, acres humores generant, qui partim per ſe, ut in puero Grammatici, 2. de Loc. Affect. cap. 6. partim putreſcendo, calorem generant.

58. Putredo autem omnis tamquam Cauſa προηγου-

μένη

μένη immodicum calorem excitat, primùm in ea parte in qua ipſa eſt: ſive cùm tumore ſive citra tumorem cõſiſtat: deinde per contiguitatem, eodem calore ad Cor diſtributo, facit febrim.

59. Eſtq; frequentiſſimum ut ex Putredine febres oriantur. Eratq; Galeni tempore dogma hoc antiquum, eorum qui aſſerebant, omnes febres à putredine oriri: cui Athenæi ſectatores omnes aſſentiebantur: Galenus verò ſolarum diariarum ratione; ſe ab eodem diſcedere teſtatur lib.1.de feb.diff.cap.1.

60. Contrarium ergo repudiamus dogma eorum, qui nullas febres à putredine oriri contendunt: è quorum numero fuerunt primùm illi, qui apud Trallianum lib.2. cap.2.aſſerebant, ἐκκαίεσθαι τοὺς χυμοὺς ἐν ταῖς φλεψὶν, οὐ σήπεσθαι: i.exardeſcere in Venis humores, non putreſcere Deinde ſuperioribus annis Iubertus 2 paradoxo decadis ſecundæ, & Simonius cap.1.ſuæ Synopſeos, aliiq; eorundem ſectatores.

Diſputatio IV.

De febrium differentijs earumq; Cauſis.

61. Docuimus de ipſo Febrium genere, quid ſit & à quibus cauſis oriatur? Deinceps ad Species veniendum eſt: & quænam ſint præcipuæ febrium differentiæ: à quibus item Cauſis generentur, oſtendendum erit.

62. Diſtinguuntur autem febres, ut cap.1.lib.1. de feb. different. dicitur, κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτῶν, ἢ κατά τι τῶν συμβεβη-

βεβηκότων: id eſt, per ea quæ ſunt de earum eſſentia, aut quæ eidem eſſentiæ accidunt.

63. Eſſentia febrium eſt Calor præternaturalis, ut priùs dictum eſt prop. 50. cuius ratione differunt febres κατὰ τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον: παρὰ τὴν ὕλην, ἐν ᾗ τὸ παρὰ φύσιν τοῦτο θερμόν: παρὰ τρόπον αὐτῆς τῆς κινήσεως: id eſt, Primò ſecundùm magis & minùs. Secundò reſpectu materiæ in qua febrilis idem calor primariò accenditur. Tertiò penes modum, quo, is calor movetur. 1. de feb. diff. cap. 1. iam citato.

64. Κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον deſumuntur illæ febriū differentiæ, quarum ratione Corpus præter naturam, magis aut minùs incaleſcit. Vnde fit ut aliæ vehementiores, aliæ mitiores exiſtant. Has verò differentias efficit cauſarum vis maior aut minor: quo ſenſu 3. Epid. Com. 1. textu 2. 3. magna putredo magnum morbum efficere dicitur. Et 1. Epidem. Com. 1. text. 9. Bilioſi humores putreſcentes ardentium febrium cauſæ appellantur.

65. Παρὰ τὴν ὕλην, ἐν ᾗ τὸ παρὰ φύσιν θερμόν, diſtinguuntur febres, in Ephemeras & Humorales vocatas, atq; Hecticas. Nam etſi per omnem febrem neceſſe ſit, febricitantis Cor totum, unà cùm contentis & Impetum facientibus, præternaturaliter incaleſcere: cauſa tamen talis eſſe poteſt, quæ primariò unum horum afficiat, ut ex eo ſupra modum incaleſcente, reliqua etiam incaleſcant: ceſſanteq; eiuſdem huius feruore, etiam in reliquis deſinat.

66. Quòd ſi ergo cauſa talis ſit, quæ ipſam cordis ſubſtantiam præternaturaliter alteret, Hecticam generat: in

Digitized by Google

in qua ab Immodico calore, Cor ita afficitur, ut funiculus in lucerna plurimùm uſtus. Sin Humores primariò accenderit, Humorales febres producit. Sin ſpiritus ſolos incenderit, Ephemeras progenerat: ut dicitur locis paulò antè citatis.

67. Sive enim in lebetem ignitum, aquam frigidam infundas: neceſſe eſt eam ex ipſo incaleſcere, unà cùm aërea ſubſtantia, quæ ei ſit permixta. Sive in lebetem frigidum Aquam ferventem infundas: oportebit lebetem à calore ferventis aquæ incaleſcere. Sive deniq; Aërem calidum folles attraxerint, ipſos quoq;, ab attracto calido Aëre, calefieri oportebit. 1. de febr. differ. cap. 1. 8 9.

68. Cauſæ, quæ ſpiritus poſſint ſuprà modum calefacere, priuſquam contenta aut continentia: & proinde Diarias potiùs quàm Humorales, vel Hecticas efficere: recenſentur primùm initio cap. 5. lib. 1. de feb. differentijs: deinde 9. Meth. cap. 1. a. & lib. 10. cap. 2. g. Aduſtio ſub ſole: Cruditas, Laſſitudo, Vigiliæ, Animi perturbationes, Stipatio cutis, Bubo à cauſa evidenti ortus, & ſimiles.

69. Contrà Hecticas efficiunt, Primùm errores in Diarijs curandis, ſive à Medicis ſive ab ægris commiſſi. Secundò febrium ardentium nimia duratio. ibid. & 1 de feb. diff. cap. 8. 9. Humorales, Putredo maximè efficit. cap. 4. 5. 6. eiuſdem libri.

70. Vt verò ex iam propoſitis à Galeno exemplis apparet id quod volumus: ita etiam alia dari poſſunt ex ijs, quæ apud nos frequenter fiunt. An non enim ex dolei corruptione, vinum contrahit vitium? Et rurſus te-

ſta recens, contrahit diuq́ꝫ ſervat odorem quo ſemel ex contenta materia eſt imbuta. Item ex ſulphure in doleo combuſto, & in aërem ſiccum converſo, cùm vini, tùm dolei vitia emendari novimus ſi moderata ſint: & ſi ſint immoderata vitiari eadem novimus.

71. Παρὰ τρόπον τ͂ κινήσεως, variæ febrium differentiæ oriuntur. Primùm enim ex celeritate & tarditate motus diſtinguūtur febres in Acutas & Lentas longasq́ꝫ: quo ſenſu 1. Epid. Com. 3. text. 3. dicuntur Acutæ febres quæ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὰς κρίσεις λαμβάνουσιν, i. quæ brevi tempore ad iudicationes perveniunt. Contrà text. 4. eiuſdem commentarij, dicitur quartana febris longiſſima.

72. Deinde prout idem τρόπος τ͂ κινήσεως, fuerit continuus, aut intervallis diſtinctus, febres aliæ Συνεχεῖς, id eſt, Continuæ ſunt, aliæ Διαλείπουσαι, id eſt, Intermittentes. Ex continuis rurſus, aliæ habent quandam mitigationem, ſive ſingulis diebus, ſive alternis, ſive quarto quoqꝫ die. Cuiuſmodi vocantur Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, Continuæ. Aliæ nullam habent mitigationē, vocanturq́ꝫ Σύνοχοι, Synochi.

73. Ex Synochis rurſus, aliæ febres ſunt Ὁμότονοι, quæ ſervant eundem quaſi vigorem, ab initio uſqꝫ ad finem. Aliæ παρακμαστικοὶ, quæ ſenſim declinant. Aliæ deniqꝫ Ἐπακμαστικοὶ, quæ paulatim augētur. 2. de feb. diff. c. 1. 2. Et Ὁμότονοι fiunt, quando æquale eſt, quod ſubinde accenditur, ei quod difflatur. Παρακμαστικοὶ, quando plus difflatur, quàm ſubinde accenditur. Ἐπακμαστικοὶ contrà, quando plus ſubinde accenditur quàm diſſipatur. 9. Meth. cap. 3.

74. Omnes

74. Omnes autem hæ Synochorum differentiæ, vel oriuntur ex putredine omnium humorum, qui ſunt in Venis & Arterijs præcipuè maioribus: & proinde ſunt putridæ febres. Vel fiunt ex ijſdem humoribus omnibus, citra putredinem, ab aliqua procatarcticarum. quæ diarias gignere ſolet, incaleſcentibus: & proinde ſunt ex genere Ephemerarum, ut dicitur 2. de feb. diff. cap. 1. 2. & 11. ſub finem. Item 9. Meth. cap. 2. 3.

75. Quarum febrium deniq; calor movetur ex Intervallis: ea ſunt quæ εἰς αἴσθησιν τὴν ἀπυρεξίαν ἀφίκωσι. *id eſt, quæ antequam ex toto finiantur, ad ſenſibilem infebricitationem perveniunt: & proinde vocantur* διαλείποντες *Græcis, & Latinis Intermittentes. Sunt verò earum differentiæ tres* ἀμφημέρινοι, τριταῖοι, τεταρταῖοι, *id eſt, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ.*

76. Atq; hæ quas hactenus commemoravimus, differentiæ, ab Eſſentia febrium, Maiori, Minori, in alio atq; alio ſubiecto inhærente: & Motionis modo deſumptæ ſunt. Ab Accidentibus verò multæ variæq; febrium differentiæ ab alijs atq; alijs recenſentur: nimirùm quòd multa febribus ac febricitantibus accidant.

77. Pro præcipuis tamē haberi poſſūt illæ, quæ ab Hipp. 6. Epid. Com. 1. text. 29. dicuntur Salſuginoſæ: Aſpectu terribiles: Rubræ: Pallidæ: Lividæ: à varijs ſcilicet Effectibus, quas in febricitantibus excitant, prout ab alio humore generantur, malignitate carent, aut non carent.

78. Ab Accidentibus etiam diſtinxit feb. Gal. 7. Aph. 42. item 1. ad Glauc. cap. 3 4. item Avicen lib. 4. fen. 1. tractat. 1. cap. 1. in Morbos & Morborum ſymptomata. Item quòd febrium quædam ſint ἄνευ συμπτωμάτων, *i.*

absq; ſympt. quadam ἄμα συμπτωμάτων, id eſt, cùm diuris quibuſdam ſymptomatibus coniuncta. Item quòd Symptomaticarum febrium quadam partem affectam indicent, ut Pleuritica Peripneumonica: quadam non indicent, ut Catharales. 11. Meth. c. 7. & 2. de criſib. c. 11.

Diſputatio V.

Ex febribus humoralibus, cur aliquæ ſint Continuæ, aliæ Intermittentes?

79. Deinceps Cauſa explicanda erunt, ob quas febrium, qua Humorales appellantur, alia Continua, alia Intermittentes ſint? Et in Intermittentibus, cur iterum aliqua ſingulis diebus: alia alternis: alia quarta quaq; die paroxyſmos habeant?

80. Res minimè levis eſt: de qua ſummi Viri certarunt: & Galenus ipſemet ea de re, initio 11. cap. libri 2. de feb. diff. ſic loquitur: Χαλεπώτερόν ἐστιν ἐξευρεῖν τὴν αἰτίαν, τῶν κατὰ περίοδον παροξυνομένων πυρετῶν, ἤπερ τῶν συνόχων. *i. difficiliùs eſt invenire cauſam, ob quam febres certis periodis exacerbentur, quàm cur Cōtinua ſint ſicuti Synochi.*

81. His verò Galenum ſequuti, neminē refutabimus, ſed ſolas veras Cauſas proponemus: & inde ordiemur, quòd (ut dicitur cap. 11. iam citato a. g. g.) ab ijs qua foris in externis partibus fieri cernimus, tranſire oportet ad cognoſcendos Affectus Partium Internarum: & Ratione colligere, quòd à ſimilibus Cauſis, Interna partes ſimiliter afficiantur ut Externa.

82. In

Digitized by Google

82. *In Exterioribus partibus cernimus Ophthalmias, Dentium dolores, Hemicranias, dolores Podagricos, Dolores Aurium, alioſq́; ſimiles ex Intervallis exacerbari, & tempore exacerbationis, tumores augeri: Venas magis dilatari: (quod in Ophthalmijs maximè apparet) & Calorem in partibus dolentibus maiorem fieri: febres deniq́;, ſi quæ huiusmodi affectibus coniunctæ ſunt, etiã augeri. ibid.*

83. *Hoc verò colligimus fieri propterea, quòd tempore exacerbationis, factus ſit novus affluxus humoris: ſive ſit ibidem generatus: ſive attractus eò, à calore aut dolore partis laborantis: ſive deniq́; detruſus ab alijs partibus fortioribus: in quibus, ex alimenti ſuperfluitatibus, generatus erat. Eundemq́; humorem cenſemus exacerbare putreſcendo, cùm ipſum calorem, tùm dolores & febres.*

84. *Et ſi quis miretur ordinem circuituum, quibus fieri ſolent huiusmodi affluxus humorũ, febriumq́; exacerbationes: eum iubet Galenus intueri ordinem, & quantitatem eorum, quæ quotidie conſueverũt, ex ventre per alvum deijci. Nam ſicuti ex certa alimenti quantitate, tanta generatur quantitas excrementi, quam quotidie excerni oportet: ita in Cerebro, V. g. ex attracto alimento, quotidie certa quadam Excrementi quantitas generatur, quam excerni, aut in alias partes expelli oportet. eodem cap. 11. g.*

85. *Quòd ſi igitur hæc in exterioribus partibus fieri cernimus: idem ſentire debemus de Internarum partiũ inflammationibus, alijsq́; humorũ fluxionibus, ad certas quaſdam partes decumbentibus, in ijsq́; putreſcendo*

Digitized by Google

febres Continuas aut Intermittentes excitantibus. Sive eadem fluxiones, ad partes quaſdam imbecilliores à fortioribus propellantur: ſive caloris dolorisq́; ratione attrahantur: ſive deniq; in iiſdem generentur.

86. Ex quo ſimul apparet, Commune eſſe, Continuis ſimul atq; Intermittentibus febribus, ut oriantur à ſuperfluis humoribus in parte aliqua putreſcentibus: ſive ibid. ſtatis temporibus generentur: ſive eò attrahantur, aut propellantur. Commune quoq; eſt utriuſq;, ut ſicuti à fluxione putreſcente oriuntur: & eadem ex intervallis redeunte, rurſusq́; putreſcente, durent, donec penitus abſumpti ſint humores, nulliq́; ampliùs vel affluant, vel illic generentur. eodem cap. 11. lib. 2. de feb. diff. g. h. h.

87. Cur ergo aliquæ ſunt Continuæ, aliquæ intermittentes? Reſpondeo. Propter diverſum modum diſſipationis materiæ, quæ affluens putreſcebat febrēq; excitabat. Quòd ſi ea quæ ſemel affluxit, aut ibid. generata eſt: citiùs abſumatur, diſſipetur, aut educatur, quàm nova affluere & ignem febrilem fovere queat, neceſſe eſt Ἀπυρρεξίαν *intercedere inter quoſq; affluxus, & febrem fieri intermittentem. ibid.*

88. Contrà, Si aut præſens fuerit putreſcentis materiæ copia: aut eiuſdem affluxus ſive continuus, ſive ex Intervallis brevioribus, qui ſinguli redeant, antequam prior materia ſit abſumpta: tunc neceſſe eſt febrem fieri Continuam: ſive habeat aliquam mitigationem, ut Quotidiana, Tertiana, Quartana Cōtinua: ſive nullam, ut Synochi. ibid.

89. Hoc ipſum Galenus capite iam citato h. h. poſt longam diſputationem his verbis concludit: Ἐπειδὰν δὲ τ

περιόδου

προτέρου παροξυσμοῦ χρόνος, οὕτως ἢ βραχὺς, ὡς πρὶν τοῦ ἄρχεσθαι τὸν δεύτερον ἤδη λελύσθαι· τὸ μεταξὺ τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου, καὶ τοῦ προτέρου τοῦ τελευτῆς διάστημα, σύμπαν ἀπύρρετον γίγνεται. φθάσαντος δ' εἰσβάλλειν τοῦ δευτέρου, πρὶν ἀκριβῶς λυθῆναι τὸν πρότερον, οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεται μεταξύ. *Senſus eſt. Si materia quæ præcedentem paroxyſmum excitavit, citiùs abſumpta fuerit, quàm nova affluens ſecundum paroxyſmum inchoare poſſit: totum illud ſpacium quod inter finem prioris, & initiū ſequentis paroxyſmi intercedit febri carebit, & ita erit febris* Intermittens. *Contrà, ſi poſteriorem paroxyſmum excitatura materia, citiùs affluxerit, quàm ut diſcuti potuerit ea, quæ priorem faciebat: nullum ſpacium vacuum febre intercedet inter binos paroxyſmos: atq; ita febris erit* Continua.

90. *Sed ſi hoc ita eſt, cur dicit Galenus. ſub finem c. 1. l. 2. de feb. diff.* Intermittentes *febres fieri* ἐπιμινουμένῳ τε, καὶ παντὶ τοῦ σώματος ἰόντι χυμῷ: *id eſt, ex humore putreſcente, qui per corpus hinc inde movetur:* Continuas *autem oriri, eodem* στεγνωμένῳ καὶ περιεχομένῳ ἐν ταῖς φλεψίν: *id eſt, in Venis concluſo? Item cur uno conſenſu optimi quiq; Medici, tàm Græci, quàm Arabes, Antiqui & Recentiores, aſſerunt Cauſam Continuarum febrium eſſe humores, qui intra Venas:* Intermittentium *qui extra Venas putreſcant. Verbi gratiâ, Avicen. lib. 4. fen. 1. tract. 2. cap. 1. Averrhoës 4. colliget. cap. 27. Haly lib. 8. Theorices cap. 8 Trallian. lib. 12. cap. 2. Aëtius 2. tetrab. ſerm. 1. cap. 74. & alij.*

91. *Reſpondeo conſentire hæc omnia cùm prioribus. Nam cùm diverſitas modi, quo Materia putreſcens diſſi-*

Digitized by Google

patur, immediata cauſa ſit, ut febres Continuæ vel Intermittentes fiant. ſicut prop 85 & ſequentibus dictum eſt: Quærendum erit porrò, ob quas Cauſas, materia eadem citiùs aut tardiùs abſumatur?

92. Eædem verò cap. 11. toties iam citato g. g. ternæ recenſentur. Prima eſt quantitas & qualitas Materiæ putreſcentis. Secunda Conſtitutio Corporis, quo Materia continetur. Tertia robur aut imbecillitas partis. Materia enim craſsior & copioſior difficiliùs diſsipatur & abſumitur quàm exigua & tenuis. Et quæ eſt intra denſum Corpus Venarum Arteriarumq;, minùs facilè vacuatur, quàm ea, quæ eſt extra vaſa. Robur deniq; facultatis, citiùs eandem expurgabit, quàm partium Imbecillitas.

93. Huic doctrinæ verò univerſæ, quia repugnat dogma Iuberti, paradoxo 3 & 4. decadis ſecundæ: & Simonis Simonij cap. 3 & 4. Synopſeos de febribus propoſitum: qui aſſerunt omnium febrium, quæ Symptomaticæ non ſint, fomitem in corde conſiſtere: Idcirco idipſum dogma repudiamus.

Diſputatio VI.

De Intermittentium febrium Periodis.

94. Deinceps de Periodis febrium differendum erit, qui inſunt quidem etiam Cōtinuis, quando ſingulis diebus, aut alternis, aut quarta quoq; die exacerbantur: unde factum eſt ut Galen. initio cap. 11. toties iam citati,

Digitized by Google

τοὺς κατὰ περίοδον παροξυνομένους πυρετοὺς, non Continuis ſed Synochis febribus oppoſuerit. Sed evidentiſsimè tamen inſunt, Intermittentibus Quotidianis, Tertianis & Quartanis. Quæ ſtatis temporum intervallis, in Ἀπυρεξίαν terminantur, rurſusque paroxyſmis exacerbantur: ob quam cauſam Averrh.4.Collig.cap.27.Typos dixit eſſe proprios Intermittentium.

95. Quid autem Periodus ſit, initio libelli ad eos qui de Typis ſcripſerunt, ſic explicat Galenus: Ἐπειδὰν δι' ἴσου χρόνου γίγνεταί τι ταὐτὸν τῷ εἴδει, τὸν χρόνον τοῦτον ἅπαντες ἕλληνες ὀνομάζουσι περίοδον. i. Quando eodem temporis ſpacio ſit aliquid quod idem ſpecie ſit: tunc vocant Græci ſpacium illud temporis, Periodum.

96. De huiusmodi Periodis autem docendum, non ut Simonius iubet cap.5. ſuæ Synopſeos: oſtendendo generatim tantummodò, cur aliæ febres eos habeant, aliæ non? Id enim eſt, explicare cauſas Intermittentiæ & Continuitatis, non Periodorum. Sed inquirendum eſt ob quam cauſam, Paroxyſmi in aliјs febribus ſingulis diebus: in aliјs, diebus alternis: in aliјs denique quarta quaque die redeant?

97. Hoc ipſum apud Recentiores valdè eſt controverſum. Quidam ingenuè fatentur, ſe id ignorare: ex quorum numero eſt Iacobus de Partibus ſuper lib.4.ſen.1.tract.2.cap.1.Avicen. Aliqui docent cauſam conſiſtere in proprietate contractæ putredinis in quoque humore, ut Fernel.4.Path.cap.11. Simonius loco iam citato, docet, à quolibet humore putreſcente, oriri poſſe tàm Quotidianas, quàm Tertianas & Quartanas: ſed modum & cauſam non explicat.

98. Nos

98. Nos verò, quoniam oſtendimus ex Galeno, Affluxum novæ materiæ putreſcentis, ad locum ubi fomes febris continetur, eſſe cauſam paroxyſmi: & eiuſdem diſſipationem antequam nova affluat, efficere Ἀπυρεξίαν: Idcircò aſſerere cogimur, Si quotidie in loco, ubi fomes febris eſt, aut generetur, aut affluat, tanta materiæ copia, quam putreſcere oporteat: quotidianas febres fieri. Tertianas ſi alternis. Quartanas deniq; ſi quarta quoq; die idipſum contingat.

99. Cuius rei cauſâ autem contingit, ut quibuſdam quotidie aceruentur humores excrementoſi, qui putreſcendo, quotidianas febres efficiant? Et quamobrem idipſum alijs non niſi alternis diebus, alijs non niſi quarta quoq; die accidit? Vnde Tertianæ & Quartanæ fiunt.

100. Hac de re cùm alia multa loquitur Galenus cap. 11. ſæpè iam citato: tùm verò circa g.g. hæc habet: Οὐ θαυμαστόν ἐστι, μὴ κατὰ μίαν ἀθροίζεσθαι προθεσμίαν ἅπαντα τὰ περιττώματα. Τῷ γὰρ μήτε τὸ φερόμενον ἐν λόγῳ τροφῆς αἷμα, ὅμοιον διαπαντὸς ὑπάρχειν: Μήτε τὴν τρεφομένων διάθεσιν εἶναι τὴν αὐτήν: ἄλλος ἄλλῳ χρόνος ἱκανός ἐστι, εἰς τὴν τοσούτου περιττώματος ἄθροισιν. id eſt, ne miremur, ſi non eodem temporis ſpacio, omnis generis excrementoſi humores coacerventur. Quia enim neq; ſanguis, qui pro nutrimento ad ſingulas partes fertur, ubiq; ſimilis eſt: neq; conſtitutio partium quæ nutriuntur, eadem exiſtit: Idcircò alteri atq; alteri febricitanti, aliud atq; aliud tempus ſufficit, ad tantam excrementoſi humoris coacervationem, quæ ſcilicet putreſcens febrem accendat.

101. Hiſce rationibus adde quod dicitur lib. 2. de Nat.

Facult.

Digitized by Google

facult. cap. 8. ſ ab Hipp. Ariſt. Protagora, Philotimo & aliis veterum præſtantiſſimis demonſtratum eſſe, quòd ἀλλοιουμένης τῆς τροφῆς ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, αἷμα μὲν ὑπὸ τῆς συμμετρίας, τῆς κατ' αὐτὴν, οἱ δὲ ἄλλοι χυμοὶ διὰ τῆς ἀμετρίας γίνεται. i. alterato alimento, vi caloris nativi, fieri ſanguinem quidem à moderata alteratione: reliquos verò humores ab alteratione immoderata, immoderataq; caloris actione generari.

102 Quibus ita poſitis, quid vetat quin ita ratiocinemur? Cuius excrementoſi humoris, copioſior materia ſubinde in corpore invenitur; & ad cuius generationẽ, leviori alteratione opus eſt: is citiùs poteſt coacervari, quàm illi, quorum minùs copioſa materia datur, & ad cuius generationem, vehementior eiuſdem materiæ alteratio requiritur.

103. Et hinc fieri, ut abundantibus crudis humoribus in ſanguine, partes frigida intemperie laborantes, longè citiùs pituitoſi excrementi copiam putredini obnoxiam colligant: quàm ex billioſa aut melancholica materia, bilioſa aut melancholica Excrementa putredini obnoxia generari queant: propterea quòd ad earum generationem aſſari quaſi, & ſuperaſſari materiam oporteat: ad Pituitæ generationem ſufficit inchoatam eſſe coctionem.

104. Sed etiam citra huiuſmodi rationes dicere licet, Pituitam, Bilem & Melancholiam, humores eſſe ſpecie differentes. Et ſicuti ad alias res naturales, quæ ſpecie differunt, generandas augendasq;, non idem temporis ſpacium natura deſtinavit: ita hiſce quoq; augendis atq; coacervãdis diverſo tempore opus eſſe. Atq; hinc proinde fieri,

de fieri, ut Pituita ſingulis diebus, tanta copia generetur & coacervetur: quam putreſcere oporteat, bilioſis & melancholicis humoribus excrementoſis: non niſi diebus alternis: & quarto quoq; die idipſum poſſe evenire.

105. Generari autem Quotidianam à Pituita, Tertianam à Bile flava, Quartanam à Melancholia: docet Galen. 2. de feb. differ. cap. 1 3. 4. 5. Item 4. Aph. 58. 59. Item 2. de Criſib. cap. 3. c. g h. Item 2. de cauſ. ſympt. cap. 5. b. Item 1. ad Glauconem cap. 5. 6 7. alijſq; locis, ferè hiſce, quæ iam ſequuntur, indicijs.

106. Quotidianas à pituitoſo humore generari, indicio ſunt hæc. Quòd illis obnoxiæ ſunt naturæ pituitoſæ: quæ habent corporis habitum mollem: colorem album: quæ victu inordinato utuntur: cruditatibus laborant: in ætate puerili conſiſtentes aut ſenili: tempore hyemali: locis humidis & frigidis. Eædem febres æſtum habent minimè magnum ſed vaporoſum: Rigoris loco tantùm quandam Refrigerationem: Ructus acidos: tenſionem præcordiorum: ſitim exiguam: exacerbationes ſub veſperam.

107. Tertianas oriri à Bile, hæc ſignificant. Huiuſmodi febribus obnoxiæ ſunt naturæ bilioſæ: ætas conſiſtens æſtivo tempore in Regione calida: Qui laborioſam Vitam degunt. Eædem febres Rigores obtinent vehementes: Calorem magnum atq; mordacē: Sitim vehementem; Vrinas & Excrementa alvi bilioſa.

108. Quartanas naſci ab humore melancholico, arguit, Quòd ijs corripi ſolent naturæ atrabiliariæ: in ætate declinante: autumni tempore potiſſimùm: poſt uſum

Digitized by Google

ciborum atrabiliariorum: Eadem Erraticas febres conſequuntur, Lienoſis affectibus ſuperveniunt.

Diſputatio VII.

De Cauſis frigidæ intemperiei.

109. Diximus de Cauſis calidæ Intemperiei: deinceps ad frigidos morbos veniendum. Atq; hîc rurſus hinc fuerit ordiendum, quòd à quibus cauſis cætera corpora Naturalia, poſſunt ſupra modum refrigerari: ab iiſdem poſſint etiam corpora noſtra in frigidam Intemperiem cadere: propter rationes antè prop. 38. allatas.

110. Ea verò à Galeno hîc, initio cap. 3. libri de Cauſ. Morbor. quatuor ſummis generibus comprehenſa proponuntur: Cuiuſmodi ſunt: I. Ὁμιλίαι τῶν ψυχόντων. II. Τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων ποσὸν καὶ ποιόν. III. Στέγνωσις καὶ μάνωσις. IV. Ἀργία καὶ κίνησις ἄμετρος. *id eſt, Contactus frigidorum. Ciborum potionumq; quantitas & qualitas. Stipatio & Rarefactio. Otium deniq; & Metus immodicus. Nec ullam Cauſam refrigerantem invenias, quæ non ad aliquod horum generum revocetur.*

111. Et cætera quidem corpora Naturalia, à ſingulis huiuſmodi cauſarum generibus, immodicè refrigerari poſſe, demonſtrat Galen. exemplo Ignis, tamquam eius corporis, quod reliquorum omnium calidiſſimum eſt, & ex cuius participatione, reliqua omnia calorem ſuum obtinent. Quæ enim id Corpus poſſunt ſuperare, quod calidiſ-

calidiſſimum exiſtit: ea poſſunt etiam ſuperare & refrigerare illa Corpora, quæ minus calida ſunt, quæq; calorem ſuum obtinent ex participatione calidiſſimi corporis. ibid. e.

112. Superatur autem ignis, Primùm contactu frigidorum, quando exempli gratiâ, Aquâ aut Nive reſtinguitur: Alimenti quantitate nimia, cùm lucerna, affuſo nimio oleo, obruitur: defectu alimenti, cùm oleum penitus abſumptum fuerit: Prava alimenti qualitate, ſi oleum aqua permixtum, lucernæ affundatur. Stipatione ſuperatur Ignis, cùm clauſis omnibus fornacum foraminibus, extinguitur. Rarefactione, cùm candela accenſa, magno Igni apponitur. Motu immodico, ſi candelam oris flatu extinguamus. Quiete immodica, ſi neglecta eventillatione Ignis extinguatur. ibid e.f.g.

113. Ex ipſo genere corporum Naturalium, ad Hominem deſcendentes: deprehēdemus, eum in frigidos morbos incidere, ab ijſdem generibus cauſarum. Nam quæ foris illum tangunt, ut ambiens valde frigidus, Natatio in aqua frigida: non morbos frigidos tantùm, ſed etiam partium quarundam, præſertim Aurium, Digitorum in Manibus aut Pedibus, interitum, & aliquando toti corpori mortem, ſæpè attulerunt: Cuiusmodi exempla frequenter apparent in ijs, qui hyemali tempore per Helvetiorum Alpes tranſeunt. Et ſi quæ non actu, ſed poteſtate tantùm frigida, homini applicentur; ea etiam frigidos morbos afferre poſſunt. ibid. g.

114. Alimentum verò moderatum, ut caloris Nativi pabulum exiſtit, ita nimia quantitate uſurpatum, eundem obruit. Vnde videmus ex Ebrietate, multis Paralyſes,

ſes, Apoplexias, Tremores, Convulſiones & alios frigidos morbos ſupervenire. Defectu verò eiuſdem novimus corpora emaciari, & tandem mori. In frigidos morbos deniq; incidunt etiam homines, qui iјs quæ naturâ frigida ſunt, in cibis utũtur: cuiuſmodi ſunt Papaver, Mandragora, Hyoſciamus, Cicuta, & quæ hiſce ſimilia ſunt. ibid.

115. Stipatio corpori noſtro duplex ſolet evenire, Ἐσχάτη, id eſt, ſumma, & extrema una: Altera, μετρία, i. mediocris. ibid. g. h. Summa Stipatio fit primùm in toto corpore, ob nimiã copiam ſanguinis, venas Arteriasq; replentem: propter quam prohibetur eventillatio nativi Caloris: nequeuntibus ſcilicet Arterijs, per diaſtolem ſeſe attollere, & in ſeipſos aërem attrahere. Vnde contingit per Apoplexias, caros & comata mortem ſubitam ſupervenire. Idem dicitur 4. de Victu acut. text. 23. Item de uſu Reſpir. cap. 3. 4. 5. Item de uſu pulſuum c. 38.

116. Deinde fit etiam ſumma Stipatio in partibus corporis quibuſdam, ob iniecta ligamenta, quibus prohibetur influxus Caloris ex Corde: unde contingit ut eaſdem partes mori oporteat: quo utiq; modo videmus Animalia quædam caſtrari, per vincula teſtibus iniecta. ibid.

117. Mediocris autem Stipatio, ſive à balneis aſtringentibus, ſive à copia ſanguinis, ſive alio quocunq; modo facta, cauſa potiùs eſt, ut Calor immodicè augeatur: nam coincidit cùm calefacientium cauſarum genere tertio. ibid. h. a.

118. Rarefactio Immodica fit, per Cauſas Externas corporis noſtri ſubſtantiam diſsipantes: cuiuſmodi eſt

Bb etiam

Digitized by Google

etiam aër quorundam locorum, præſertim Nivoſorum ac Montanorum, quò fit ut per ea tranſeūtes, aliquando in βούλιμον *incidant, ut habes 6 de loc. Affect. cap. 3. c. Item 1 de cauſis ſympt. cap 7. a. Hiſce ſimilia in diſsipando ſunt balnea, quæ rarefaciendo diſsipant vacuantque: unde phlegmonas etiam partium exteriorum plurimùm iuvant. ibid.*

119. Labores in Motus genere continentur, & cùm fuerint moderati, ac tempeſtivi, fovent nativum calorē: ſicuti è contrà torpere ſolent corpora, ex nimio otio, frigidioraq́, evadere: ſed nimijs laboribus abſumitur corporis noſtri ſubſtantia, & calor extinguitur. 2. de tuenda ſanit. cap. 12. item 2. Aph. 48.

Diſputatio IIX.

De Cauſis ſiccæ intemperiei atq; humidæ.

120. Cauſas quibus corpus noſtrum immodicè ſiccari & in ſiccam Intemperiem incidere poteſt, reducit Gal. ad quinq; hæc genera, quæ iam ſequuntur. Primum eſt, Εἴ τις διαπνοίη πλείω, τρέφοιτο δὲ ἐλάττω, καὶ ταῦτα ξηρότερα τὴν δύναμιν. *i. Si de corpore, per inſenſilem ſenſilémve tranſpirationem, multùm quacunq; de cauſa diſsipetur: Victus verò ſit tenuis ac ſiccus naturâ. de cauſ. morb. cap. 4. Eodemq; ſenſu 7. Aph. 59. dicitur, Carnes humidas habentibus famem impera. Idem 10. Meth. c. 7. copioſiùs explicatur.*

121. Secundò adhuc magis exſiccantur Corpora,

εἰ φροντίσεσι ἢ ἀγρυπνήσεσι: *id eſt, Si Cura Vigiliaq; prioribus cauſis acceſſerint. ibidem. Nimirùm, quòd hiſce Spiritus plurimùm diſsipentur, quos ex meliori ſanguinis portione generari oportet: deinde quòd iiſdem impediatur concoctio, quam per ſomnum fieri oportet.*

122. Tertiò τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καταστάσεις ξηραί: *i. Sicca Aëris conſtitutio corpora ſiccat. ibid. Hinc Animalia communiter, æſtivo tempore magis emaciari dicuntur. 1. Aph. 15. Et Chordæ in Muſicis Inſtrumentis, à ſicco aëre franguntur. 6. Aph. 39. Item 3. de Loc. Affect. cap. 6. a. Item 2. de cauſis ſympt. cap. 2. e.*

123. *Quartum genus cauſarum ſiccantium, continet balnea* ἐν ὕδατι νιτρώδει, θειώδει, στυπτηριώδει, ἀσφαλτώδει: *i. Aquæ nitroſa, ſulphurea, aluminoſa, bituminoſa: cuiuſmodi Balnei potentiſsimè ſiccantis exemplum, 14. Meth. 15. ait eſſe in Lesbo iuxta Mitylenem.*

124. *Quintum continet Medicamenta* ξηρὰ τὴν δύναμιν: *i. quæ ſiccandi vi prædita ſunt: ſive foris corpori impoſita: ſive intrà corpus aſſumpta. Exempla verò pete ex 14. Meth. cap. 15. ubi proponitur Curatio obeſorum corporum. Tale quoq; erat Medicamentum Medeæ, ex ſulphure, & liquido bitumine conſtans. 3. de temper. cap. 2. e.*

De Cauſis humidæ Intemperiei.

125. *Quæ verò immodicè corpora noſtra humectant, humidamq; Intemperiem efficiunt, totidem generibus, ſed quæ prioribus contraria ſint, continentur. Primùm*

Digitized by Google

enim corpora noſtra potenter humectant ἐδεσμάτων ὑγροτέρων τὴν δυναμιν ἀφθονία, καὶ πλείω πόματα: id eſt, Ciborum humidorum abundantia, & copioſus potus. cap.5 de Cauſ. Morb.

126. *Secundò, ἀμβροτέρα διαίτα ἢ θυμίδια, καὶ σύμπας βίος ἀργός: id eſt, Vitæ genus delicatum, curis laboribus vacans. ibid.*

127. *Tertiò, ὄμβροι πολλοὶ καὶ πᾶσα κατάστασις ὑγρά: id eſt, pluviæ multa, humidaq; aëris conſtitutio. Quartò λουτρὰ γλυκείων ὑδάτων πολλά: id eſt, frequentia balnea in aqua dulci, præſertim poſt cibum. Quintò deniq; Medicamenta potenter humectantia, intùs aut foris uſurpata. Exempla pete ex 7. Meth. cap. 6.7. in curatione ſicca Intemperiei.*

Diſputatio IX.

De Cauſis compoſitarum Intemperierum.

128. *Egimus de cauſis Calidæ, Frigidæ, Humidæ Siccaq; Intemperiei ſingillatim: quia verò eadē non ſemper ſeorſim conſiſtunt, ſed commiſcentur inter ſeſe, uti etiam cùm Morbis organicis, uti in prima parte Pathol. prop. 87. & ſequentibus oſtenſum eſt: Idcircò deinceps quoq; agendum erit de cauſis Intemperierum Compoſitarum.*

129. *Et quia ut locis citatis dicitur, Intemperies ipſæ inter ſeſe, duobus modis coniunguntur: nempe ταῖς ποιότησι μόναις ἀλλοιωμένων τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, ἢ*

ῥυήσεις

ῥυήσης εἰς αὐτά τινος ὐσίας : id eſt, (ut in ſcholis loquuntur) vel nuda vel cùm materia humoris, ut affluxu, coniuncta : Idcircò primùm de cauſis earum quæ nudæ dicuntur : poſtea de ijs diſſerendum erit, quæ cùm humoris affluxu copulantur.

130. Quæ igitur nudæ ſunt Intemperies Compoſitæ : eæ oriuntur ex coniunctione cauſarum quæ ſimplices efficiebant. de Morb. diff. cap. 6. Exempli gratiâ, Quoniam ſolis æſtus, Exercitia & Iracundia, ſunt cauſæ calefacientes : Vigiliæ verò, Curæ, Victus tenuis ſiccusq́;, Cauſæ ſunt ſiccantes : Idcircò ſi tales cauſæ coincidant : efficient Intemperiem calidam & ſiccam. Idemq́; de reliquis compoſitis Intemperiebus ſentiendum. 10 Meth. cap. 3. ab initio.

131. Sed in huiuſmodi variarum cauſarum concurſu, contingit aliquãdo, ὑπὸ πάντων τῶν αἰτιῶν ὁμοειδῶν, ἀλλήλοις, ἀλλοιοῦσθαι τὸ σῶμα : id eſt, Corpus ab omnibus huiuſmodi cauſis ſimiliter alterari, ut in exemplo iam propoſito apparet, in quo omnes quæ propoſitæ ſunt cauſæ, ad calidam ſiccamq́; Intemperiem efficiendam tendunt. cap. 6. de Cauſ. Morb:

132. Aliquando ἐναντίων ταῖς δυνάμεσιν ὑπαρχόντων : id eſt, à Contrarijs cauſis alteratur corpus : quòd ſcilicet earum aliquæ calefaciant, aliquæ refrigerent : quædam humectent, quædam exſiccent, ut ſi ad præcedentes cauſas Balneum tepidum & frigida potio acceſſerit. ibid.

133. Quando autem à cõtrarijs cauſis alteratur Corpus, tunc contingit, ποτὲ μὲν τὰ πλείω κρατεῖν ἐξ αὐτῶν, ἢ τὰ πολυχρονιώτερα. ποτὲ δὲ τὰ ἰσχυρότερα. ποτὲ δὲ

τὴν ἀπ' ἀμφοτέρων βλάβην ὁμοίως ἀναδέχεσθαι τὸ σῶμα: i. Vincere aliquando earum cauſarū Actionem, quæ plures numero ac diuturnæ magis fuerint: Aliquādo earum quæ ſunt fortiores. Aliquando deniq; æqualiter à contrarijs cauſis alterari corpus, & fieri δυσκρασίαν ἀνώμαλον, i. Inæqualem Intemperiem vocatam.

134. Sic in Iuvene de quo ex 10. Meth. cap. 3. diximus, quia plures fortiores ac diuturniores fuêre cauſæ calefacientes & ſiccantes, quàm ut Balneo & frigida potione potuerit impediri earum Actio: in febrem incidere eum oportuit. Contrà, cùm refrigeratas manus, citiùs quàm oporteret, ad Ignem calefacere conamur: à duplici intemperie, oritur in radicibus unguium dolor ille vehemens, quem pueri præſertim frequenter experiuntur. Exempla plura vide cap. 8. libri de Inæquali Intemperie.

De Cauſis compoſitarum Intemperierum, quæ coniunctum habent humoris affluxum.

135. Quæ affluxum humoris coniunctum habent Intemperies Compoſitæ, ſunt Phlegmonæ, Eryſipelata, Oedemata, Scirrhi, Cancri, Gangrænæ, Phagedænæ, Satyriaſes, Vitiligines, Achores, Favi, Ganglia, Steatomata, Atheromata, & ſimiles Affectus, quibus primùm quidem Intemperatæ redduntur partes, quæ ijs occupantur: deinde ſæpè etiam vicinæ, ut quandoq; univerſum corpus ſimul afficiatur.

136. Cauſæ verò huiuſmodi Affectuum omnium, ſunt humo-

humores, qui à nobilioribus partibus ut plurimùm, ad partem affectam minùs nobilem decumbentes, tumorẽ efficiunt, & partim putreſcendo, partim abſq; putredine, Intemperies huiuſmodi producunt: quo fit ut eæ omnes hîc cap. 6. c. dicantur ῥουμάτων ἔγγονα νοσήματα, id eſt, morbi ex fluxionibus geniti.

137. Sed quínam ſunt illi humores, ex quibus tumorũ præternaturaliũ tanta diverſitas generatur? Item quænam eſt illa cauſa, quæ ſuperfluos eoſdem novit è nobilioribus partibus ad ignobiles propellere?

138. Reſpondeo ad primum: Humores hos eſſe Sanguinem, Pituitam, Bilem & Melancholiam: eoſdemq; nonnunquam eſſe ſynceros, aliquando permixtos & varijs modis alteratos: ſed interim nullos eſſe humores, qui non horum aliquo contineantur. ibid.

139. Nam cùm neceſſe ſit in omni humore, aut calorem cùm humiditate, aut calorem cùm ſiccitate aut frigus cùm humiditate, aut frigus cùm ſiccitate prævalere: Sequitur, uti ex Pituitæ genere eſt is, in quo frigus cũ humiditate prævalet: ita etiam ſub aliorũ aliquo contineantur, quicunq; habent temperamentum alijs cognatũ: ſitq; omnis humor Calidus Siccusq;, Bilis: Calidus & Humidus, Sanguis: Frigidus & Siccus, Melancholia.

140. Cauſa verò quæ humores hos provocat, è nobilioribus partibus ad minùs nobiles, non eſt equidem Rationalis aliqua vis: Sed Robur & Imbecillitas naturalium facultatum. Cùm enim Cauſa, quæ Hominem formavit, nobilioribus partibus, robuſtiores eaſdem facultates inſeruerit, quàm ijs quæ ſunt minùs nobiles: ſequitur ut principes partes, & Alimentũ præripere

poſſint ignobilibus, & Excrementa ſua in eaſdem propellere. ibid. e.f.g.h. vide etiam 3.de loc.Affect.cap.7.d. Item 2. de diff.feb.cap.6. e.

Diſputatio X.

De Cauſis malæ conformationis & cæterorum Organicorum Morborum, itemq; ſolutæ unitatis.

141. Hactenus de cauſis morborum egimus, qui ſunt proprij partium ſimilarium. Deinceps ad Organicos tranſeundum, qui conſiſtunt penes Διάπλασιν, Μέγεθος, Ἀριθμὸν, Σύνθεσιν, *id eſt, Formationē, Magnitudinem, Numerum & Situm vitiatum, ut ex cap. 6. de Morb. diff. nos prop.99. & ſequent. prima partis Pathol. oſtendimus.*

142. Τῆς Διαπλάσεως *autem læſa ſpecies ſunt tres. Videlicet:* Διαφθειρομένου τοῦ κατὰ φύσιν σχήματος· ἢ τοῦ πόρου καὶ κοιλότητος· ἢ τῆς τραχύτητος καὶ λειότητος. *id eſt, Vitiata aut Figura Convenienti: aut Cavitatibus: aut Aſperitate & lævitate. cap.7. de Cauſ. Morb. & locis citatis.*

143. Vitiatur autem figura Inſtrumentorum, quandoq; fœtu adhuc exiſtente in utero, quandoq; extra uterum. Et in utero partim à cauſis procatarcticis: quando ſcilicet gravidæ mulieres propter caſum, percuſſionē, horrorem, timorem, cupiditatem, aliquod formæ vitium fœtui imprimunt. Exempli gratiâ, Leporem toſtum è veru detrahens: cùm fracto eo, pedem tantummodò detraxiſſet,

traxiſſet, horruit, & poſtmodum peperit filium, cui altera manus pedi leporino, non abſimilis fuit. Aliquando vitiatur in utero, forma, à cauſa προηγουμένη, cuiuſmodi eſt Materia generationi ſubiecta, quantitas & qualitas, formatricis functioni reſiſtens. hic cap. 7. a.

144. Frequentiùs extra uterum vitiatur figura Inſtrumentorum. Cuius rei procatarctica quidem cauſa ſunt, Primùm Obſtetrices non rectè ſuſcipientes aut involventes fœtus. Secundò Nutrices circa eadem peccantes. Tertiò nutritionis modus, aut tenuitate emacians, aut nimia repletione obeſa Corpora efficiens. Quartò Medici, luxationes ac fracturas non rectè reponentes. Quintò ægri ipſi, nimis citò fractis membris utentes, aut motibus inordinatis ſeſe exercentes. ibid.

145. Προηγουμέναι autem, ut Solutio continui quâ aliquid è corpore amputatur, aut Muſculus transverſim abſcinditur. Item omnis generis Intemperies cùm affluxu humoris. Item Spaſmus, Paralyſis, & ſimiles.

146. Cauſa verò quibus interna Inſtrumentorum cavitates læduntur, comprehendit Galenus ſex differentias: cuiuſmodi ſunt Σύμφυσις, Στενοχωρία, Εμφραξις, Θλῖψις, Συνίζησις, Αναστόμωσις: id eſt, Coalitus, Anguſtia, Obſtructio, Compreſſio, Subſidentia, & Orificiorum apertio. ibid.

147. Per Σύμφυσιν coaleſcunt Cavitates, utrinq; à lateribus exulceratæ: quo modo in quadam muliere, uteri collum poſt partum difficilem coaluerat. Per Στενοχωρίαν fiunt meatus anguſti ob tumorem intus exiſtentem, quod in Ileo accidit. Εμφράξει ab humore aut alia ſubſtantia obſtruitur Cavitas, ut Vreteribus cõ-

 tingit

tingit à Calculo. Θλίψει *fiunt meatus anguſti, propter illa quæ forinſecùs comprimunt, quo modo Vertebræ luxatio in collo, facit anginam.* Συνιζήσει *ſubſident latera Cavitatem continentia, ob nimiam ſiccitatem.* Αναστομώσει *aperiuntur ora Venarum, præcipuè in ſuperpurgationibus. ibid.*

148. Exaſperantur quæ lævia eſſe debebãt, ab humoribus acribus: ſicuti fauces, larynx & Arteria aſpera in tuſsi. Contrà læviora fiunt, quæ debebant aſpera eſſe, quando lento aut pingui humore irrigantur. Vt in Lienterijs, Ventriculus, atq; Inteſtina. ibid. f.

De Cauſis læſi Numeri, Magnitudinis aut Situs Inſtrumentorum.

149. Numerus in Inſtrumentis vitiatur, ut cap. 8. hîc: & prop. 105. primæ partis Pathol. ex cap. 9. de Morb. differentijs apparet: aut quia deſit aliquid, quod ſecundùm naturam debebat adeſſe: aut quòd aliquid abundet: ſive id ſit ex eorum genere, quæ ſunt ſecundùm naturam, ut ſextus digitus: ſive præter naturam, ut Calculus in Renibus.

150. Genera autem Cauſarum, ob quas aliquid deficit, quatuor recenſentur, quæ præcipua ſunt & frequentiſsima. Nempe Τομὴ, Καῦσις, Σῆψις, ψῦξις ἰσχυρά. *id eſt, Sectio, Vſtio, Putrefactio, vehemens Refrigeratio. hîc cap. 8.*

151. Sectione novimus amputari ex corpore varias partes: ſive fortuitò id fiat in pugna: ſive de induſtria à Medicis. Vſtio fit ab Igne, à Ferro candente, Aqua fervente, & ſimilibus, quibus itidẽ tollũtur quæ uſta fuêre.

Pu-

Putrefactio ſit partim medicamentis, partim pravis humoribus, ut in gangræna, aliiſq; ſimilibus, quibus partes putrefactæ decidunt. Refrigeratio vehemens contingit iter facientibus per montes nivoſos tempore hyemali: præſertim in extremitatibus: digitis ſcilicet pedum ac manuum: item in Auribus, aliiſq; ſimilibus, quæ moriuntur & decidunt. ibid.

152. Quæ verò ſuprà convenientem numerum abundant: ſiquidem exiſtant ex genere eorum, quæ ſunt ſecundùm naturam: cauſam habent, bonæ materiæ abundantiam, & robur formatricis facultatis. Contrà ſi ſint toto genere præter naturam, à materia prava, & robore formatricis ortum ducunt. ibid.

153. Magnitudo Inſtrumentorum, ſervatâ naturali formâ, augetur à copia materiæ bonæ, & robore formatricis: non ſervatâ autem formâ naturali, à materia malæ abundantia, ut cernitur in hydrope. Imminuitur autem à cauſis contrariis. hic cap. 9.

154. Situs Inſtrumentorū vitiati, binæ ſunt differentiæ: eò quòd Inſtrumenta vel extra ſuum locum conſiſtant, ut quando per hernias inteſtina decidunt in ſcrotum: Vel ſuo loco conſiſtentia, non rectè cum vicinis iungantur, exemplo ὑποσπαδιαίων, quos vocant Spadones, ut dicitur hîc cap. 10. & ex cap. 10. de Morb. diff. prop. 115. primæ partis Path. item 15. de uſu partium cap. 3. d.

155. E convenienti loco dimoventur Inſtrumenta per Luxationes, Hernias, Vulnera magna. Luxantur Articuli motibus vehementibus: laxatis Articulorum ligamentis, ob nimiam humiditatem: fractis ſuperciliis cotylarū, & ſimilibus. hîc cap. 10.

156. Her-

156. Herniæ ſiunt laxatâ aut fractâ peritonæi productione, quæ ad teſtes pervenit. Per vulnera autem peritonæi, aut thoracis, procidunt Inteſtina, Omentum, Pulmonis fibra aliqua. ibidem.

157. Non rectè cùm vicinis iunguntur Inſtrumenta, præcipuè ob ligamenta vel nimis intenſa, ut in Spadonibus, quibus ob id ipſum glans deorſum trahitur: Vel nimiùm laxata aut rupta, unde contingit partem inclinare aliò quàm oporteret. Deinde quòd uniuntur quandoq; partes ulceratæ, quæ ſeparatæ eſſe debebant, ut in digitis, labijs, palpebris, ac ſede quandoq; apparet. hîc & cap.10. de Morb. diff.

De Cauſis ſolutæ Continuitatis.

158. Supereſt tertium genus Morborum, quod commune eſt ferè, tàm ſimilaribus, quàm inſtrumentarijs partibus. Cuius cauſarum enarrationem, hinc ordimur, quòd ut totum genus hoc morbi, à veteribus nullo nomine generali fuit inſignitum, ſed à Galeno primùm Ενώσεως λύσις καὶ Συνεχείας λύσις, *id eſt, Vnitatis & Continui ſolutio nuncupatum: ita particularibus eius differentijs, alijs atq; alijs, peculiaria nomina nō defuerunt. hîc cap.11. de Cauſ. Morb.*

159. Ex huiuſmodi autem ſolutæ Continuitatis differentijs, quædā ſunt primariæ, ut Κάταγμα ἢ τερηδὼν, *id eſt, fractura & caries, quæ oſſibus accidunt. Item* Ελκος καὶ Τραῦμα, *id eſt, Vlcus & Vulnus, quæ Carni eveniunt. Quædam ſunt minùs præcipuæ, ut* Ρῶγμη καὶ Ρῆξις, *id eſt, Ruptio & fiſſura, in oſſibus capitis. Item*

Εγκοπὴ,

Εγκοπὴ, Διακοπὴ, καὶ Εδρα, id eſt, Inciſio, Diſſectio & Sedes, in iiſdem oſſibus. Item Θλάσμα, Θλάσις καὶ Ενθλασις, id eſt, Contuſio, Illiſio, Colliſio, in carnoſis partibus, & mollibus puerorum oſſibus. Item Ρῆγμα, id eſt, Ruptio, in Carnoſis: & Σπάσμα, in Nervoſis partibus. ibidem. Quid verò quæque harum ſint, vide prop. 122. primæ partis pathol. & ſequentibus.

160. Harum verò omnium in univerſum Cauſæ duplices ſunt. Nam ut dicitur hîc cap. 11. c. τὰ μὲν ἔξωθεν ὁρμᾶται, τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος: id eſt, quædam extrinſecùs adveniunt, quales ſunt quæcunque vulnerare, percutere aut contundere ſolent: Quædam ortum habent ex ipſo Corpore, ut motus immodici, & humores pravi ad corrodendum apti.

161. Particulatim verò Κάταγμα ipſum fit ab aliquo incidente, impellente, vel caſu ab alto. Τερήδων ab acribus humoribus erodentibus. ibidem. & 3. Meth. cap. 1. e.

162. Τραῦμα ἀπὸ τοῦ τρωθῆναι, id eſt, à vulnerantibus fit atque ſecantibus. ibidem. & cap. 6. de Artis conſtitutione. Sed Ελκος fit ἐκ διαβρώσεως, id eſt, ab acribus humoribus erodentibus. ibid.

163. Ρωγμὴ καὶ Ρῆξις in Oſſibus Capitis fiunt ab iiſdem Cauſis, quibus Κάταγμα fit in aliis oſſibus. hîc cap. 11. Sed Εγκοπὴ, Διακοπὴ, καὶ Εδρα, itidem in oſſibus Capitis eveniunt, ἀπό τινος ὀξέως ἐμπέσοντος καὶ διακόψαντος, id eſt, ab acuto aliquo incidente ſecanteque. ibidem.

164. Θλάσμα, Θλάσις καὶ Ενθλασις, à duro aliquo occur-

occurſante ſit, cui pars propter molliciem aliquantulum cedit.

165. Ῥῆγμα ὑπὸ βιαίας θλάσεως, ἢ ἀθρόας τάσεως, *id eſt, à violenta contuſione; aut ſubita tenſione. cap. 11. de Morb. diff.* Σπάσμα *verò* ἐξ ἀνωμάλου καὶ σφοδρᾶς κινήσεως, *id eſt, ab inæquali vehementique motu: ibid.*

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

TER.

Digitized by Google

TERTIÆ PARTIS PATHOLOGIAE CAPVT I.

De *Symptomatum differentijs maximè principalibus:*

Ex diexodica enarratione, libri de Symptomatum differentijs, ſummatim digeſtum, & pro Anno 1604. ad diſputandum propoſitum.

Ad Illuſt. & Generoſum D. Jaroslaum à Smirziz.

Reſpondentibus,

D. Caſpare Dornavio Zigerucenſe Variſco.
D. Zacharia Belino à Belfort Curienſe.
D. Philippo Heniſchio Auguſtano.
D. Luca Gillero Oppavienſe Sileſio.
D. Jacobo Mieg
D. Joan Henrich Frölich } Baſilienſibus.
D. M. Conrado Pfiſtero
D. Joan. Caſparo Schœrero Tigurino.

Diſpu-

Diſputatio I.

Quid Symptoma: Διάθεσις ſive Affectus: Sanitas & Morbus: Cauſa: Πάθος καὶ Ἐνέργεια, id eſt, Actio & Paſsio: Secundùm & Præter naturam, ſint?

THESIS I.

TRia eſſe, totius Pathologiæ Primaria membra, oſtenſum eſt prop. 3. Primæ & prop 1. Secundæ partis, priùs à nobis editarum theſium Pathologicarum. Cùm igitur iiſdem, nos Bina illa, quibus de Morborum Differentiis earumque Cauſis diſputatur, theſibus antè editis enarraverimus: ſequitur ut ad Tertium accedamus, & de Symptomatum Differētiis primùm agamus: deinde earundem Cauſas explicemus.

2. *Ad Symptomatum Differentias præcipuaſque Species cognoſcendas, Primùm quid Symptoma ſit? docendum eſt. Simul verò etiam, quid Affectus, ſeu* Διάθεσις *exiſtat: Sanitas item ac Morbus: Cauſa:* Πάθος καὶ ἐνέργεια*: & quid denique Secundùm aut Præter naturam ſignificet, præſcire omninò oportet: ob id nimirùm, ne ea quæ re ipſa differunt, promiſcuè uſurpentur.*

3. *De Morbo autem & Sanitate: Quid item ſecundùm aut præter naturam exiſtat: docuimus in prima parte Pathologiæ prop. 5. & 14. Vti & in ſecunda de eorundem Cauſis prop. 2. & ſequentibus actum eſt: ergo hîc*

go hîc quid Διάθεσις, Πάθος καὶ Ἐνέργεια ſint, docere oportet.

4. Quod Διάθεσις dicitur Græcis, id in Scholis vocat Affectum: deduciturq; Græcum nomen ἀπὸ τοῦ διακεῖσθαι, ſive etiam διατίθεσθαι, quod affici, diſponi aut conſtitui ſignificat: Vt Διάθεσις tantundem valeat, atq; κατάστασις, i. Conſtitutio. De Sympt. diff. cap. 1. g. h.

5. Hinc ergo deducta διαθέσεως Vox latiſſimè ſe extendit: & de Morbo, Sanitate, Morbi Sanitatisq; Cauſis, atq; Symptomatibus dicitur: Imò etiam τὰ πάθη καὶ τὰς Ἐνεργείας ſuo ambitu cōprehendit. Per unū quodq; enim horum contingit διακεῖσθαι ἢ διατίθεσθαι, i. affici, ac diſponi aliquo modo Corpus.

6. Magis propriè verò ſumptum διαθέσεως Vocabulum, eſt aliquid quod per Πάθος καὶ Ἐνέργειαν producitur, ijsq;, tanquam factum aliquid fienti, opponitur. Vnde dixit Galen. loco iam citato, h. παυσαμένου τοῦ ἀλλοιοῦντος, ἡ περὶ τὸ πάθον ἀλλοίωσις ὑπομένουσα, διαθεσίς ἐστι τοῦ παθόντος, i. Ceſſante Cauſa alterante, ea quæ in parte patiente relinquitur Alteratio, Διάθεσις ipſius dicitur. Idem dicitur etiam lib. 1. de Loc. Affect. cap. 2 b. e d.

7. Et in hac ſignificatione, Morbi quidem omnes, uti & Sanitas, ſunt Διαθέσεις. Cauſa Morbifica autem, atq; Symptomata non omnia. ibid.

8. Πάθος verò, quod Paſſionem Latinè dicimus, latè ſumptum accipitur etiam pro Morbis & Symptomatib. Propriè verò, ut Locis citatis dicitur, eſt id, quod τῇ Ἐνεργείᾳ tanquam Correlativum opponitur. Eſſentiam verò ambo obtinent in fieri: & ſi ſufficienter durent, Διάθεσιν propriè dictam producunt.

Digitized by Google

9. *Exempli gratiâ. Bilis irrigans Inteſtinum aliquod, acredine ſua agit in illud, idq́ ab eadem Bile patitur: & niſi opportunè occurratur, auferaturq́ ea, quæ irritat mordicatq́ Inteſtinum bilis, continget exulcerari idipſum: quæ exulceratio, eſt* Διάθεσις *propriè dicta. locis priùs citatis.*

10. *Symptomatis vocabuli apud Medicos duplex uſus eſt: Vnus Communis, in quo omnia quæ præter naturam eveniunt homini, Symptomata appellantur: in qua ſignificatione Morbi, Cauſæ morbificæ ac* τὰ πάθη, *etiam Symptomata appellantur. cap. 1. de Sympt. diff. g. d. e. & ſub finem cap. 4.*

11. *Quòd ſi verò propriè ſumatur Symptoma, tũc (uti etymologia vocabuli quoq; innuit,* ἀπὸ τοῦ συμπίπτειν, *id eſt, ab eo quod ſimul incidit, aut Morbis ſupervenit, deducta) ſignificat affectum præter naturam, qui Morbos tanquam Vmbra corpus conſequitur. In qua ſignificatione, Veteribus quibuſdam etiam* ἐπιγέννημα *dicebatur,* ἀπὸ τοῦ ἐπιγίγνεσθαι, *id eſt, ab eo quod morbis ſupervenit. ibid.*

12. *Exemplo res illuſtretur. Bona temperies Carnis ventriculi, eſt ipſius Sanitas, cuius ratione cibum rectè appetit, retinet, concoquit. Contrà febricitantibus, ut omnes reliquæ partes corporis nimiùm incaleſcunt: ita ventriculus quoq; immodicè caleſit. Idem hic immodicus Calor, eiuſdem eſt Morbus, propter quem immediatè læditur Cibi Appetitus, Retentio, Concoctio. Quæ omnia Symptomata appellantur, quia* συμπίπτει, *id eſt, coincidunt, ſuperveniunt & conſequuntur immodicum ventriculi Calorem, tanquam Vmbra corpus. ibid.*

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio II.

De primis Symptomatum generibus, læſarumq; actionum Differentijs.

13. Deinceps de ijs quæ propriè Symptomata vocantur, diſſeremus. Et proinde, quia cùm Galeno, Morbum dicimus eſſe eum Aſſectum, à quo primò Actio vitiatur: Idcircò cum eodem, cùm alijs locis, tùm hîc cap. 2. dicimus tria eſſe Symptomatum prima Genera: Nempe Διαθέσεις τοῦ σώματος: Ἐνεργειῶν βλάβας: καὶ τὰ ἀμφοτέραις ἑπόμενα, κατά τε τὴν ἀμετρίαν τῶν ἐκκρινομένων καὶ ἐπεχομένων, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τῷ ζώῳ συνισταμένους ψόφους, καὶ προσέτι τὰς ἄλλας ἁπάσας διαφοράς: id eſt, Aſſectus Corporis: Actionum læſiones: & tertiò quæ ex utriuſq; conſequuntur, per immodicas ſcilicet Excretiones & Retentiones, Sonitus in Animali conſiſtentes, & alias omnes ſenſibiles differentias.

14. Adverſus hanc Symptomatum diviſionem, multa à Recentioribus obijciuntur: cùm tamen eadem comprobari queat: partim à poſteriori, quia nullum Symptoma deprehendes, quod non queat, ad aliquod horum generum revocari.

15. Partim à priori, quia tot ſunt Symptomatum prima genera, quot ſunt principales differentiæ eorum quæ Morbos conſequuntur. Eaſdem verò triplices eſſe, hinc patet, quòd eſſentiam obtinent vel in facto eſſe: vocanturq; Διαθέσεις: Vel in fieri. Atq; horum alia ſunt Actiones læſæ: alia non ſunt, ut quæ ἀμφοτέραις ἑπόμενα dicuntur.

Digitized by Google

16. *Si huic theſi obijciantur Actiones Abolitæ, Verbi gratiâ, Cæcitas, quæ eſt Abolita Actio Viſus, Eſſentiamq́ habet non in fieri, ſed in facto eſſe: atq; hinc inferatur, Non omnes Actiones læſas, Eſſentiam habere in fieri: Reſpondemus: Vt ſolent Medici omnes ſenſationes nũcupare Actiones, quamvis propriè loquendo ſint Senſoriorum Paſſiones: ita ijſdem conſuetum eſſe, Cæcitatẽ, Surditatem, aliasq; Actionum omnimodas Intermiſſiones, Actiones appellare (Abolitas ſ.) cùm tamen propriè ſint non Actiones, ſed Actionum Privationes. Vnde fit, ut ſicuti eædem impropriè Actiones eſſe dicuntur: ita etiam impropriè dicũtur, Eſſentiam habere in fieri. Quatenus verò de Actionis natura participant, eatenus in fieri Eſſentiam obtinent.*

17. *Sed quid de Dolore dicemus? Is certè Symptoma eſt, nec tamen aliquo præcedentium trium Generum cõtineri putatur? Reſpondemus breviter, Dolorem eſſe Senſationem triſtem. Quòd ſi eſt Senſatio, eſt utiq; Actio: Rurſus quia eadem Senſatio eſt triſtis, & quæ fit cùm moleſtia: idcircò eſt depravata: quemadmodum ſcilicet, aliæ quoq; functiones, quæ cùm moleſtia fiunt, depravatæ ſunt, ut Ambulatio, Vrinæ Excretio, Alvi deiectio, Deglutitio: & ſimiles quæ cùm dolore moleſtiaq; fiunt Actiones, omnes ſunt depravatæ. Cur verò non depravatam dicamus eſſe Senſationem ipſam dolorificã? cùm tendat ad corruptionem Senſorij, ut vides in Diſp. anni 1605. theſi 86. 88. 102 & ſequentibus.*

18. *His accedit, quòd Cognitio quoq; obiecti dolorifici, quæ ex huiusmodi ſenſatione habetur, confuſa plerunq; incertaq; ſit: ut inde ipſa quoq; ſenſatio incerta*

de-

Digitized by Google

depravataq; meritò dicatur. Verbi gratiâ. Dolorē ventris maximum, ſentiens Galenus in ſemetipſo, putavit eum fieri à Calculo per Vreteres deſcendente: quem tamen poſtea cognovit fieri, à Pituita vitrea in colo exiſtente 2. de loc. Affect. cap. 5. g.

De Læſarum Actionum differentijs.

19. Ex tribus hiſce Symptomatum primis Generibus, præcipuum locum obtinent Actiones Læſæ, cùm ob id quòd per eas Morbus definiatur & cognoſcatur: tùm quia earum maximus ſit numerus, & quòd earundem causâ potiſſimùm ſoleant ægri Medicorum operam implorare.

20. De ijs ergo primùm in genere hoc cognoſcendum eſt, quòd tribus modis lædi poſſunt ſingulæ, qualescunq; eæ ſint: unaquaq; ſcilicet eorum ἢ μηδ᾽ ὅλως, ἢ ἀμυδρῶς, ἢ πλημμελῶς γινομένης, id eſt, aut non fiente omninò: aut debiliter, aut depravatè fiente. Quæ primo genere continentur, Abolitæ: Quæ ſecundo, Debiles: Quæ tertio, Depravatæ Actiones dicuntur. hîc cap. 3. a. & cap. 4. e. f.

21. Deinde in ſpecie, quòd ſecundùm illum modum loquendi, qui tempore Galeni uſitatus erat, & quo Hominem, partim à Natura, partim ab Anima gubernari aſſerebant (hîc cap. 3. h. & lib. 1. de Nat. facult. cap. 1.) ut duplex genus Actionum ſtatuere oportet: Animalium unum, quod ab Anima; & alterum Naturalium, quod à Natura proficiſcatur: Ita quoq; neceſſe eſt, duplex Genus conſtitui eorum Symptomatum, quæ circa læſas Actiones conſiſtunt.

 22. Tot

22. *Tot enim oportet eſſe prima genera Actionũ Læſarum, quot ſunt primæ Actionum differentiæ. Itaq; ſi Actionum aliæ ſunt Animales, aliæ Naturales (ſub quibus vitales quoq; hîc comprehenduntur) duplex quoq; erit genus Symptomatum, circa Actiones læſas conſiſtentium: quorum unum circa læſas Actiones Animales: alterum circa læſas Naturales Actiones conſideratur.*

Diſputatio III.

De Symptomat. læſarum Actionum Animalium Senſitivarum & Motricum.

23. *De Animalium Actionum Symptomatibus autem diſputaturi, rurſus tot eorum prima genera ſtatuere debemus, quot ſunt earundem Animalium Actionum principales differentiæ. Eæ verò ſunt triplices. Videlicet ἡγεμονικαὶ, κινητικαὶ καὶ αἰσθητικαί. i. Principes, Motrices & Senſitivæ. Itaq; tria quoq; erunt Animalium functionum læſarum genera. Nempe Læſæ Actiones Principes, Læſæ Motrices, & Læſæ Actiones Senſitivæ.*

24. *A Senſitivis autem exorſi, dicimus eas quandoq; omnes ſimul lædi, ab affectu in primo Senſorio exiſtente. Cuiusmodi Læſiones vocantur ἀγρυπνίαι καὶ κώματα, id eſt, Vigiliæ præternaturales, & Somnolenti affectus. hîc cap. 3. b.*

25 *Quandoq; ſive omnes, ſive aliquæ tantùm ſenſitivæ Actiones lædantur: ſymptomata tamen quæ inde oriuntur, nomina obtinent communia omnibus ſenſibus læſis:*

Digitized by Google

læſis: Vt Ἀναισθησία, Δυσαισθησία καὶ μοχθηραὶ Αἰσθήσεις, *i. Senſus abolitio, Senſus debilitatio, Senſationes depravatæ, quales ſunt Dolorificæ, & aliæ. ibid. b.*

26. Inter ſingulos autẽ ſenſus, Viſio quidem ipſa abolita Græcè τυφλότης, *Latinis Cæcitas dicitur. Debilitata* Ἀμβλυωπία *vocatur, qualis eſt in Senibus, alijsq́ qui debilem viſum obtinent. Depravata Viſio* παρόρασις *nominatur, cuiusmodi eſt, e. g. in ijs qui putant ſe videre res geminas aut perforatas, quæ nec geminæ nec perforatæ exiſtunt, & quæ huiusmodi ſunt. ibid. a.*

27. Auditus Abolitus Græcis κωφότης, *Latinè Surditas appellatur. Debilis* βαρυηκοΐα *dicitur, qualis apparet in Surdaſtris. Depravatus vocatur* παράκουσις, *tanquam ſi Obauditionem nuncupes. Huiusmodi autem eſt in Tinnitu Aurium, & ſimilibus. ibid.*

28. Olfactus itidem quãdoq́ penitus aboletur. Quandoq́ debilitatur ut in Catharroſis & hominibus valdè ſenibus. Nonnunquam depravatur, ut ijs accidit, qui putant ſe in alijs odorare, ea quæ in ipſorum proprio corpore continentur, quæq́ ipſi in ſemetipſis percipiunt.

29. Guſtus etiam Tactusq́ ſimiliter trifariam lædũtur. Depravatus verò guſtus frequentiſſ. in ijs eſt, qui ex longo morbo convaleſcunt: ij enim non percipiunt nativos propriosq́ Ciborum ac Potionum ſapores, ſed qualitatem quandam fœtidam, qua linguæ eorum proprius humor, eſt imbutus, eamq́ putãt cibis ineſſe. Tactus verò depravatus, eſt etiam in omnibus affectibus dolorificis tactilibus: ad quos Formicatio vocata etiam pertinet.

Læſi Motus Symptomata.

30. *Circa Motus Voluntarios, eadem ſunt læſionum differentiæ. Nam is vel eſt Abolitus omninò, vocaturq́; Græcis* Ἀκινησία, *id eſt Immobilitas: Vel debilitatus, ut ſit* Ἄῤῥωστος κίνησις, *id eſt, debilis & obſcurus Motus: Vel deniq; depravatus, cuiuſmodi ſunt* αἱ μοχθηραὶ κινήσεις, *eodem cap.3 b.c.*

31. *Abolentur autem Motus aliquando ſimul omnes, in univerſo Corpore: ſicuti in Apoplexia accidit. Aliquando in alterutro latere itidem toto, vocaturq́; eiuſdem lateris Paralyſis. Nonnunquam in certa quadam parte, efficitq́; eiuſdem Paralyſin. Eadem verò Paralyſis, in quibuſdam partibus peculiaria nomina obtinet: nam in Muſculis Reſpirationi ſervientibus, paralyſis illa, quæ eſt eorum Motus Abolitus, vocatur* Ἄπνοια, *Reſpirationis abolitio. In Muſculis vocem formantibus, dicitur* Ἀφωνία, *Vox abolita ibid.*

32. *Debilitatio Motus aliquando accidit omnibus partibus ſimul, in Affectibus Soporoſis, Lethargicis & Veterno. Aliquando certas quaſdam partes tantùm invadit: Exempli gratiâ, Muſculos Reſpirationi ſervientes, unde oritur Dyſpnœa. Item Muſculos Voci ſervientes, & efficit* Δυσφωνίαν ἢ κακοφωνίαν, *id eſt, Vocis difficultatē. Aliquando alias partes, in quibus efficit Torporem. ibid.*

33. *Depravati Motus quandoq; ſunt in omnibus partibus ſimul, veluti in Epilepticis, Tetano, Emproſthotono, Opiſthotono. Nonnunquam in una ſola aliqua aut pluribus partibus ſunt: cuiuſmodi earundem partium quas occupant, Convulſiones & Spaſmi appellantur. ib.*

Digitized by Google

34. Sunt etiam quidam Motus Depravati mixti, ex Voluntario & Naturali motu, ut Tremor, Palpitatio, Rigor, Pandiculatio, Oſcitatio, Sternutatio, Tuſſis, & ſimiles. ibid.

Diſputatio IV.

De Sympt. functionum principum.

35. Principum quoq; functionum læſarum, tot ſunt differentiæ principales, quotuplices ipſæ functiones ſunt: nempe φανταστικαὶ, διανοητικαὶ ϗ μνημονευτικαὶ: id eſt, Imaginatrices, Ratiocinatrices: poteſtq́; earum quælibet aboleri, debilitari aut depravari. ibid. c. d.

36. Imaginationis Abolitæ exempla habes in Caro & Catalepſi quæ ita ſe habent ad hanc functionem, ut Paralyſis ad Muſculum: præterea in Apoplexia & Epilepſia. Debilitantur verò Imaginatoriæ functiones per Comata & Lethargos. Depravantur in Deliriis.

37. Ratiocinatio aboletur in affectu quem Græci vocant Ἄνοιαν, i. Amentiam. Debilitatur per μωρίαν καὶ μώρωσιν, id eſt, fatuitatem atq; ſtultitiam. Depravatur in Deliriis phreneticorum, aliorumq́; ſimilium.

38. Memoria aboletur aliquando ex longis morbis, cuiusmodi exempla habes apud Thucydidem lib. 2. belli Peloponneſiaci: ubi recenſentur quidam, qui ex Peſtilentia convaluerant, omnium autem rerum obliti fuerunt. Debilitatur etiam ex longis morbis & maximè ipſo ſenio. Depravatur in omni ferè Deliriorum genere.

39. Eadem hæ imaginandi, ratiocinandi recordādiq́;

functiones, ut plerumq; ſimul læduntur omnes tres, ſicuti in exemplis præſertim Imaginationis Abolitæ, propoſitis apparet: ita etiam quandoq; ſeorſim læduntur, ut una eorum læſa reliquæ integræ maneant.

40. Imaginationis læſa, citrà ullam Ratiocinationis aut Memoriæ labē, habes hic cap. 3. d. in Theophilo Medico, qui rectè ratiocinabatur, appoſiteq; ad interrogata reſpondebat, & ſingulos qui accederent, dignoſcendo, recordebatur rectè. Sed interim ſibi imaginabatur, ſe in angulo tibicines videre & audire, quos ſubinde abigi cupiebat.

41. Læſa autem Ratiocinatio, integra cùm Imaginatione & Memoria, erat in Phrenetico, cuius mentio fit & hîc, & lib. 4. de Loc. Affect. cap. 2. h. qui omnia vaſa poterat ſuis nominib. appellare, nec proinde aut in Imaginatione aut Memoria errabat: ſed dum tamen eadem omnia cùm puero per feneſtram deÿciebat, opere ipſo teſtabatur ſe non rectè ratiocinari.

42. Memoria læſa citrà Ratiocinationis aut Imaginationis labem licet in Seneſcentibus intueri, ÿs enim Memoria deficere incipit, cum tamen conſilio iudicioq; valeant. Huc pertinent Exempla, quæ hîc cap. 3. d. & initio cap. 7. lib. 2. de cauſis ſympt. recenſentur ex Thucydide lib 2. de Bello Peloponneſiaco, paulo antè citato.

43. Hiſce generibus continentur omnes Actionum Animalium Læſiones: nec ullam invenies, quæ non uno aliquo horum generum contineatur, ſive ſit peculiari aliquo nomine inſignita, ſive non ſit. hîc cap. 3. c.

44. Et ſiquidem non plures dantur læſæ functionis differentiæ, quàm Abolita, Debilis, Depravata: extra cō-

trover-

Digitized by Google

troverſiam eſt, omnes particulares functiones læſas, ſub propoſitis generibus contineri.

45. Quòd ſi verò, ut Argenterius cap. 3. libri de Sympt. generib. docuit, Actiones quatuor modis læduntur, nempe quia abolentur, debilitantur & augentur, dolorificæ fiunt & depravantur: non utiq; poterunt omnes ad propoſitas differentias reduci.

46. Quid igitur ad hæc dicendum? Nimirùm Actiones Dolorificas eſſe Depravatas, ut priùs prop. 15. dictum eſt. Auctas verò Actiones, Verbi gratiâ, Pulſuum & Reſpirationis in Affectibus Calidis, non eſſe Præternaturales, neq; Inſtrumentorum ratione læſas: quemadmodū neq; læſa dici debet Pedum functio, quæ ob inſtantem neceſſitatem, duplo celerior eſt ſolito. Sed quicquid hîc Præternaturale eſt, id latet in cauſa quæ cogit Thoracem Arteriasq; celeriùs moveri. Vide Diſput. Anni 1610. Theſi 40.85.99. & ſequentibus.

47. Sed quid de Canina Appetentia dicendum? Reſpondeo, eam non eſſe Debilitatæ Appetentiæ contrariā; quòd Appetitui debili, ſit contrarius Appetitus fortis: qualis eſt in viris fortibus atq; laborioſis poſt corporis exercitationem: iidem verò tantum appetunt, quantum ſufficit ad compenſandum, id quod diffluxit, non ampliùs.

48. Relinquitur ergo ut Canina Appetentia contraria ſit Appetentiæ Ordinatæ & Convenienti: & proinde meritò ad Depravatas functiones à Galeno refertur. cap. 4. e.

Diſpu-

Diſputatio V.

De Læſionibus Actionum Naturalium.

49. Naturales Actiones dicuntur hîc illæ omnes, quæcunq; fiunt vi Naturæ, noſtro arbitrio, ad eas efficiendas nihil conferente. Itaq; Vitales quoq; functiones, penes Cordis & Arteriarum motus conſiſtentes, hîc Naturales dicuntur, ob cauſas antè prop. 21. explicatas.

50. Læſionis earum modi itidem tres ſunt, ut & reliquarum. Abolitio ſcilicet, Debilitatio & Depravatio. Quamvis enim hîc cap. 4. c. dicat Gal. Sympt. accidere, καθ' ἑκάστην αὐτῶν ἢ μὴ γενομένην, ἢ κακῶς γενομένην, *id eſt, eò quòd earum quæq; vel non fiat omninò, vel malè fiat: tamen ſecundum membrum poſtea ſubdividit in Actionem* πλημμελῶς καὶ ἀμυδρῶς γενομένην, *id eſt, Depravatam & Debilem.*

51. Methodus autem inveniendi, & in certum quendam numerum redigendi omnia Symptomata, penes læſas Actiones conſiſtentia, in duobus conſiſtit. Primùm ut per Anatomiam omnia Inſtrumenta corporis noſtri cognoſcas. Secundò, ut ſcias quibus Actionibus quæq; eorum ſint deſtinata. Nam quia omnis Actio trifariam lædi poteſt: Idcircò ſequitur ut numerus læſarum Actionum cuiusq; Inſtrumenti, ad numerum functionum eiuſdem, triplus ſit.

52. Exemplo ſit nobis Ventriculus, quatenus primæ Concoctioni perficiendæ inſervit, Naturale Inſtrumentum eſt, & quatuor obtinet functiones: Cibi Attractionem, Retentionem, Alterationem & Expulſionem ſuperflui-

perſluitatum. Quarum ſingulæ tripliciter læſæ duodecim pariunt Symptomata. hic cap.4.g.h.a.b.

53. Rurſus quia Ventriculus non tantùm concoquit Cibum pro univerſo corpore: ſed ipſe quoq; nutritione eget: & ad eandem perficiendam, itidem quatuor Actionibus utitur (cùm neceſſe ſit Alimentũ in propriam ſubſtantiam attrahere, retinere, aſſimilare & excrementoſa reijcere) quarum ſingulæ rurſus trifariam læſæ: alia duodecim Symptomata producunt. ibid.

54. Item quia Ventriculus, præter has functiones Naturales, ab Animali facultate ſenſum tangendi etiam obtinet, qui tripliciter lædi poteſt: Idcircò tria alia Symptomata ſuperioribus accedunt, ut Ventriculus viginti ſeptem Symptomatibus penes læſas Actiones conſiſtentibus obnoxius ſit. Et ſi motu quoq; Voluntario præditus eſſet, adhuc tria alia ijſdem accederent. ibid. f.g.

55. Hoc modo ſi ſingulæ Corporis partes examinentur: numerus inveniri poterit omnium Symptomatum circa læſas Actiones conſiſtentium. Sed quia idipſum nimis operoſum foret: ſatis erit ſi hîc tantùm præcipuas Actiones Naturales (quando de Animalibus antè egimus) percurramus, & modos læſionis earũ oſtendamus.

56. Sunt autem præcipuæ Actiones Naturales hæ. Γένεσις, Αὔξησις, Θρέψις. *i. Generatio, Auctio, Nutritio. Ad ultimam verò hanc efficiendam, requiritur* Ὄρεξις, *i. Appetitus cibi quæ eſt Actio Senſitiva. Deinde* Πέψις, Ἀνάδοσις, Αἵματος γένεσις, Περιττωμάτων ἀπόκρισις, Θρέψις. *i. Concoctio prima: Diſtributio Alimenti è Ventriculo ad Hepar: Sanguificatio: Sanguinis à ſuis Excrementis Expurgatio: Nutritio vera, quæ eſt alimenti*

aſſimi-

aſſimilatio ijs quæ nutriuntur. Deniq; τῶν σφυγμῶν Ενέργείαι.i. Actiones Pulſificæ. hic cap.4.e.f.& lib.1. de Nat.facult.cap.5.6.7.8.& ſequentibus.

57. Generatio igitur ipſa Abolita eſt in Sterilibus. Debilis in ijs quæ vix & nō niſi magna cura, & diligenti Medicamentorum uſu concipiunt. Depravata in Aborſibus & monſtroſis fœtibus.

58. Auctio Abolita eſt in ijs qui planè non creſcunt, quiq; poſt conceptionem mox abortu reijciuntur. Debilis in Nanis. Depravata in ijs qui vel nimiùm, vel mala vitioſaq; forma creſcunt.

59. Inter Nutritionis Effectrices Actiones Appetitus primum locum obtinet, qui aboletur in ijs, qui nil appetunt, aut ob ventriculi partiumq; ei ſervientium debilitatem nil poſſunt capere cibi: Vocaturq; Græcis Ανορεξίαι. Debilitatur in ijs qui vix parumq; appetunt, & vocatur ἀμυδρὰ ὄρεξις, i. obſcurus Appetitus. Depravatur, quando Cibos Ventriculus in nimia quantitate appetit: ut in fame Canina & Bulimo: aut prava qualitate: ut in Pica, & ſimilib. cap.7. lib.1. de cauſis ſympt.e.f.

60. Cōcoctio prima vocata aboletur in Απεψίαις, quib. cibi crudi vel ſurſum vomitu reijciuntur, vel deorſum per Lienterias excernūtur. Debilitatur in Βραδυπεψίαις quibus longiori ſpacio vixq; concoquuntur cibi. Depravatur, quando cibos ventriculus in pravam qualitatem convertit: quæ ex ructuum & deiectorum fœtore cognoſcitur. hîc cap.4.b.

61. Ανάδοσις, i. Diſtributio Alimenti ex Ventriculo atq; Inteſtinis ad Hepar, aboletur, quando cibi crudi aut cocti cùm Excrementis per alvum deijciuntur. 5. de Loc. Affect.

Affect. cap. 7. c c. Praeterea in Lienterijs. Debilitatur, quando minùs diſtribuitur quàm oportuit, fiuntq; Deiectiones liquidæ. hîc cap. 4. a. Depravatur, quando cibi crudi in habitum Corporis diſtribuuntur.

62. Sanguinis generatio in Hepate aboletur, quando loco ſanguinis fit humor aquoſus, unde Hydropes generantur. Debilitatur, quando exiguus generatur. Depravatur, quando ſanguis gignitur pravus, cacochymicus, bilioſus, melancholicus, aquoſus, pituitoſus, aut aliter ſimili aliquo affectu vitiatus.

63. Διάκρισις τῶν περιττωμάτων, i. Excrementorum ſanguinis Expurgatio aboletur, quando Lien aut Veſica fellis non trahunt ſuperfluam Melancholiam aut Bilẽ: unde Icterus niger aut flavus oriuntur: aut quando Renes non trahunt ſeroſitatem: unde Aſcites provenit. hîc cap. 4. d. & 5. de Loc. Affect. cap. 7. b. c. item 1. de Nat. facult. cap. 13. e.

64. Nutritio vera eſt Aſſimilatio alimenti, ijs quæ nutriuntur, partibus ſimilaribus: & aboletur in Atrophijs & tabe. Debilitatur in omnibus magnis morbis ab Intemperie ortis. Depravatur in Vitiligine, Elephantiaſi, Alopecia, Ophiaſi, Cacochymia, Leucophlegmatia, & ſimilibus. hîc cap. 4. c.

65. Pulſuum deniq; functio aboletur in Ἀσφυξίᾳ, quæ Animi deliquia, & Syncopem comitatur, aut alijs affectibus ſupervenit. Debilitatur autem per virium imbecillitatem, ex qua oritur pulſus parvus debiliſq;. Depravatur in κακοσφυξίᾳ, qua pulſus fiunt inæquales, inordinati, capriſantes, aut aliter depravati.

Diſpu-

Diſputatio VI.

De Symptomatibus quæ ſunt Διαθέσεις, id eſt, Affectus Corporis.

66. Quid Διάθεσις, id eſt, Affectus propriè appelletur, oſtenſum à nobis eſt, antè prop. 3. & ſequentib. Quæ etiam Symptomata, Corporis Affectus nuncupentur: dictũ eſt prop. 12. harum de Sympt. diff. diſputationum. Deinceps eorundem horum Affectuum differentiæ enarrandæ explicandæq; erunt.

67. De ijs agit Galenus hîc cap. 5. f. & Affectus Corporis, qui ita propriè nuncupantur, omnes quatuor differentijs comprehendit: Quòd huiusmodi Symptomata, alia ſint Ορατὰ, *i. Viſibilia: alia* Οσφραντὰ, *Olfactu perceptibilia: alia* Γευστὰ, *Guſtabilia: alia deniq;* Απτὰ, *i. Tactilia.*

68. Viſiles Corporis Affectus, conſiſtunt penes Colores præternaturales, totius corporis, aut partium ſingularũ: ſive unius alicuius eorum ſeorſim, ſive plurium coniunctim. Iidem aut ex morbis conſequuntur, aut eoſdem comitantur.

69. Totius Corporis Color præternaturalis, apparet in Ictero flavo, aut nigro. Item in Hepatis ac Lienis affectibus color quidam naſcitur, ex quo ijdem affectus à prudenti Medico facilè dignoſcuntur. Idem contingit in Hydropum differentijs, præterea in Elephantiaſi, Vitiligine, & ſimilibus. hîc cap. 5. f. & 1. de Loc. Aff. cap. 5. e.

70. In partibus quibuſdam ſingillatim, apparent etiam Colores præternaturales, quemadmodum in ijs, qui laborant

Digitized by Google

laborant Phlegmone, Gangræna, Eryſipelate, Cancro, Anthracibus, ſimilibusq; affectibus. Linguæ Color etiam facilè per morbos frequenterq; immutatur. ibid. Poßis huc quoq; referre faciem Hippocraticam 1.progn. text. 6.7.deſcriptam: iuxtà illa quæ de figuris docentur lib.3. de cauſis ſympt.cap.5.g.

71. Odore perceptibilia ſympt. ſunt fœtidi odores, qui ex pectore, cum aëre per Exſpirationem emiſſo, percipiuntur, aut ex ſudoribus, aut inſenſili tranſpiratione, ab universo Corpore, aut parte aliqua externa prodeuntibus, ſentiuntur. hîc cap.5.f.g.

72. Percipiuntur etiam aliquando graveolentiæ, ab internis quibuſdam partibus prodeuntes, ut ex Ventriculo per Ructus καπνώδους, ἢ ὀξώδους, ἢ βρομώδους ἢ ἰχθυώδους ποιότητος, *id eſt, Fumoſæ, Acidæ, Virulentæ aut Piſcolentæ qualitatis: quemadmodum etiam ex naribus, auribus, aut alijs, quibus aliquid putreſcit. ibid.*

73. Guſtabilia Sympt. ſunt ſapores præternaturales, quos ægri percipiunt ex ipſa ſaliva, quæ poſt longos morbos, & præſertim febres, ſaporem peßimum atq; inenarrabilem obtinet, efficitq; ut cibi potionesq; eiuſdem ſaporis eſſe videantur. ibid.

74. Similiter ex ſudoribus in linguam cadentibus, aut ſanguine qui per os vacuatur, percipiunt ægri ſalſedinem, amaritudinem, dulcedinem. Et quæ vomitu reijciuntur, ſaporem aliquando habent amarum, dulcem, auſterum, acidum, ſalſum, virulentum, piſcolentum, aut alium aliquem inexplicabilem.

75. Tactilia ſympt. apparent circa ægrorum cutim, quando illa tangentibus, præter communem naturæ mo-

dum apparet dura, mollis, tenſa, rugoſa arida. Huc pertinent etiam ex parte, ea quæ in facie Hippocratica deſcribuntur, de qua diximus prop. 70.

De Affectibus Audibilibus.

76. Sed quid de Audibilibus Symptomat. ſentiendũ? Quòd ſi enim, ut initio huius cap 5. dixit Galenus, tantũ quatuor ſunt differentiæ Affectuum corporis, quos iam enarravimus, Viſiles, Olfactiles, Guſtatiles, Tactiles: Cur ſub finem eiuſdem capitis, quintam differentiam τῶν ἀκουςῶν, i. Audibilium ſympt. adiecit?

77. Hanc quæſtionem Recentiores non explicarunt, cùm tamen ſcrupulum ijs iniecerit: ut hinc apparet. Fuxius lib. 3. ſect. 1. cap. 9. Inſtitutionum, quatuor Affectuum corporis noſtri differentias recenſuit: de Audibilibus ſympt. quò pertineant, nil docuit. Fernelius lib. 2. Path. cap. 3. & Sylvius in tabulis ſuper hoc caput Galeni, ſimpliciter dixerunt eſſe quinq; differentias Affectuum. Cur autem Galenus, Quatuor eſſe eas tantùm dixerit? non docuerunt.

78. Nos dicimus, Symptomatum quæ Affectus nomine propriè nuncupantur, tantùm eſſe quatuor primas illas differẽtias. Audibilia Symptomata eſſentiam habere in fieri: nec proinde Affectus Corporis eſſe, ſed pertinere ad tertium genus Symptomatum: ut apparet ex eiuſdem tertij generis deſcriptione, antè prop. 13. propoſita.

79. Subſcribit hiſce liber tertius de Cauſis Sympt. ubi cap. 2. cauſa huiuſmodi Audibilium Sympt. explicatur permixta cauſis eorum, quæ penes depravatas Excrementorum Qualitates & Quantitates conſiſtunt.

80. Nec

80. Nec propterea hîc, ſub finem cap.5. Audibilium Symptomatum fecit mentionem Galenus, quòd ea Affectibus connumeraret. ſed ut oſtenderet, ea ſimul cū Excrementis depravatis, à morbis oriri: debuitq́ interpres ſextum caput, ab eadem hac diſputatione de Audibilib. ſympt. inchoare.

81. Quænam ſunt autem huiuſmodi Audibilia Symptomata? Reſpondeo, quædam ex ipſis, poſſe aliquo modo, ad Actiones læſas referri. ut vocum læſiones, quales ſunt Voces κλονώδεις, τρομώδεις, βραγχώδεις, κλαγγώδεις, *i. turbulentæ, tremulæ, raucæ, clangoroſæ.*

82. Quædam expreſſè aperteq́ ad tertiū genus Sympt. pertinere, ut omnis generis ſonitus, qui audiūtur in Corpore: ſive ſint ἦχοι, *i. Sonitus: ſive* Βορβορυγμοὶ, *murmura: ſive* Βομβώδεις, *Bombi: ſive* τρισμοὶ, *Stridores. Huc pertinent Tinnitus aurium, Stertores dormiētium, aut aliò modo ſtertentium. Item Ventris & Inteſtinorum rugitus, Dentium ſtridores, & quæ hiſce ſimilia ſunt.*

Diſputatio VII.

De Symptomatib. penes Excrementorum & Retentorum pravitatem conſiſtentibus.

83. Tertium genus Sympt. ut oſtendimus prop. 18. conſiſtit penes Immoderationem eorum, quæ aut excernuntur è Corpore, aut præter naturam retinentur. Sonitus item qui in Animalis Corpore eduntur, aliaq́ hiſce ſimilia: quæ vel ex Actionibus læſis, aut Affectibus Corporis ſive Morboſis, ſive Symptomaticis, oriuntur.

84. *Ex hiſce primùm ſunt illa, quæ Audibilia vocavimus. De quibus quænam & qualia ſint, iam dictũ eſt. Relinquitur ergo ut accedamus ad illa, quæ præter naturam excernuntur aut retinentur.*

85. *Ea verò triplici genere omnia continentur. Propterea quòd quæcunq; excernuntur, aut retinentur præter naturam,* ἢ ταῖς ποιότησιν, ἢ ταῖς ποσότησιν ἐξίσταται τοῦ κατὰ φύσιν, *id eſt, aut tota ſubſtantia, aut qualitate, aut quantitate Naturæ modum excedũt, & à naturali conſuetaq́; excernendi retinendiq́; ratione recedentia, præter naturam exiſtunt. hic cap. 6. a.*

86. *Ex ijs quæ toto genere, præter naturam in Corpore retinentur, ſunt Lapis in Veſica: Calculi in Renibus, aut alijs partibus Corporis inhærentes: Vermes in Inteſtinis & Ventriculo, Pus aliaq́; materia varia in abſceſſibus. Item tela corpori infixa, & ibid. relicta. Item Dracunculi in tibijs, & Pilis ſimilia in Venis. 6. de Loc. Affect. cap 3. f. Huiusmodi rerum exempla plura lege apud Veijerum de præſtigijs Dæm. lib. 4. cap. 16.*

87. *Et ſi quis de hiſce obijciat, quòd eorum pleraq; ſint cauſæ morborum: Cur ergo inter ſymptomata numerentur? Reſpondeo: Quæ unius morbi ſunt ſymptomata, alterius cauſas eſſe poſſe. Verbi gratiâ, Lapis in Renibus generatur ab eorum Intemperie calida: idemq́; poſtea parit obſtructionem & Vrinæ ſuppreſſionẽ. Quibus accedit etiam, quòd Symptoma Symptomatis cauſa eſſe queat, ut poſtea dicetur prop. 108.*

88. *Excernitur autem, toto ſ.* τῆς ἐκκρινομένης οὐσίας, *i. excretæ ſubſtantiæ genere (hãc enim clauſulam ſubijcit Galenus) præter naturã, ſanguis per Hæmorrhagias*

ferè

ferè quaſcunq;. Eſt enim ſanguis talis ſubſtātia, quam retineri in Corpore oportuit, ad ipſius nutritionem, non evacuari. hic cap.6.a.

89. *Hæmorrhagiarum differentia variæ ſunt.* Primùm & propriiſſimè illa, quæ fit per nares. Deinde per *Vomitum.* Tertiò per Tuſſim ex pulmonibus. Quartò per Alvum in dyſenteriis Cruentis ab Hipp. vocatis, 4. de Articulis text. 40. Quintò itidem per Alvum in Hepaticis Affectibus, & iis quidem duplicibus. Sextò per Hæmorrhoidas. Septimò per Menſes, quæ quantitate ſola præter naturam evadit. Octavò deniq; per vulnera 3. de Cauſ. ſympt. cap.2. e e. & e e e.

90. *Sola qualitate præter naturam retinentur fæces in Inteſtinis, propter duritiem: & flatus iiſdem Excrementis permixti, ut in Colicis & Illiacis Affectibus, & quæ hiſce ſunt ſimilia.*

91. *Excernuntur autem, Qualitate itidem ſola præter naturam, fæces Alvi fœtore graviſſimo, Colore pravo, Conſiſtentia mala: cùm flatibus aut ſine flatib. Vrina item in Stranguria, acrimonia nimia, colore pravo. Ructus item & Vomitiones amaræ, ſalſæ, fœtidæ, virulentæ. Ex pulmonibus viſcoſa, lapidoſa, grandinis formam obtinentia. hic cap.6. & 3. de Cauſ. ſympt. cap.2. g g. item 4. de Loc. Affect. cap.8. d. His accedunt ſudores non prodeuntes diebus iudicatoriis: item ſudores frigidi. 1. prog. 26. 29.*

92. *Quantitate nimia præter naturam excernuntur Menſes immodici: Fæces Alvi in Lienteriis: Vrina in diabete: Sudores colliquativi: & ſimilia.*

93. *Contrà ſola Quantitate nimia præter naturam,*

 reti-

retinentur Vrinæ ſuppreſſæ, Fæces alvi, in ijs quibus Alvus non reſpondet: uti & in Colicis, Illiacisq; Affectibus: & quæ hiſce ſimilia ſunt. hic cap. 6. & locis antè citatis.

Diſputatio IIX.
De horum cæterorumq; Sympt. natura accuratiùs dignoſcenda.

94. Quia verò, ex Galeni ſententia docuimus, eorum quæ præter naturam excernuntur, quædam toto genere: quædam ſola qualitate, aut quantitate eſſe Symptomatica, & præternaturalia: diligenter obſervare oportet, quænam talia ſint: ne ea quæ ſunt ſalubria, pro inſalubribus habeamus: & Symptomata dicamus ea eſſe, quæ potiùs ſunt ἔργα τῆς φύσεως, μετὰ ῥώμης καὶ προνοίας τοῦ ζώου, *id eſt, opera naturæ robore, pro ſalute Animalis facta. cap. 6. c.*

95. Ad hæc ipſa diſtinguenda autem duplex proponitur à Galeno hîc κριτήριον *ſive Regula. Vnum vulgare & communiter uſurpatum, in quo proponitur pro Canone* τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν καὶ γένος οὐσίας, *i. Quantitas, Qualitas & Genus ſubſtantiæ, eorum quæ excernuntur.*

96. Et ſecundùm hunc iudicandi modum, illæ Excretiones erunt ἔργα τῆς φύσεως, *quibus ſubſtantia Excreta Materia talis erit, qualem natura ſolet ex corpore ſeparare: Exempli gratiâ, Fæces alvi, Vrinæ, Sudores, & ſimilia. Illæ item quibus talis tantaq; eorundem horũ moles excernitur, qualem natura communiter expellere ſolet.*

97. Contrà ſi talis excernatur Subſtantia, quam ſecundùm naturam non ſolemus excernere: ſed potiùs re-

tinere

tinere in Corpore, ſive ad nutritionem, ſive ad partium conſtitutionẽ: uti quando ſanguis excernitur per quaſcunq; vias: aut ex Pulmonibus Βρόγχιον tuſsiendo: aut Caruncula ex Renibus mingendo: aut ex aliјs partibus alia hiſce ſimilia: Tunc huiuſmodi Excretiones Symptomaticæ erunt, & à morbis ipſis ortæ.

98. Similiter etiam Symptomata erunt, quando illa, quæ ſecundùm naturam quidem ſolent excerni, ſed maiori minorive quantitate excernuntur, quàm pro communi naturæ conſuetudine excerni ſoleant.

99. Hic iudicandi modus etſi horum ſymptomatum, prop. 85. propoſitis differentijs conſentiat, & in multis quoq; locum habere poſsit: in Excretionibus tamen criticis perſæpè nos fallet: propterea quòd in ijs fiunt Excretiones per Alvum, Vrinas, Sudoresq; multò maiores, quàm pro communi naturæ conſuetudine: imò etiam alterius qualitatis: quæ tamen ſunt naturæ opera, non ſymptomata. hic cap. 6. b. c.

100. Similiter contingit etiam ſæpè Morbos per Hæmorrhagias criticè finiri: quamvis Sanguis, ipſo excretæ ſubſtantiæ genere, ſit præter naturam. ibid.

101. Ad alterum ergo κριτήριον veniendum, quod certius eſt, & conſiderandum in huiuſmodi Excretionibus πότερον ἐν καίρῳ γίνεται, id eſt, utrùm tempeſtivè fiant, an non? Quæcunq; enim tempeſtivè fiunt: ea ſunt opera Naturæ ſalubria. Quæ non fiunt tempeſtivè, Symptomata exiſtunt. ibid.

102. Ἐν καίρῳ γίνεσθαι dicuntur illa, quibus τὸ λυποῦν ἐκκαθαίρεται, i. id quod nocebat, excernitur, ut ægri inde meliùs habeant.

Digitized by Google

103. Hoc ipſum verò eſt, quod Hipp. 1. Aph. 2. 23. 25. & 4. Aph. 2. multisq; aliis locis ait: quòd in perturbationibus Alvi, & vomitionibus ſpontaneis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert & ægri leniter ferunt: ſin minùs, contrarium accidit.

104. Item 4 Aph. 36. Sudores ſupervenientes febricitantibus boni ſunt die 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 21. 24. 31. 34. qui verò non ſic fiunt, dolorem ſignificant.

105. Præterea 1. prognoſt. text. 26. dicitur: Sudor optimus eſt per omnes Morbos, ſi per diem eveniat Iudicatorium, & ſedet febrem. Bonus eſt etiam ſi toto Corpore prodeat, faciatq; ut ægri faciliùs morbum tolerare poſſint. Si verò nihil tale efficiat, nequaquam utilis eſt.

106. In eandem ſententiam loquitur Hipp. multis quoq; aliis locis, præſertim 4. Aph. 22. 24. 5. Aph. 14. 34. 6. Aph. 16.

107. Propterea verò diligenter diſtinguere oportet nũ Excretiones robore naturæ fiant, an ſymptomaticè? Quia ut illarum cauſa eſt Natura, cauſam morbificam vincens: ita ſymptomatum, non horum tantùm, ſed etiam aliorum omnium cauſæ ſunt morbi, ut dicitur hîc ſub finem cap 4. & initio cap. 5. 6.

108. Ita autem oriuntur ex morbis ſymptomata, ut eorũ aliqua Morbos immediatè cõſequantur: ſicuti e. g. ex vulnere, aut vaſis ruptione hæmorrhagia: ex punctione nervi convulſio: ex intemperie Ventriculi, concoctio debilis, aut depravata.

109. Quandoq; verò, à Morbo quidem ipſo, primum Symptoma oritur: ab hoc verò ſecundum: à ſecundo tertium: à tertio quartum, longa ſerie, ut ſemper unũ ſymptoma ſit alterius cauſa.

110. Ex-

110. Exemplo ſit nobis Ventriculi Intemperies, quæ eſt ipſius morbus. Ex hac, cùm alia ſymptomata, & aliæ eius functionum læſiones conſequuntur: tùm illud inprimis accidit, ut Cibum ſufficienti tempore retinere nequeat, donec ſit abſoluta Concoctio.

111. Diminutam autem hanc Retentionem cibi in Ventriculo, neceſſariò ſequitur Concoctio diminuta: uti etiam clydones & flatulentiæ. Ex Diminuta ſeu debili concoctione, ſequitur celer alvi deiectio: quam rurſus excipit deiectorum humiditas: & Anadoſis diminuta. cap. 4. a. huius de ſympt. diff. libri & cap. 6. b. c.

112. Ex quibus autem Morbis, quæ & qualia oriantur ſymptomata, immediatè aut mediatè: quomodo item ex ſymptomatibus in ſenſus noſtros cadentibus Morbi inveſtigandi ſint: Id docebimus ſequentibus diſputationibus, quibus de Cauſis ſymptomatum diſſeremus.

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

Digitized by Google

TERTIÆ PARTIS PATHO LOGIAE CAPVT II.

De

Cauſis Symptomatum, penes læ Actiones ſenſitivas conſiſtentium.

Ex

Diexodica enarratione, libri 1. de Cau Symptomatum ſummatim digeſtum in Theſes, & Menſtruis Anni 1605. Diſputationib. dicatum.

Ad Illuſt. & Generoſum D. Baronem D. Joan Fridericum à Zerotin, Straznucij Hæredem.

Reſpondentibus,

D. Friderico Pierio Frācofurt. March. Vrbani F.
D. Zacharia Belino à Belfort Curienſi.
D. Caſparo Müllero Quedlinburg. } Saxon.
D. Matthia Götzio Halberſtadienſi } Saxon.
D. Joan. Henrich Frölich } Baſilienſibus.
D. M. Conrado Pfiſtero } Baſilienſibus.
D. Emanuele Vrſtiſio } Baſilienſibus.

Diſpu-

Diſputatio I.

Quo fine & ordine Sympt. cauſæ explicandæ?

THESIS I.

SYmptomatum Cauſæ ſunt Morbi, ut prop. 105. & ſequentib. de Symptomatum differentijs oſtenſum eſt.

2. In cauſis ſymptomatum cognoſcendis ergò, id Medico propoſitum eſſe debet, ut particulares ægros inviſendo, ea quæ circa quoſq; eorum apparent ſymptomata, primò quidem ad ſua genera revocare poſſit: deinde cognoſcere, à quibus Morbis eadem oriãtur, immediatè, aut mediatè.

3. In eum finem nimirùm, ut ijſdem morbis per idonea remedia ſublatis, Symptomata quoq; tollantur.

4. Et quamvis Galenus cap. 2. lib. de Sympt. differentijs, diſtribuat Symptomata in Affectus corporis, Actiones læſas, & quæ ex utriſq; ſequuntur: in ijs tamen deinde enarrandis, cauſiſq; eorundem explicandis, primum locum Actionibus læſis attribuit: ſecundum ijs aſcribit, quæ ex utrúq; conſequuntur: tertium Affectibus Corporis, ob cauſas prop. 18. de ſympt. differẽtijs expreſſas.

De Actionibus Senſitivis.

5. Inter Actiones læſas primum locum tribuit Senſitivis;

ſitivis : ad quas efficiendas, ut triplex genus partium corporis noſtri requiritur : ita triplex quoq; genus Cauſarum eſſe ſolet, ex quibus Senſatio qualibet lædi queat. hic cap.1.

6. Exemplo res illuſtretur. Viſionis Inſtrumentum generatim loquendo eſt oculus, ſed in eo triplices ſunt partes. Vna eſt primum & immediatum videndi Inſtrumentum, ipſe ſcilicet Cryſtallinus humor, qui ſolus videt. Altera eſt Nervus Opticus, qui eidem Cryſtallino humori, Viſoriam facultatem ex Cerebro defert. Reliquæ totius oculi partes, ut humores, tunicæ, muſculi, & ſimiles, nec vident ipſæ, nec viſoriam vim conferunt cuiquam, ſed uſum tamen habent, quem & ei quæ videt, & ei quæ viſoriam facultatem ex Cerebro defert, exhibēt, ut rectè ſuo munere fungi queant.

De Viſione.

7. Quæ cùm ita ſe habeant, triplex quoq; ſolet eſſe genus Cauſarū, à quibus & viſio læditur, & reliqui ſenſus vitiantur. Nam ut in propoſito viſionis exemplo maneamus, ſive Cryſtallinus humor affectus ſit : ſive nervus Opticus, ſive cæterarum partium aliqua, ſemper tamen lædetur viſio, multoq; magis ſi plures harum partium fuerint affectæ. Eademq; ratio eſt cæterorum ſenſuum omnium.

8. Humorem Cryſtallinum, qui primum eſt viſionis Inſtrumentum, vel Intemperies aliqua afficere poteſt, tanquam ſubſtantiam ſimilarem, vel organica affectio aliqua, tamquam videndi Inſtrumentum, præſertimq;

ſitus

ſitus non naturalis. Idem verò Cryſtallini in oculo ſitus, ſi dextrorſum aut ſiniſtrorſum, à naturali ſede mutetur, viſioni parùm nocet: ſin ſurſum aut deorſum trahatur, efficit, ut gemina eſſe videantur res viſibiles. hîc cap.2.g.& 10. de uſu partium cap.12.e.a a.

9. Cadere poteſt in humorem Cryſtallinū etiam continui ſolutio ſive ab erodentibus humoribus, ſive à pungentibus ſive ab excellenti lumine facta, quæ & viſionē lædit, & dolorifica exiſtit. hîc 2.cap.e. cap.6.g. & 10. de uſu partium, cap.3.g.h.

10. Nervi optici ratione afficitur, tolliturq́; etiam viſio, præcipuè ob corpoream illius ſubſtantiam, intemperie aliqua laborantem, aut obſtructam, compreſſam, vulneratam: Cuiusmodi cauſarum ſigna 4.de Loc. Aff. cap.2.c. dicuntur eſſe, quando nullo in oculo apparente malo, tamen viſus perierit. Deinde immutatur viſus etiam ob ſpiritus animalis, cum quo per nervum facultas in oculum fertur, qualitatem aut quantitatem.

11. Caeterùm quia Galenus viſionem putavit fieri, non tantùm recipiendo formam viſibilium: ſed ut Platoni in Timæo viſum eſt, etiam emittendo radios ad rem viſibilem: Idcircò optimæ viſionis (qua res exactiſſimè & in maxima diſtantia cernimus) cauſas retulit, in optimam Cryſtallini temperiem, Aquei humoris puritatem, Corneæ tenuitatem pellucidam, pupillæ naturalem parvitatem ſpiritus viſorij copiam & puritatem. Peſſimæ verò viſionis cauſas hiſce contrarias aſſeruit: & mediocris, quæ intermedio modo ſe habeant. hîc cap. 2. & 7. de Placit. cap. 5. 6. 7. item 10. de uſu partium cap. 6. & ſequentibus.

12. Ariſt.

12. Ariſt.lib.5. de Generatione animal.cap.1.docuit, viſum fieri tantummodo recipiendo: idcircò poſuit exactiſs. viſionis cauſas, in puritate & ſplendore totius oculi, in quo tanquam in mundiſſima veſte, qualibet appareant: & obſcuri viſus in affectu contrario collocavit. Longinqua & non longinqua viſionis rationem, ex poſitu Senſorij profundo & non profundo deduxit: quo enim profundiùs, intra oculum verſus nervum opticum iaceat Cryſtallinus: tantò magis res longinquas cerni poſſe, exemplo eorum, qui ex puteis ſtellas numerant: & è contrà ſi promineat.

13. Alexander Aphrodiſæus lib. 1. problem. 74. docet res tantummodo propinquas exactè cerni, ob ſpiritus viſorij puritatem & tenuitatem. Longinquas conſpici à ſpiritus craſſi copia, qui motu attenuetur. Sed magis probanda Ariſt. & Galeni ſententia.

14. Ex cæteris oculi partibus, quarum affectus præcipuè viſum lædere poſſunt, recēſentur à Galeno hic. c. 2. a. τοῦ ῥαγοειδοῦς τρῆμα· ἑνώσεως λύσις· τὸ μεταξὺ τοῦ τρήματος καὶ κρυσταλλοειδοῦς ὑγρόν· ἡ πρὸ τῆς κόρης μοῖρα τοῦ κερατοειδοῦς· ὁ ἐπιπεφυκὼς ὑμήν· τὰ βλέφαρα: *id eſt: Vuea tunicæ foramen quod pupilla dicitur: Eiuſdem uveæ ſoluta cōtinuitas: Humor Aqueus inter pupillam & Cryſtallinum poſitus: Cornea tunicæ pars quæ pupillæ præponitur: Coniunctiva membrana: Palpebræ: quibus 10. de uſu partium cap.8. & 4. de Loc. Affect. cap.2. c. adijciuntur oculorum muſculi.*

15. Pupillæ ratione læditur viſio varijs modis. Primùm enim debilioris viſus cauſa eſt, ſi à primo ortu maior fuerit: deteriusq; adhuc eſt, ſi poſt nativitatem eadem maior

Digitized by Google

ior evaſerit. Id enim contingit ob tenſionem uvea, ſive ea ob intemperiem ſiccam, ſuperfluam humiditatem, aut humoris Aquei abundantiam evenerit.

16. Minor pupilla à primo ortu acutiſſimum viſum efficit: ſed à cauſa præternaturali ſi minuatur, ſemper mala eſt. Minuitur autem ob uveæ laxitatem, quæ accidit ob propriæ ſubſtantiæ humiditatem, aut ob conſumptum Aqueum humorem. hic cap.2.h.c.

17. Vueæ continuitas ſolvitur per Vulnera aut Vlcera, quibus contingit & ſpiritum vacuari, & Aqueum humorem effluere, ut ipſa tandem ſuper Cryſtallinum cadens, viſum tollat. ibidem.

18. Aquei humoris Affectus Viſui nocentes, penes ipſius qualitatem aut quantitatem conſiſtunt. Quantitas ſi maior ſit quàm oporteat, pupillam diſtendit, maioremq́; eam efficiens, viſum debilem reddit, ut antè dictum eſt. Minor aquei humoris quantitas oritur, cùm is per Vulnera effluxit: idq́; Viſui propterea officit, quia Cryſtallinus deſtituitur ſuo propugnaculo, adverſus lumen externum.

19. Qualitas humoris Aquei vitioſa, conſiſtit in nimia eius craſſitie, aut colore alieno. Craſſities exigua viſum debilem reddit: magna æqualiter diffuſa per totum humorem, & maximè circa Corneam iuxta pupillam, viſum tollit, ut in ſuffuſionibus cernitur. Inæqualiter diffuſa, efficit ut per partes tenues quis poſſit videre, per craſſas non: & quandoq́; ut culices ante oculos obverſari videantur, ſi per totum Aqueum humorem, craſſæ partes divulſæ fluitent.

20. Colorem alienum contrahit Aqueus humor, in

Ictero,

Ictero, ob ſanguinis affuſionem, in evaporationibus à ventriculo aſcendentibus. Vnde fit, ut quis putet res externas huiusmodi colore tinctas eſſe, quo imbutus eſt Aqueus humor. ibidem d.e.

21. Cornea tunicæ pars ante pupillam poſita, ſi craſſior, denſior, aut humidior evadat: viſum hebetem, & quandoq; ut tanquam per fumum res conſpici videantur, efficit: auctaq; hæc poſſunt etiam cæcitatem afferre. Alieno colore imbuta, eodem modo viſum lædit, ut Aqueus humor non rectè coloratus. Si ulcere intrò penetrante laboret, cæcitatis periculum affert, ob aquei humoris effluxum: ſin non intrò penetret, tamen viſum lædit: uti etiam ſi rugata fuerit, phlegmone alióve tumore affecta. ibidem g g. h h.

22. Coniunctiva membrana in Ophthalmijs phlegmone laborans, per conſenſum afficit etiam humorem Cryſtallinum: ſi excreſcat, pterygium efficit: ſi Chymoſis accedat, etiam viſum lædit pupillam obtenebrando. Vti etiam magnæ palpebrarum inflammationes. ibidem.

23. Ex muſculis oculos moventibus (ut 10. de uſu partium cap. 8. & 4. de Loc. Affect. cap. 2. dicitur) ſi qui præcidantur aut convellantur, contingit pupillam in eam partem qua trahit, retorqueri, nec rebus viſibilibus directè opponi: unde cùm alijs modis læditur viſio, tùm eo; unde Strabones dicuntur.

24. Exempli gratiâ, cùm è plebe cuidam, Muſculus, qui oculum ad minorem angulum trahit, ex vulnere fuiſſet abſectus: factum eſt ut ab oppoſito muſculo, oculus verſus maiorem angulum traheretur, uſq; adeò, ut pupilla ei carni oppoſita fuerit, quæ repletum eſt foramen

Digitized by Google

men in narium cavitatem tendens. Hinc diu nil vidit: ſed tandem exeſa eadem carne, per narium cavitatem cœpit videre. Hunc nobis D. Eraſtus ſe vidiſſe narravit: & D. Ioan. Rungius Grypſvaldenſis in theſibus quas pro gradu olim hic Baſileæ diſputavit, theſi 68. idem exemplum propoſuit.

Diſputatio II.

De Auditu.

25. Auditus læſiones itidem eveniunt, aut ex affectu immediati eius Inſtrumenti, aut Nervi qui Auditoriam facultatem eidem ex cerebro defert, aut partium reliquarum aliqua, quæ uſus alicuius gratiâ ſint factæ.

26. Immediatum audiendi inſtrumētum, ut hic c. 3. dicitur, eſt τὸ ἔνδον πόρας, κατὰ τὸν ἀκουστικὸν πόρον, ἔνθα συνάπτει τῷ νεύρῳ πλατυνομένῳ: *id eſt: Intima auditorij meatus cavitas, quæ cum nervo dilatato cohæret: quo nomine intelligitur aërea ſubſtantia, quæ ad ultimam Aurium ſedem, in cavitate temporum oſſi inſculpta, à Nervo dilatato continetur. 11. de uſu partium c. 12. item 7. de Plac. cap. 6. Veſalius lib. 1 cap. 8. lib. 6. cap. 15.*

27. Eius affectus Auditum lædētes ſunt Intemperies, Compreſſio, Continui ſolutio. hic cap. 3.

28. Pars facultatem Immediato Inſtrumento deferens, eſt Nervus quintæ cōiugationis, qui ad finem meatus Auditorij, dilatatus aëream ſubſtantiam continet: & ſive ipſemet, aut pars Cerebri unde oritur, intemperie, obſtructione, aut ſolutione continui laboraverit:

verit : auditum imminuere aut etiam tollere poteſt. ibidem.

29. Vſum primo Inſtrumento confert, totus meatus Auditorius, cui ſi aut tumor aliquis præternaturalis accidat, aut ſi is ſordibus repleatur, vulneretur, exulceretur, læſi auditus cauſa exiſtit. ibidem.

De Guſtu.

30. Guſtandi Immediatum Inſtrumentum, generatim loquendo, Lingua exiſtit: ſpeciatim verò ea cutis, qua ipſa integitur. hîc cap. 4. c. d. & lib. 8. de uſu part. cap. 5. h.

31. Ob eiuſdem igitur intemperiem, præſertim ſiccã, aut etiam copioſa pituita imbutam, contingit guſtum debilitari, aut etiam aboleri. Vnde dicit 7. de Placit. c. 6. Galenus, exſiccatam linguam ſapores planè non ſentire, nobisq́; etiam conſtat, ſenes debiliter guſtare, ob copioſam pituitam, linguæ eorum inhærentem.

32. Iidem affectus, ſi Nervos ex tertia quartaq́; coniugatione, cum guſtatrice vi ad linguam deductos, aut eam Cerebri partem, unde illi oriuntur, occupaverint: aut ſi obſtructio aliqua, aut continui ſolutio iiſdem accidat, debilitari, atq; etiam perire ſolet guſtus.

33. Depravatio guſtus autem eſt in iis, qui percipiũt ſapores non tales quales ſunt, ſed aliter quàm ſint: putantq́; ea quæ guſtantur, pravi, amari, piſcolenti, ſalſi, aut alterius alicuius pravi ſaporis eſſe, cùm tamen non ſint.

34. Idq; contingit frequenter, poſt longos præſertim mor-

morbos, ubi ex morbo relinquitur in lingua humor quidam pravi ſaporis, qui à ſapore rerum quæ guſtantur, commotus, facultati guſtatrici primus occurrit, & guſtu perceptus efficit ut aliæ res talem ſaporem habere videantur. hîc cap.4.c.d.

35. Tota oris amplitudo confert ad actionem guſtandi: itaq; ſi pravis humoribus imbuta fuerit, eoſdem lingua communicat, efficitq; guſtum pravum: & ſi dentes non faciant officium, conterendo ea quæ guſtantur eduntur q; , imminuitur etiam guſtus. 8. de uſu partium cap.5.a.

De Olfactu.

36. Immediatum Olfactus Inſtrumentum hîc cap.4. c.e. & in libro de Olfactus inſtrumento cap.2 5.c. aliquando ſimpliciter inquit eſſe anteriores cerebri Ventriculos. Aliquando magis diſtinctè ait, Δύο ἀποφύσεις προμήκεις τε καὶ κοῖλαι τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν προσθίων ἔχουσαι κοιλιῶν, καθήκουσαι δὲ ἐπὶ ἐκεῖνο τὸ μόριον, ὅθεν ἡ ῥὶς ἄρχεται: i. Bini proceſſus longi & cavi, ab Anteriorib. Cerebri ventriculis orti, ad eam Calvariæ partem pertingentes, unde nares prodeunt: iuxtà oſſa ſcilicet Colatoria. Eodem ſenſu loquitur 3. de uſu partiũ cap 6.a. lib.7. de Plac. cap.5.c. 3. de Loc. Affect. cap.10.b.

37. Eiuſdem huius Immediati Inſtrumenti ratione aboletur Olfactus, quando id comprimitur, obſtruitur, aut quocunq; modo dividitur. In Coryzis & Catharris frigidaq; intemperie imminuitur. Et ſi quando Vitioſus & malè olens ſuccus, in eodem exiſtat, depravatum Olfactum efficit. hîc cap.4.d.e.

Digitized by Google

38. Senſificam vim huic Inſtrumento confert Cerebrum, quo vehementiùs affecto, tollitur, & Olfactus & cæteri ſenſus omnes. ibidem.

39. Vſum ad odores percipiendos, conferunt primo Inſtrumento, interni narium meatus & oſſa Colatoria: quæ ob intemperiem cum humore in Coryzis, Olfactum debilitant: aut ſi ſucco aliquo malè olente imbuti fuerint, efficiunt, ut res odorandæ ſimili odore præditæ eſſe videantur. ibidem.

40. Quòd ſi obſtruantur tumore internô, phlegmone aut polypo, olfactum tollunt. Si comprimantur ex contuſione, efficiunt ut difficiliùs Odores, ad inſtrumentum pervenire queant. In Ozænis verò, ut dicitur 3. de Localib. Medic. cap. 3. ſolet fœtida exhalatio ad odoratus Inſtrumentum perferri, quæ Olfactum depravatum efficit. ibidem.

Diſputatio III.

De Tactu.

41. Tactus læſi tot ſunt primariæ differentiæ, quot reliquarum functionum læſarum: nimirùm quia is poteſt debilitari, aboleri, depravari. Debilem Tactum habemus in Νάρκῃ, Αἱμωδίᾳ, Δυσαισθησίᾳ, *i. Stupore, Hæmodia, ſenſus difficultate. Abolitum in* Ἀναισθησίᾳ, παραλύσει, Ἀποπληξίᾳ, *i. Inſenſibilitate, Paralyſi & Apoplexia. Depravatus Tactus eſt in Dolore. hîc cap. 5. f. g. h. & cap. 6. c. d.*

42. Hoc verò etſi ita ſit, non habes tamen propria Voca-

Vocabula, quibus hæ differentiæ earumq; ſpecies exprimantur, ſed cogimur uti Vocabulis communibus, quibus aliæ quoq; ſenſationes Motusq; læſi ſignificantur. Nam & Stupor & Paralyſis, & Apoplexia, non tantummodo Tactum debilem abolitum ſignificant, ſed ad Motum quoq; referuntur, magisq; propriè pertinent ad Motum, quàm ad Tactum. Deinde Δυσαισθησία ϗ Ακινησία, non tantùm ad Tactum, ſed ad reliquos quoq; ſenſus referuntur. Hæmodia ad ſolum quidem Tactum pertinet, ſed talem qui eſt in ore ac dentibus ex acidorum fructuū eſu ibidem. Item 2. de Loc. Affect. cap. 2. & 3. lib. cap. 10. c.g. Dolor verò, ut cap. 6. huius lib. oſtendetur, ad omnes ſinguloſq; ſenſus pertinet.

43. Cauſas quibus Tactus quocunq; modo lædi queat, hîc quoq; quærere oportet, aut in Immediato illius Inſtrumento: aut partibus vim Senſitivam deferentibus, aut partibus uſus alicuius gratiâ factis.

44. Immediatum tangendi Inſtrumentum ſunt ἅπαντα τὰ ὁπωσοῦν αἰσθανόμενα, id eſt, omnia quæ quocunq; modo ſentiunt. hîc cap. 5. e. aut ſi mavis, omnes partes quæ nervos recipiunt. Et ut eadem ſingulæ ſibimet ſunt primum tangendi Inſtrumentum: ita vicinis uſum conferunt, ad Tactum obeundum. Itaq; ſi oſtenderimus, ex quibus cauſis in Nervis, aut Immediato Inſtrumento exiſtentibus Tactus lædatur, ſimul etiam idem de partibus uſus gratiâ factis patebit.

45. Eiuſdem ergò Immediati Inſtrumenti ratione poteſt Tactus debilitari aut etiam aboleri, cùm id frigida Intemperie laboraverit: quæ minor exiſtens, eum debilitat: vehementior eum tollere poteſt, ut patet ex ijs

Digitized by Google

quæ hîc cap.5.f. de Torpore & Hæmodia: præterea 1.de Loc. Affect.6.a a.b b. de Cauſis & Curatione Sphyncteris reſoluti dicuntur. Depravari autem poteſt Tactus à cauſis dolorificis,de quibus poſtea prop.65. & ſequentibus agetur.

46. Ad cognoſcendos partium ſenſificam vim deferentium affectus, quibus Tactus Motusq; læduntur, præſcire oportet duplicem eſſe modum, quorum alterutro facultatem ex Cerebro cum ſpiritu deferri oportet. Primus eſt, εἰ ἔχοι τινὰ πόρον τὸ νεῦρον *i. ſi porus aliquis ſit, per nervorum longitudinem tendens, per quem tanquã per canalem facultas feratur,ut de nervis Opticis creditur. Alter ſi nullum habeant porum:ut dicere oporteat quòd per nervos ac ſpinalem Medullam, facultas non aliter quàm per aërem Solis radij, penetrent,aut etiam per Aquam. hîc cap.5 f.g.*

47. Quòd ſi primus modus ſtatuatur,tunc quo minùs facultas ſenſifica & motrix ad Inſtrumenta ferri poſſit, bini affectus prohibebunt, Ἔμφραξις καὶ θλίψις: *i.Obſtructio & compreſſio,quorum illa à craſſis humoribus, hæc à duris quibuſdam forinſecùs comprimentibus & meatum anguſtiorem efficientibus dependebit. ibidem.*

48. Si approbaverimus ſecundum, tunc à tali cauſa impedietur deſcenſus facultatis per nervos , qualis ea eſt , quæ tranſitum radiorum ſolarium per Aquam aut Aërem prohibet : nempè εἰ ἐπὶ τὸ παχυμερέστερον,*i. Si ad craſſiorem habitum mutentur. Hoc ipſum in Aëre fumus aut nebula efficit : in Aqua,ſi modico luto turbetur : In Nervis* πίλησις, ψῦξις, θλίψις: *i. Conſtipatio, Refrigeratio, Compreſſio.*

49. Con-

49. Conſtipantur Nervi & ſpinalis medulla, ſi à craſſis ſuccis repleantur & nutriantur. Refrigerantur autem à cauſis frigidis, exemplo eius qui hyemali tempore ob Chyrurgiam in collo factam, vocem amiſerat, refrigeratis Nervis recurrentibus. 1. de Loc. Affect. cap. 6. b. Compreſſio fit à duris Corporibus prementibus, Vinculis, luxatis oſſibus, phlegmonoſis, ſcirrhoſisq́ affectibus, & ſimilibus. ibidem.

50. Solutio Continui idem poteſt. Nam abſciſſo nervo, aut ſpinali medulla, omnes inferiores partes amittũt ſenſum & motum: & ſi non tota, ſed ex dimidio ſolomodo fuerit inciſa Medulla: tunc alterius tantùm lateris partes ſenſu motuq́ privabuntur. ibid. item 1. de Loc. Affect. cap. 6 tertio de Plac cap. 6. item lib. 6. cap. 3. lib. 8. cap. 1. praterea 8. de uſu partium cap. 10.

De cognoſcenda parte affecta in Paralyſi.

51. Et ſi cupias cognoſcere, qua parte ſpinæ aut quibus nervis affectis, quarum partium motus ſenſusq́ lædatur, præſcire te oportet exortũ & diſtributionem omnium nervorum. Nam à qua parte Spinæ, aut quibus nervis rectè ſeſe habentibus, unaquæq́ pars obtinet vim ſenſificam & motricem, ab iiſdem malè habentibus læditur. hîc cap. 5. a. b. lib. 1. de Loc. Affect. cap. 6. g. h. aliisq́ locis.

52. Vtq́ compendioſiùs idipſum percipere queas, primùm cogita, Omnem Motus Senſusq́ læſionem, propter Cerebri, aut Spinalis medullæ. aut Nervorum, aut deniq́

propter Immediati Inſtrumenti ipſius ſcilicet partis Reſolutæ, Affectum contingere. De Nervis verò, & Immediato Inſtrumento, nùm afficiantur? ex ijs diſtinguito, quæ de Paralyſi in Anni ſequentis diſput. prop. 36. & ſequentibus docentur. De Cerebro & Spinali medulla hîc Canones quoſdam ſubijciemus, ex ijs quæ Galenus hîc aliiſq; locis docet. quorum primus hic eſto: Cerebro affecto, neceſſe eſt omnes partes corporis, ſenſu motuq; privari: cuiuſmodi affectus Apoplexia dicitur. hîc cap. 5. h. & 3. de Loc. Affect. cap. 10. c. d.

53. Si faciei anterior pars aliqua ſola reſoluta ſit: trahitur in partem contrariam, & ſignificat, Anteriorem Cerebri partem iuxta baſin eſſe affectam, unde tertia nervorum coniugatio oritur. Si Linguæ Motus ſolus amittatur, affectus erit circà ſeptimam coniugationem nervorum.

54. Quòd ſi Cerebro illæſo, Initium Spinalis Medullæ, totum transverſim afficiatur: perit motus & ſenſus reliquarum partium inferiorum omnium, ſervato motu partium faciei, capitis, atq; ſenſibus, præterquam Tactus pericranij. lethaliſq; eſt etiam hic affectus perinde ut Apoplexia. hîc h. tertio de Loc. Affect. cap. 10. f. & lib. 4. cap. 4. b. c. Veſalius item lib. 4. cap. 12.

55. Si iuxtà quintã Cervicis vertebram Spinalis Medullæ, itidem tota transverſim lædatur, perit motus & ſenſus Brachiorum & omnium partiũ inferiorum, ſervato motu ac ſenſu capitis, cum aliqua Reſpirationis parte, quæ motu diaphragmatis perficitur: quia prima nervorum ad diaphragma pertingentium cõiugatio, ex quarta vertebra oritur. hîc h. & Veſalius loco citato.

56. Qui-

56. Quibus ſpina læditur iuxtà ſextam Vertebram, iis remanet aliquis ſenſus motusq́ brachiorum, & reſpiratio meliùs habet: & multò magis ſi iuxtà ſeptimam aut octavam afficiatur, infrà quam ſi læditur, conſervatur motus brachiorum & reſpirationis integer, ſublata tamen Voce. ibidem.

57. Si circa viceſimam primam Vertebram, Spinalis Medulla lædatur, neceſſe eſt Crura ſenſum Motumq́ amittere, cõſervato Capitis, Thoracis, Brachiorũq́ motu ac ſenſu, integra interim reſpiratione & loquela. Væſalius lib.4.c.14.15. Exempla vide 3. de Loc. Affect. c.10.f. Nos ſimile exemplum vidimus Anno 1599. die 17. Iunij, iuxtà oppidum Lauffen in muliere, quæ de arbore ceciderat, ſuprà nates.

58. In omnibus autem eiuſmodi læſionibus Cerebri & Spinalis Medullæ, ſi vitium fuerit vehemens, & totam medullam transverſim affecerit, utriusq́ lateris Senſus Motusq́ amittitur. Sin unam tantùm partem occupaverit: in altero tantùm latere ſequetur hoc ſymptoma: & ſi læſio minima fuerit, non paralyſin, ſed ſtuporem tantummodo efficiet.

Vnde contingat, ſenſu ſervato lædi Motum, aut è contrà?

59. Ad hanc quæſtionem decidendam, primò tanquã fundamentum ponere oportet, Motus proprium Inſtrumentum, eſſe Muſculum: non autem Senſus: quia ſolus Muſculus movet, nõ ſolus ſentit. 1. de Motu Muſcul. c.1.f. Deinde omnes nervos, præſertimq́ duros vocatos, ex propria natura aptos eſſe, ut partibus quibus inſeruntur,

tàm movẽdi, quàm ſenſificam tangendi facultatẽ communicare poſſint. Et non niſi ratione partiũ in quas feruntur, fieri ut Nervorum alij ſint Senſitivi tantùm, alij Motorij ſimul & Senſitivi. hîc cap.5 a. lib.7. de Anat. Adminiſt. cap.8. a. Et quæ lib.1. de Loc. Affect. cap.6. d. e. f. dicuntur, eodem modo intelligi debent: quamvis Veſalius lib.4. cap.14. ſub finem, ea, aliter interpretetur.

60. Tertiò Nervorũ alios eſſe molles, ut qui ex Cerebro ortum ducunt, præſertim ex prima, tertia quartaq́ꝫ coniugatione: alios duros, qui prodeunt ex ſpinali medulla. Et qui molliores ſunt, aptiores eſſe ad ſenſus, præſertim exquiſitiſſimos, videndi atqꝫ guſtandi: Duriores ad Motum eſſe commodiores. hîc cap.5. a. b. lib.9. de uſu partium cap.11. g. h. cap.14. a. cap.16. g. h.

61. Hiſce ita cõſtitutis, ſi quæ partes ſunt, quæ per diverſos nervos recipiũt, vim tàm ſentivã quàm Motricẽ, ut Oculi, Lingua, tres minores digiti in manu, & ſi quæ hiſce ſimiles dẽtur In his manifeſta ratio eſt, cur affectis nervis Senſitivis ſenſus lædatur integro motu, & affectis ijs qui movent, lædatur motus, integro ſenſu.

62. In Oculo enim, ſi primũ par nervorũ lædatur, ſecundũ ſit integrũ: lædetur videndi Senſus, integro Oculi Motu. Et in Lingua, ſi tertia quartaq́ꝫ cõiugatio nervorũ Cerebri lædatur, illæsâ ſeptimâ: Guſtus vitiabitur, illæſo Linguæ motu, & è contrà. In tribus minorib. digitis manus, ſi quintus nervus brachij lædatur, integro quarto: ſervatur motus, læſo ſenſu in cuti foris eos ambiente, & è contrà. hîc cap.5. a. item 3. de Loc. Affect. cap.6. d. lib.3. cap.10. g. Veſalius lib.4. cap.14. circa finem.

63. Quæ partes autem per eoſdem Nervos ſenſitivam ſimul

ſimul & motricem vim recipiunt, ut Muſculi omnes, in iis poteſt quidem perire Motus, ſervato ſenſu, quod in convaleſcentibus paralyticis apparet. Sed ſervari Motum ſenſu abolito: impoßibile eſt: ob id nimirùm quòd maiore vi opus ſit ad movendum, quàm ad ſentiendum. ibidem.

64. Hiſce quidam Epilepticorum Motus obiiciunt, & Apoplecticorum Reſpirationem, qui ſunt absque omni ſenſu, & varias cauſas excogitant. Sed adverſus eos ſimplex eſt reſponſio, ex iis quæ lib. 2. cap. 1. & 2. de cauſ. ſympt. itemque initio cap. 8. de Rigore convulſ. & palpit. dicuntur. Videlicet, Epilepticorum Motus non eſſe Voluntarios ſed ut ibid. dicitur, νοσώδεσιν ἕπεσθαι διαθέσεσιν, οὐδὲν εἰς τὴν γένεσιν αὐτῶν συμπραττούσης φύσεως: id eſt, fieri à cauſa morbifica: Naturâ ad eos efficiendos, nil cooperante: neque proinde ad hanc diſputationē pertinere, in qua de ſolo motu Voluntario agitur. In Apoplexia, minori præſertim, nō omnis Motrix facultas periit, quòd aliâs etiam Motus Thoracis periiſſet, & mors ſequuta fuiſſet. Itaque neque omnis Sēſifica facultas periit. Et, ſicuti natura poteſt hîc quicquid adhuc ſupereſt facultas Motricis, ad eum Motum dirigere, qui eſt vitæ cōſervandæ maximè neceſſarius, ipſam ſ. Reſpirationem. Ita ſi in aliqua parte, eſſet tanta neceßitas ſentiendi, quanta eſt in thorace neceßitas Motus: poſſet utique natura, etiam illas reliquias ſenſitivas ad illam convertere. Vide lib. 5. de Loc. Affect. cap. 1. a. b. Item 2. Aph. 42. Item 2. de Motu Muſculorū cap. 5. 6. Vide & noſtras enarrationes ſuper cap. 7. lib. 3. de Loc. Affect. ſigno d. Item Diſp. Anni 1606. Theſi 54. & ſequentib. ubi de convulſionib. agitur ex profeſſo.

Diſpu-

Diſputatio IV.

De Dolore & Volupt. potiſs. ex cap. 6. huius libri de Cauſ. ſympt.

65. Diximus de Cauſis læſarum functionum circa ſingulos ſenſus: deinceps accedemus ad explicãdas Cau*ſas* Doloris*, qui ad omnes ſingulosq; ſenſus pertinet. Et quia Dolori contraria eſt Voluptas, de ea ſimul etiam agemus, ut utriusq;* Natura *magis pateat.*

66. Præcipuè verò etiam ob id, quòd ut rectè Socrates apud Platonem *in Phædone ait:* τὸ ἡδὺ θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι τὸ λυπηρόν. Τῷ ἅμα μὲν αὐτῷ μὴ θέλειν παραγίνεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ. Ἐὰν δέ τις διώκει τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνει, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον, ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ᾽ ὄντε. *i. Voluptas miro quodam modo naturaliter ſe habet ad Dolorem, qui illi contrarius eſſe videtur. Nam cùm ambo homini ſimul adeſſe nolint: tamen ſi eorum alterum proſequaris atq; fruaris: neceſſe ſemper fuerit, alterum quoq; accipere: tanquam, ſi ambo in unum coniunctos apices habeant.*

67. Cæterùm quod Voluptas Latinè dicitur, id Græci exprimunt ferè per τὸ ἡδὺ καὶ ἡδονὴν*: ſed Dolor apud eos plures habet appellationes, cõmuniter quidẽ* ὀδύνη *vocatur: ſæpè verò etiam* κόπος, πόνος, πόνημα. *Item* ἄλγος, ἄλγησις, ἄλγημα, ἀλγηδὼν, λύπη, καὶ τὸ λυπηρὸν, αἴσθησις λυπηρὰ, ὀδυνηρὰ, ἀλγεινὴ*: itemq; aliter.*

68 Vtrumq; refertur aliquandoq; ad animum, aliquando ad corpus. Sunt enim corporis Dolores & Voluptates, itemq; animi: ſed de iis quæ animi ſunt, Doloribus

bus, ſimul atq; Voluptatibus, Medicus non agit, niſi quatenus rationem habent Cauſarum Procatarcticarum.

69. Agemus ergò nos quoq; de corporis Voluptate atque Dolore ſolùm: cumq; Dolor rurſus accipiatur vel pro affectu dolorifico, ut in Cramone veteres dolores frigidi, recentes calidi, 6. Epid. Comment. 1. text. 8. vel pro eo, quod ex tali affectu ſequitur: ipſo ſcil. Actu Doloris & Voluptatis: nos poſteriori modò de ipſis agemus.

70. Vt autem Diſputatio hæc, varijs modis ab alijs atque alijs agitata ad certa quædam capita revocari poſſit, quæremus: Primùm quodnam ſit proprium Doloris ac Voluptatis ſubiectum? Secundò quomodo in proprio ſubiecto generentur? Tertiò, quid ſit Dolor, & item Voluptas? Quartò à quibus Cauſis efficientibus oriātur? Quintò deniq; ijs reſpondebimus, qui contra dogmata Galeni & Hippocratis, alias cauſas excogitarunt.

De Doloris ac Voluptatis ſubiecto.

71. Ad ſubiectum Doloris Voluptatisq; inveniendum, exordium ſumemus ex eo, unde Galenus lib. 1. de Elem. cap. 2. g. dixit eſſe ſumendum.

72. Nempè τὸ ἀλγῆσον χρὴ δήπου δύο ταῦτα ἔχειν ἐξ ἀνάγκης, τὸ ἀλλοιωτόν τε καὶ αἰσθητὸν ὑπάρχειν. *i. Si quid dolore affici debeat, duo ſemper hæc ut habeat neceſſe eſt, nempe ut alterari queat & ſentire: & quod de Dolore dicitur, idem de Voluptate eſt ſentiendum.*

73. Si quid enim ſit, quod aut non immutetur, aut difficillimè mutetur, id neq; Dolore nec Voluptate afficitur: ut Adamas, Marmor, Rupes, Cautes. Et ſi quæ mu-

Digitized by Google

mutentur, non tamen ſentiant: ea quoq; nec dolent, neque voluptate afficiuntur, ut Plantæ, cæteraq́; res ſenſu carentes omnes.

74. Quæ verò & alterantur & alterationẽ ſui ſentiunt, ea poſſunt Dolore & Voluptate affici. Exempli gratiâ, Ventriculus, inedia æſtu & labore inanitur & exſiccatur, indeq; percipit moleſtiam, quam vocamus famem & ſitim: Iocundo autem cibo & potu iterum humectatur, repleturq́; magna cum voluptate.

75. Hinc inferimus, proprium Doloris & Voluptatis ſubiectũ in Hominibus, eſſe Partes ſimilares, non omnes, ſed eas quæ ſenſu aliquo prædita ſunt.

76. Senſum autem intelligimus, non ut quidam aſſerunt, Tactum ſolummodo: ſed ſenſum omnem. Itaq; pronunciamus cum Galeno initio cap. 6. lib. 1. de Cauſ. Symptom. ἥδεσθαι καὶ ἀλγεῖν ἁπάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν ἐγγίγνεται: id eſt, Voluptas & Dolor contingunt circa omnes ſenſus.

77. Non negamus interim, circa reliqua ſenſoria, Oculos ſcil. Aures, Linguam, quandoq; dolores magnos cõſiſtere, qui iis Inſtrumentis contingunt, non proprii ſenſus, ſed Tactus ratione.

78. Aſſerimus etiam, tantò eſſe maiores, evidentioresq; Dolores ac Voluptates, quæ Tactus ſenſu percipiuntur, quàm quæ percipiuntur reliquis ſenſibus, quantò & ſenſoria Tactus & obiecta craſſiora ſunt, reliquis ſenſoriis ſenſuumq́; obiectis.

79. Et nihilominus tamen dicimus, cuiq; reliquorum ſenſuum, proprios eſſe Dolores ac Voluptates, qui proprii ſenſus reſpectu percipiuntur.

80. Exem-

80. Exempli gratiâ: Moleſtia quæ ex Solis intuitu percipitur: & Delectatio quam ex viridium pratorum, montium, atq; ſylvarum conſpectu haurimus, à proprio viſus Inſtrumento percipitur. Idemq; de cæteris ſenſorijs iudicandum.

Quomodo in proprio ſubiecto Dolor ac Voluptas fiant?

81. Hoc ita conſtituto, quòd Partes ſimilares ſenſu prædita, proprium ſint Doloris ac Voluptatis ſubiectum, quærendum porrò erit, de Modo, quo ijſdem Voluptas Dolorq; accidat: & quomodo horum utrumq; in ijs generetur?

82. Idq; ex hoc fundamento ordiendum: Quòd etſi partes ſimilares ſenſu præditæ, ſemper habeant vim, ut alterari queant atq; ſentire: non tamen actu ſemper alterantur: neq; actu ſemper ſentiunt.

83. Et interim dum non alterantur neq; ſentiunt: nō dolent, neq; afficiuntur Voluptate, ſed ſolummodo interim, dum actu ipſo alterantur & ſentiunt.

84. Alterationes partium ſimilarium, aliæ ſunt leves parvæq;, & quæ paulatim ſenſimq; fiunt: & tales neq; Dolorem, neq; Voluptatem evidenter efficiunt, ut dum tangis lignum, vides hominem, guſtas aquam.

85. Quædam magnæ ſunt, vehementes, & quæ ſubitò fiunt: ac tales ſunt Doloris & Voluptatis effectrices.

86. Earundem verò aliæ tales ſunt, quibus pars alteratur è naturali ſtatu, & in præternaturalem mutatur, cuiuſmodi dolorem efficiunt: aliæ his contraria ſunt, quibus efficitur voluptas.

87. Hoc

87. *Hoc expreßit Plato in Timæo, paulò poſt mediam eius Dialogi partem, ubi agit de Voluptate & Dolore, quo loco ſic loquitur:* Τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνόμενον ἀθρόον παρ' ἡμῖν πάθος ἀλγεινόν: τὸ εἰς φύσιν ἀπιὸν πάλιν ἀθρόον ἡδύ: τὸ δὲ ἐναντίον τούτοις, ἐναντίως: *Id eſt, Paßio, quæ in nobis fit præter naturam, violenter & ſubitò ad naturalem ſtatum redit, eſt iocunda: quæ alterationes hiſce ſunt contrariæ, contrario modò ſe habent.*

88. *Eandem Platonis ſententiam citat Galenus initio cap. 6. lib. 1. de Cauſ. Sympt. & ultimam eius clauſulam, explicat per* τὸ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἀναίσθητον: *i. quæ alteratio paulatim ſenſimq; fit, non habet Voluptatis, nec Doloris ſenſum.*

89. *Eadem eſt ſententia verborum Hippocratis, in libro de Loc. in Hom. non multùm ante finem, quæ ita habent:* τοῖς τὴν φύσιν διαλλαττομένοισιν καὶ διαφθειρομένοισιν, αἱ ὀδύναι γίγνονται. *Id eſt. Dolores fiunt interim dum Natura partium alteratur, ſimul & corrumpitur.*

90. *Vt hæc rectè intelligas, obſerva omnes differentias combinationum, tùm receſſus à ſtatu naturali ad præternaturalem: tùm reditus à præternaturali, ad eum, qui eſt ſecundùm naturam, in omnibus vera eſſe comperies, ea quæ à Platone, Hippocrate, & Galeno hîc dicuntur.*

91. *Aut enim pars, ut ſubitò è ſtatu naturali recedit, ita ſubitò ad naturalem redit: & huiuſmodi combinationis ſi exempla inveniantur, comperies receſſum eſſe dolorificum, reditum autem iocundum, & cum voluptate coniunctum.*

92. Aut

92. *Aut ſenſim recedunt partes à ſtatu Naturali, in eum qui eſt præter naturam, ſenſimq́ ac paulatim redeunt: & hic tàm Receſſus quàm Reditus ad naturam, Dolore ſimul & Voluptate caret. Exempli gratiâ, ſi quis ſenſim ambulando in laßitudinem cadat: eamq́ ſola quiete curet.*

93. *Aut Receſſus fit ſubitò, uti cùm quis vulneratur: reditus per curationem fit ſenſim, atq́ hic vides receſſum dolorificum eſſe, reditum voluptate carere.*

94. *Aut deniq́ Receſſus à Naturali ſtatu fit ſenſim, & proinde caret dolore, ut ſi quis longo labore ſenſim fatigatus, in laßitudinem, famem ſitimq́ incidat: quos affectus ſi Balneo aquæ tepidæ, iucundo cibo & potione affatim ſedaueris, magnā voluptatē ſenties, quòd reditus ad Naturalem ſtatum ſubitò fiat. Idemq́ cōtingit in omnibus ſimilibus.*

95. *Simile quid in Animi Voluptatibus, atq́ Doloribus accidit: nam magnæ honorum fortunarumq́ mutationes, ad bonum facta, Voluptatem: ad malum, Dolorem animi efficiunt: unde dixit Cicero: Nihil eſt miſerius, quàm ex beato miſer, nimirùm ſi hoc ſubitò fiat.*

96. *Nec repugnāt hiſce, quæ docet Galen. 12. Meth. 7. experientiaq́ teſtatur: Si quis manus vehementer refrigeratas, ſubitò excaleſecerit, ingentem Dolorem circa unguium radicem ſentire.*

97. *Cuius rei rationem, non ut Valeriola, vir aliàs doctißimus, lib 2. Enarrat. 2. ænigmaticè, ſed apertè nos talem eſſe dicimus: Quòd non fiat hic ſubitus Reditus è Præternaturali in Naturalem: nam diu dolent iȷ, quibus hoc accidit: longeq́ citiùs Naturalis ſtatus recupe-*

rabitur, cum iucunditate potiùs, quàm cum dolore, ſi mollibus pannis, pelliceiſq; veſtib. modice calefactis, atq; puluinaribus manus refrigeratas involveris.

98. Doloris autem ingentis illius cauſa eſt, Primò quòd ex vehementi Actione calefacientis corporis, per Αντιπερίστασιν *unitur, denſatur, fortiorq; fit frigiditas circa unguium radicem, eodem modo ut aſtu Solis, aquam, pluviam, in grandinem cogi, docuit Ariſtot. lib. 1. Meteororum cap. 12.*

99. Secundò, quòd nimium vehemens calor calefacientis corporis, etiam corruptivè alterat, itaq; pars dolens illinc à frigore denſato, hinc calore immodico vehementiùs alterata, dupliciter corrumpitur. Quæ Ariſt. 8. prob. 15. de eadem quæſtione dicit, nobiſcum conſentiunt, uti etiam quæ à Galeno cap. 8. de inæquali intemperie dicuntur.

Diſputatio V.

De Doloris & Voluptatis eſſentia.

100. Quòd ſi igitur, eo quo diximus modo, Voluptas ac Dolor, in proprio ſubiecto generantur: non difficile erit invenire, quæ ſit utriuſq; eſſentia, quod Tertium erat caput huius Diſputationis; Deinde etiam quæ ſint utriuſq; efficientes cauſæ, quod eiuſdem Diſputationis caput erat Quartum.

101. Prius enim quod attinet, neceſſe eſt Eſſentiam Doloris Voluptatiſq;, conſiſtere penes modum quo partes ſentiunt ſui Alterationem: Si enim eam cum iocunditate

ditate ſentiant, Voluptas eſt; Si cum moleſtia eandem percipiant, eſt Dolor: Si eam aut omninò non ſentiant: aut abſq; iocunditate ac moleſtia ſentiant, tunc nec Dolor eſt, neq; Voluptas.

102. Rectè igitur Veteribus Dolor quidem definitus eſt, Αἴσθησις ἀνιαρά, *i. Senſatio triſtis ſeu moleſta: Voluptas autem,* αἴσθησις προσηνής, *id eſt, ſenſatio iocunda blandaq;, ut dicitur lib. 2. de loc. aff. cap. 2. g.*

De Cauſis Doloris & Voluptatis.

103. De Poſteriore tantò diligentiùs nobis inquirendum, quantò magis eſt in ſcholis controverſa doctrina de Doloris Cauſis: Ad quas explicandas, profitemur nos Cauſarum nomine ſolas intelligere Efficientes, ut Medicis in uſu eſt.

104. Ad eas autem inveniendas, proponenda ſunt ex ijs quæ docuimus, omnia quæ concurrunt ad Dolorem Voluptatemúe efficiendam: ea Argenterius cap. 14. lib. de Cauſ. Morborum, dixit tria eſſe, Quod Alterat, Quod Alteratur, & Alterationis ſenſum: Nos dicimus quatuor eſſe: Quod Alterat, Quod Alteratur, Alterationem, & Alterationis ſenſum.

105. Ex hiſce quatuor, Senſus Alterationis, Cauſa efficiens Doloris aut Voluptatis eſſe non poteſt: nam eſt ipſa eſſentia eorum: Senſus enim iocundus eſt Voluptas, triſtis eſt Dolor.

106. Quod Alteratur, etiam non eſt efficiens Cauſa, ſed ſubiectum utriuſq; eorum, uti diximus.

107. Relinquitur ergò ut efficiens Cauſa Doloris & Voluptatis ſit vel Alteratio ipſa, vel id quod alterat: noſq;

dicimus quòd Alteratio ipſa, Cauſa proxima immediataq́ ſit: quæ alterant autem, ut ſenſuum omnis generis obiecta, ſunt quidem etiam Cauſæ, ſed præcedentes, & quæ non niſi interveniente Alteratione agunt.

108. Hinc rurſus pronunciamus, univerſaliſſimam primamq́ atq; immediatam Cauſam eſſe eam, quam ex Platone & Hippocrate & Galeno antè propoſuimus: Doloris quidem τὸ παρὰ φύσιν καὶ βιαίως γιγνόμενον ἀθρόως παρ' ἡμῖν πάθος: i. Subitam alterationem partis ad corruptionem tendentem: Voluptatis autem τὸ εἰς τὴν φύσιν ἀπιὸν πάλιν ἀθρόον: i. Alterationem, quâ pars ſubitò ad naturalem ſtatum redit.

109. Veniamus ergò nunc ad quartum caput huius Diſputationis, ut particulatim id quod in cauſis Doloris controverſum exiſtit, examinemus: Hinc orſi, quòd cũ Alteratio ſubita è ſtatu naturali tendens ad præternaturalem, ſive ad corruptionem, prima, generaliſſima immediataq́ cauſa ſit Doloris generaliter ſumpti: neceſſe eſt utiq;, eius primas differentias, ſumi ex modis, quo partes ſimilares corruptivè alterari, aut per Alterationem corrumpi poſſunt.

110. Corrumpuntur autem citra controverſiam partes, deſtructione eorum, quibus conſtant: Quot igitur fuerint ea quibus eſſentia partium ſimilarium ſenſu præditarum conſtat: tot erunt differentiæ Alterationis, quæ eas corrumpit, corrumpendoq; Dolorem excitat.

111. Eſſentiam partium ſimilarium docuimus conſtare, ex Element. Calido, Frigido, Humido, Sicco, inter ſe contemperatis & unitis.

112. Itaq; ſive ſola Temperies earum violenter affatimq;

timq́ue deſtruatur: ſive Vnio ſola ſolvatur: ſemper corrumpitur pars ſimilaris: nec proinde abſque moleſtia poteſt huiuſmodi Alterationem ullam ſentire: & multò minùs ambas ſimul, quando coincidunt.

113. Hinc rectè Galenus ad ſcopos curativos ſpectans, generaliſſimam illam à Platone expreſſam Doloris generatim ſumpti cauſam, nempe Alterationem corruptivam, in binas proximas diviſit, & docuit doloris, binas eſſe primas ſpecies, binasq́ue cauſas: Vnam, Intemperiem: Alteram, Solutionem Vnitatis. Videlicet iuxtà id quod ſub finem cap.3.lib.2.Phyſicorum ab Ariſt. dicitur: τὰ μὲν γένη τῶν γενῶν αἴτια: τὰ δὲ καθέκαστα τῶν καθεκάστων. i. Generum cauſæ ſunt Genera, Singularium cauſæ ſunt ſingulares.

114. Quæ binæ rurſus alias particulares cauſas calefacientes, refrigerantes, diſtendentes, contundẽtes, pungentes, urentes frangentes, & ſimiles omnes ſub ſe comprehendunt.

115. Experientia quoque his rationibus ſubſcribit: ſive enim pungas acu, pueri manum, mox clamabit ob dolorem, quem ex ſoluta continuitate percipit. Idem etiam clamabit, ſi nivem aut glaciem, vel diutius in manu tenere coëgeris, vel in ſinum eius inieceris, propter refrigerationem.

116. Conſentit Curatio. Dolorem enim ab unitate ſoluta ortum, curabis per ea quæ uniunt & conſolidãt: eum verò qui à refrigeratione eſt excitatus, per ea quæ calefaciunt.

Diſputatio VI.
Quæ obijci ſoleant Galenicæ doctrinæ de Cauſis Doloris?

117. Hanc Galeni, Hippocratis, & Platonis doctrinam de Cauſis Doloris, Rationi ſimul & Experientiæ conſentientem, ab Auicenna & optimis quibusq; Arabũ approbatam, multi aliter atq; aliter traducunt: quorum plerią; tamen, ut in eo conveniunt, quòd vnam tantùm dicant eſſe cauſam Doloris; Ita deinde, unam illam Cauſam, alij Solutionem continui, alij Intemperiem ſolam eſſe contendunt. Alij ſimpliciter obiectorum Actionem.

118. Qui ſolam unitatis ſolutionem Cauſam Doloris dicunt, Argenterium ducem, ut mihi videtur, ſequũtur: qui cap. 14. lib. de Cauſ. Morb. multa contra Galenum obijcit, concluditq; ſolam unitatis ſolutionem eſſe Doloris Cauſam: nam intemperiem non eſſe dolorificam per ſe, ſed tantùm quatenus ſoluat continuum. Idq; apparere in febricitantibus, quorum multi conqueruntur de æſtu circa præcordia: nec tamen doleant.

119. Addit, Galenum quoq; aliquando, ſolam continui ſolutionem pro Cauſa Doloris ſtatuere; reſpiciens ſcilicet ad id, quod Comment. 3. de Fractur. tex. 3. dicitur ab Hippocrate, quòd videatur omnis Morbus Vlcus eſſe. Item lib. 4. de Simplicib. cap. 2. ubi dicitur Frigidum ulceribus mordax.

120. Nos ad hæc dicimus, Galenum non dicere ſimpliciter, neq; Hippocratem, quòd omnis Morbus ſit ulcus, ſed videri: & confiteri nos cum Galeno, Frigidum Vlceribus incidens, continuum ſoluere: Imò Intemperiem o-

mnem vehementem, poſſe continuum ſoluere, non tamen ſola ea ratione eſſe dolorificam Intemperiem, quatenus continuum ſoluit: ſed per ſe etiam, tanquam eſſentia partium corruptivam.

121. Quòd ſi Intemperies ſola ea ratione eſſet dolorifica, quatenus continuum ſoluit, cur quæſo doloribus capitis, qui ab æſtu ſolis oriuntur, refrigerantia applicaremus, & ijs qui ab ambiente frigido proveniũt, calefacientia? oporteret enim utrobiq; conſolidantia applicare.

122. Addimus etiam, ridiculum eſſe, quod ab Argenterio dicitur, æſtum qui percipitur in febricitantibus circa Thoracem, Dolore carere. ſi enim eſt moleſta ſenſatio, certè adeſt dolor, ipſaq; æſtus perceptio eſt dolor.

123. Andreas Cæſalpinus, Vir doctiſſ. lib. 2. quæſtionum Medicarum, quæſtione 12. cum Argenterio affirmat, ſolam unionis ſolutionem, eſſe Doloris Cauſam: ſed ex alijs fundamentis id probare conatur.

124. Sumit enim tanquam hypotheſin ex libri de ſympt. differentijs cap. 3. a. Dolorem ad ſolum Tactum pertinere. Deinde ex lib. 2. de Localib. Medicam. cap. 1. ſumit itidem, Non quamlibet triſtem ſenſationem eſſe Dolorem: ſed eam tantùm quæ magna ſit & vehemens.

125. Hinc infert, à ſola continui ſolutione oriri dolorem: quia ea ſola in Tactus inſtrumento, poſſit immediatè inſigniter triſtem Alterationem efficere: tamquam ſi ita ratiocinetur: Quod in Tactus inſtrumento, immediatè poteſt inſigniter triſtem Alterationem efficere: id ſolum eſt Doloris Cauſa. Sola verò Continui ſolutio, id poteſt præſtare. Ergò &c.

Digitized by Google

126. Nos reſpondemus, utramq; propoſitionem hîc eſſe falſam: idq; ob falſas hypotheſes. Sumit enim ex Galeno locis citatis, quæ Galenus nequaquam aſſeruit, ut ex lectione eorundem locorum cuiq; apparebit.

127. Contrà verò qui ſolam Intemperiem pro Cauſa Doloris habent, Averrhoem ſequuntur, qui lib.3.Colliget.cap.31. idipſum aſſerit his rationibus.

128. Primùm, Dolor ſolo Tactu percipitur: Ergò à proprio eius obiecto oritur, nempè Intemperie Calida aut Frigida.

129. Secundò, Continui ſolutio non per ſe eſt dolorifica, ſed quatenus introducit qualitatem aliquam Tactu perceptibilem, dolorificamq;.

130. Nos reſpondemus, Primùm, non ſolo Tactu percipi dolorem ac voluptatem, ut antè oſtenſum eſt, ſed omni ſenſu.

131. Secundò, ſi maximè conceſſeris, eos ſolummodo eſſe veros dolores, qui Tactu percipiuntur: non tamen verum eſſe quòd Calidum & Frigidum ſola ſint Tactus obiecta, cùm Tactus etiam percipiat dura, mollia, aſpera, lævia, pungentia, contundentia, ſecantia, & alia, de quibus egit Ariſt.lib.2.de Generat.& Interit.cap.2.

132. Tertiò, Solutionem continui per ſe eſſe dolorificam, quia eſt Natura corruptiva: item quia eo ipſo momento, quo fit, ſimul habet dolorem coniunctum, quod non fieret, ſi dolorificam qualitatem priùs ex ea oriri oporteret.

133. Horatius Augenius de Monte ſacro, Profeſſor Patavinus, vir doctiſſ. planè novam opinionem de Doloris Subiecto & Cauſa Immediata introduxit, quam to-

me

mo 1. Epiſt. Medic. lib. 3. Epiſt. 1. & tomo 3. lib. 11. Epiſt. 33. proponit.

134. *Subiectum Doloris proprium, non vult eſſe partem ſenſu præditam, quæ dolorifico Affectu alteratur, ut nos antè prop. 71. & ſequentib. docuimus, ſed Appetitum: quem poſtea vocat ſenſum Communem. Partem enim Senſitivam, ſentire quidem Actionem Obiecti quatenus agit. Sed Appetitum ſentire Modum Actionis convenientem aut non cõvenientem, id eſt, iucundum, iniucundum, quarum ille eſt Voluptas, hic Dolor.*

135. *Doloris verò Cauſam Immediatam, aſſerit eſſe ſolam Actionem Obiectorum: ita tamen, ut non ſine ſolutione continui eum producat: ut ſolutio continui, illi obtineat rationem cauſæ ſine qua non: vel, ut ille loquitur, ſit conditio Actionis Obiectorum: ita quidem, ut ſi obiecta vehementer agendo continuum ſolvant, fieri Dolorem: aliâs non.*

136. *Non tamen poſſe concedi, quòd eadem continui ſolutio ſit Doloris cauſa Immediata: quia non eſt Obiectum ſenſile. Neq; enim inter propria, neq; inter communia ſenſibilia poſſe continui ſolutionem referri.*

137. *Nos de ſubiecto reſpondemus ex 8. de uſu partiũ cap. 6. f. lib. 7. de Placitis cap. 6. f. & initio cap. 8 eiuſdem libri. Per quas vias apertas liberasq;, influit ex cerebro vis ſenſitiva in ſenſoria: per eaſdem, Anima in Cerebro reſidens, percipit Alterationes fientes in ſenſorijs, iocundas aut iniocundas. Nec proinde fit aut conſiſtit Dolor, in ulla facultate Cerebri: ſed in ſenſorio, quod corruptivè ſubitoq; alteratur: & in eodem fientem Dolorem, conſpicit quaſi ipſa cerebri facultas, perinde ut*

Oculus noſter, videt viſibilia quæ extra ſe ſunt.

138. De Cauſa dicimus, verè affirmari, quòd Actio Obiectorum, omnis Doloris ſit cauſa Efficiens: ſed eandem conſiderari vel in Obiectis ipſis, à quib. proficiſcitur, quo modo non eſt Immediata: Vel in patientibus Senſorijs, & Actionem Obiectorum recipientib. atq; hoc ſecundo modo, ut eſt Immediata cauſa, ita coincidit cum Intemperie & continui ſolutione. Vt enim priùs prop. 110. & ſequentibus dicitur: ſive continuum, ſive temperies partis ſentientis ſubitò deſtruatur: corrumpitur pars, & dolore afficitur.

139. Sed continui ſolutio, eſtné Senſibile quippiam? Reſpondeo, Senſu hic magis opus eſſe quàm Ratione, ut antè prop. 115. & 132. docuimus. Sed neq; Ratio deeſt. Nam ſi obiecta continuum ſolventia, Verbi gratiâ, vulnerantia, ſecantia, ſenſibilia ſunt reſpectu facult. quam obtinent ad vulnerandum ſecandumq;: multò magis ſenſibilis eſt, ipſa earundem Actio, vulneratio ſcilicet aut ſectio: quia omnis Motus, qui ab Agente proficiſcitur in Patiens, magis propriè in patiente conſideratur quàm in Agente. 5. Phyſic. cap. 5. Item, quia τὸ Αἰσθητήριον δεκτικὸν τοῦ Αἰσθητοῦ ἄνευ τῆς ὕλης ἕκαστον: id eſt, Omne Senſorium, ſentiendo ſuſcipit formam ſenſibilis, ſine materia. 3. de Anima cap. 2.

De particularibus Cauſis dolorificis ſecundùm ſingulos ſenſus.

140. Vt certiora firmioraq; ſint, quæ de Cauſis Doloris, Voluptatisq; egimus generatim, ad ſingulos quoq; ſenſus

Digitized by Google

ſenſus veniendum erit, & oſtendendum quòd in iiſdem ſingulis,vera eſſe illa eadem comprobentur.

141. Circa Tactum dolorificæ Cauſæ ſunt,ex iis quæ forinſecùs adveniunt,temperiemq; lædunt,urentia, vehementer refrigerantia: ſive ſeorſim, ſive cum humidis ſiccisq́; coniuncta. Præterea quæ unitatem ſolvunt,ſecando, contundendo, diſtendendo, erodendo, urendo, pungendo,rumpendo,aliisq; modis.

142. Intra corpus exiſtentia,Temperiem lædendo pariunt dolorem, humores calidi, frigidi, acres: Affectus itidem Calidi, Phlegmonoſi,Eryſipelatoſi: flatus craſſi, frigidi: qui etiam poſſunt continuitatem diſtendendo,ut acres humores erodendo,lædere,& moleſtiam exhibere.

143. Guſtus Inſtrumento ex forinſecùs advenientibus moleſti ſunt ſapores acres,amari,valdè ſalſi,acerbi,auſteri: & in ipſa lingua exiſtētes, ſapores humorum corruptorum,eorum item quæ eructando percipiuntur, fumoſa,acida,virulenta,piſcolenta,& ſimilia.

144. Olfactui moleſtiam afferūt odores, qui ab iam commemoratis ſuccis ſaporibusq́; evaporant: præterea quicunq; à rebus putridis fœtidisq́;,in corpore,aut extra corpus exiſtentibus ad ipſius Senſorium penetrant.

145. Auditui moleſti ſunt Strepitus magni, Sonitus aſperi ac vehementes,Voces itidem aſperæ & magnæ,& quæ hiſce ſunt ſimilia.

146. Viſui dolorem afferunt, quæ vehementer ſplendent, ſimul & albicant, ut lumen ſolis: item quæ ſunt albiſſima aut nigerrima,tenebræ profundæ, & quæ talia ſunt.

147. Volu-

Digitized by Google

147. *Voluptatem è contrà ſingulis ſenſibus afferunt, obiecta quæ ſingula ſenſoria, contrario modo quàm dolorifica quæq; cauſæ faciant, ſubitò alterare poſſunt.*

Diſputatio VII.

De Appetitus læſionibus, eorumq́; Cauſis.

148. *Supereſt adhuc una Actio ſenſitiva, ex Tactus genere quodam exquiſitiſſimo cōſtans, qua ventriculus, præſertimq; illius Orificium, cum quadam moleſtia percipit ſuctum Venarum, trahentium ex ipſo alimentum, ſimulq́; irritat animal ad edendum bibendumq́;, ut eadem moleſtia ſedetur. hic cap. 7. e.*

149. *Eadem hæc* αἴσθησις τῆς ἐνδείας ἐξορμῶσα τὰ ζῶα πρὸς τὴν ἐδωδὴν καὶ πόσιν, *id eſt, Tactu facta perceptio, ſenſusq́; deficientis alimenti, incitans animalia ad edendum bibendumq́;, Græcè* ὄρεξις, *Latinè Appetitus dicitur: ſicciq́; Alimenti ratione fames, reſpectu humidi ſitis vocatur: & tribus modis poteſt lædi: ſiquidem aboleri, aut debilitari aut depravari poteſt. Abolitum Appetitum,* Ἀνορεξίαν, *Debilem,* Δυσορεξίαν, *Depravatū,* μοχθηρὰν ὄρεξιν *vocat Galen. hîc cap. 7. d.*

150. *Ad cauſas autem cognoſcendas propter quas aboleatur aut debilitetur* ὄρεξις, *præſcire oportet modum, quo eadem ſecundùm naturam fiat? Qui talis eſt: Omnes corporis noſtri partes,* διὰ τὴν ὅλης οὐσίας αὐτῶν ῥύσιν, ἐκ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀποτελουμένην, *i. propter fluorem ſubſtantiæ à proprio calore factum, indigent, ut*

quod

quod ſubinde diffluit, per Alimentum compenſetur. 1. de tuend. ſanit. cap. 2.

151. Compenſatio hæc vocatur Nutritio. Cuius neceſſitatem hæc Cauſarum ſeries infert. Primò fit κένωσις, id eſt, Vacuatio partium ob ſubſtantiæ diffluxum. Secundò ὄρεξις ἡ φυσικὴ, id eſt, Perceptio diffluxus & neceſſitatis alimenti, quam pars inanita ſentit, ſenſu Naturali, non Animali. Tertiò μύζησις τῆς κοιλίας, id eſt, Suctus ex Ventriculo per venas, quæ, tractrice partium inanitarum facultate naturali, irritantur ad trahendũ alimentum. Quartò αἴσθησις τῆς μυζήσεως, id eſt, Suctus huius per Venas facti perceptio, Animali ſenſu Tactus exquiſitiſſ. in ventriculo cõſtans. Quintò ὄρεξις ἡ ψυχικὴ, id eſt, Appetitus Animalis, Fames ſcilicet atque Sitis, irritantes ad edendum bibendumque. hic cap. 7. e.

152. Quibus ita ſe habentibus, neceſſe eſt aboleri quidem Appetitũ, ἢ τῷ τὴν αἴσθησιν ἀπολωλεκέναι τῆς βλάψεως, ἢ τῷ μὴ γίνεσθαι τὴν βλάψιν, ἢ τῷ μὴ κενοῦσθαι τὸ σῶμα: id eſt, aut propterea quòd Ventriculus, Venas ex ipſo ſugentes Alimentum, non ſentit: aut quia Venæ ipſæ non ſugant, neque à tractrice facultate naturali ad ſugendum trahendumque irritentur: aut denique quia corpus non vacuetur. ibid.

153. Præter haſce Cauſas, poteſt ſitis etiam aboleri ἐπειδὰν μηδ᾽ ὅλως δέηται τὸ σῶμα δι᾽ ὑπερβάλλουσαν ὑγρότητα καὶ ψύξιν: id eſt, quia corpus potu non eget, ob abundantem humiditatem, aut frigus. ibid. h. Et à quibus cauſis fortioribus Appetitus aboletur, ab iiſdem mitioribus debilitatur. ibid. f.

154. Depravatur verò Appetitus, Primùm ratione quan-

quantitatis, quādo nimij cibi appetuntur, ut in Affectu, qui κυνώδης ὄρεξις, i. Canina fames, itemq; Βούλιμος, i. fames ingens nuncupatur. Deinde ratione qualitatis, quando cibi appetuntur pravæ qualitatis, ut in affectu qui κίττα, i. Pica dicitur. hîc cap. 7. e. f. g.

155. Communis autem magis eſuriendi cauſa, eſt ψύξις κατὰ τὴν γαστέρα: i. Refrigeratio partium circa Ventrem, quæ contrahēdo vacua quaſi ſpacia, & Venarum, ſuctui quid ſimile efficit. Minùs eſuriendi, Calor earundem partium cauſa exiſtit. ibidem.

156. Particulatim verò Caninam famem efficit κακοχυμία τὶς ὀξώδης: i. Acida quædam Cacochymia, lancinans mordicansq; Ventriculum. Præterea σύμπαν τὸ σῶμα ἀμέτρως διαφορούμενον: id eſt, Immodica Corporis inanitio, facta aut Caloris robore, aut Retentricis Imbecillitate. Et quæ Canina fames, ex Cacochymia ortum habet, cum frequentibus alvi deiectionibus coniuncta eſt: in altera fit alimenti in Corpus diſtributio. ibidem.

157. Vehementioris ſitis Cauſa ſunt, ſalſus bilioſusq; humor Ventriculum occupās: Ventriculi humiditas nimium incaleſcens: Affectus Ventriculi, præſertimq; ſuperioris eius orificij, aut Hepatis, aut ieiuni Inteſtini, Calidus Siccusq;: Dipſadis ſerpentis eſus: Potio Vini, in quo Dipſades Viperæ ſuffocatæ fuerunt: Potio Vini veteris generoſi: Potus Aquæ Marinæ: Febris ardens, & ſimiles. ibidem. præterea 2. de Loc. Affect. cap. 9. d d. item lib. 6. cap. 3. d d.

158. Βουλίμου Vox, famem ingentem ſignificat, teſte Tralliano l. 7. cap. 4. & 7. Aph. 21. dicitur eſſe κατάπτωσις

δυνά-

δυνάμεως ἀπὸ τῆς ψύξεως, ἀρξάμενος ἀπὸ πείνης, ἐκ ἔτι ἔχων αὐτὴν συνοῦσαν: id eſt, Virium deiectio à frigore, quæ à fame incipit, non tamen eam ampliùs coniunctam obtinet.

159. Eius Cauſa dicuntur hîc eſſe Ενδεια, Ατονία, *κατάψυξις: i. Indigentia, Imbecillitas, Refrigeratio. Nam Refrigeratio diſſipans facit Indigentiam, quam ſequitur Imbecillitas. 6. de Loc. Aff. cap. 3. c. Eodem ſenſu dicitur, ἐπὶ ταχείας διαφορήσεως ἄρχεσθαι, i. Originem ducere à celeri diſſipatione Corporis. Vide etiam lib. 5. de ſimpl Medic. cap. 5 g. & 1. ad Glauconem cap. 14. e. Vide noſtras Diſput. Anni 1613. Theſ 145. & ſequentibus.*

160. Pica ferè prægnantibus mulieribus evenit, quæ, vitioſis ſuccis abundant, uſq; ad tertium quartúmve menſem, ob vitioſum ſuccũ tunicis Ventriculi inhærentem. Viris quoq; aliquando accidit, ob ſimilem ſuccum orificio Ventriculi eorum infuſum. hîc cap. 7. g. h.

De alijs ſympt. quibus obnoxium eſt appetendi Inſtrumentum, eorumq́ue Cauſis.

161. Superius Orificiũ Ventriculi, primariũ eſſe Appetitus Inſtrumentũ, oſtendimus, & munere ſuo fungi, exquiſitiſſ. quadam tangendi facultate. Eiuſdem verò huius exquiſitiſſimi ſenſus ratione, contingit illi ut alijs quoq; ſymptomatibus ſit obnoxium, partim per Ιδιοπάθειαν, *partim per συμπάθειαν, quæ in eius cõſenſum trahuntur Cor per Arteriam magnam, & Cerebrum per nervos ſextæ coniugationis. hîc cap. 7. d. a. b. c.*

162. Per

162. Per ἰδιοπάθειαν contingunt Orificio Ventriculi καρδιαλγίαι καὶ δήξεις, id eſt, Cardialgiæ & Mordicationes: quæ propter acres humores eum mordicantes, & irritantes eveniunt. hic cap.7.d.a. Eſt autem Cardialgia aliquid maius quàm Mordicatio, quamvis utrumq; à ſimili cauſa contingat. 2. de Placit. cap. 8. a. item 4. Aph.17. & 2. de Aliment. facult. 24.

163. Quatenus Orificium Ventriculi in ſuum conſenſum trahit Cor: cauſa eſt ut καρδιακαὶ συγκοπαὶ, ἀσφυξίαι, μικροσφυξίαι, κακοσφυξίαι, id eſt, Cardiacæ Syncopæ, aboliti, debiles atq; pravi pulſus conſequantur. Quatenus verò Cerebro Affectum ſuum communicat, efficit Epilepſias, Caros, Comata, Catalepſes, Delíria Melancholica. Vtrorumq; ratione deniq; Apnœas atq; Dyſpnœas producit. ibid. cap.7.a.b.c.

164. Eorundem horum Symptomatum cauſæ, in Orificio Ventriculi conſiſtentes, ſunt: I. Senſus exquiſitiſſ. II. Vehemens Refrigeratio. III. Pituita valdè frigida. IV. Spiritus flatuoſus valdè frigidus. V. Cibus, Potus, Pharmaca valdè frigida. Quæ omnia quantò fuerint maiora, tantò magis vehementia Symptomata poſſunt inducere. ibid. b.c.

165. Quibus cauſis ſi Cerebri, Cordis, Nervorum, Arteriarumq; imbecillitas acceſſerit, tantò faciliùs in conſenſum Ventriculi trahentur: & quidem tantò magis, quantò maior fuerit cuiusq; horum debilitas. ibidem.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio IIX.

De primi Senſorij Affectibus, quibus Senſuum Actiones læduntur.

166. Hactenus de Cauſis ſympt. penes ſingulorum Senſuum functiones læſas conſiſtentium egimus. Item de Cauſis Doloris, qui in omnes ſenſus cadit. Tertiò de Cauſis Sympt. quibus obnoxium eſt Appetitus Inſtrumentum. Supereſt ut de ijs Symptomatibus agamus, quibus affici ſolet τὸ πρῶτον Αἰσθητικὸν ἢ τὸ κατάρχον τῶν Αἰσθητικῶν Ὀργάνων: id eſt, quod primò ſentit, aut quod ſenſoria ſuo imperio continet: Vel, ut loquitur Ariſt. in lib. de Senſu & Vigilia, τὸ πρῶτον Αἰσθητήριον, id eſt, primum Senſorium: Propterea quòd ex eiuſdem huius primi ſenſorij Affectu, Senſuum quoq; Actiones lædi contingat.

167. Idem verò primum ſenſorium pars Corporis noſtri eſt, in quam omnes ſenſus conveniunt, & ex qua ſenſoria reliqua omnia, tanquam ex fonte recipiũt Vim ſenſitivam. Hanc Ariſtot. eſſe putavit Cor: nos cum Galen. Hipp. & Platone dicimus eſſe Cerebrum, Argumenta, à nobis, in prima diſput. de facult. Animæ prop. 45. & ſequentibus ſunt propoſita.

168. Eiuſdem duplices ſunt Actiones. Aliquæ enim in ipſius ſubſtantia perficiuntur, imaginandi, ratiocinandi, recordandi. Alias edit Cerebrum, extra ſuam ſubſtantiam, per Senſuum Motusq; Inſtrumenta, largiendo ipſis facultatem Senſificam & Motricem: Hic

de Senſitivis agendum, de alijs in ſequentibus diſſeremus.

169. Vt autem intelligamus ex quibus affectibus primi Senſorij functiones ſenſitivæ lædantur: præſcire oportet, quòd Senſoria ſecundùm Naturam, ſemper quidem obtineant vim ſenſitivam, non tamen ſemper ſentiant: ut in ſomno.

170. Cæterùm ſicuti naturales moderatiq; ſomni & vigiliæ, ipſi primo Senſorio, ſingulorumq; ſenſuum Inſtrumentis, familiares ſunt & utiles: Ita Immoderati Somni atq; Vigiliæ Senſuum Actiones abolere, debilitare & depravare poſſunt.

171. Quæ cùm ita ſint, à quibus Moderatis Cauſis, Moderati Somni Vigiliæq; conciliantur, ab ijſdem Immoderatis oriuntur Vigiliæ & Somni Immoderati: quales in Phreneticis, Lethargo, Caro, Comate, & ſimilibus Affectibus apparent.

172. Et quia conſtat Somnos naturales conciliari, ex ijs quæ Cerebrum largo humore perfundunt (præſertim quando ex longo labore fatigatum eſt) qualia ſunt, Cibus humidus, Vini potio, Balneum tepidum, & ſimilia: Idcircò ab ijs quæ immodicè humectant atq; refrigerant, Somnos Lethargicos, Caroſos & Comatoſos oriri neceſſe eſt.

173. Contrà verò, ab ijs quæ Cerebrum nimis exſiccant aut calefaciunt, Vigiliæ Immoderatæ naſcuntur: Cuiuſmodi ſunt Paroxyſmi febriles, Membranarum Cerebri Inflammationes, Calidi & Acres humores in ijſdem Membranis exiſtentes, & ſimiles.

174. Co-

Digitized by Google

174. *Copioſiùs autem de Cauſis Somni ſimul & Vigiliæ, tàm naturalis, quàm præternaturalis, egimus in Diſput. Anni 1610. Theſi 27. & ſequentibus, ad quem locum te remittimus.*

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

Digitized by Google

TERTIÆ PARTIS PATHOLOGIAE CAPVT III.

De Cauſis Symptomatum, penes læſas actiones motrices, ac principes conſiſtentium.

Ex Diexodica enarratione Libri II. de Sympt. Cauſ. excerptum, digeſtumq; in Theſes, menſtruis Diſputationibus Anni 1606. dicatum.

Ad Illuſt. & Generoſos D D. Firleos, D. Joan. & D. Andream, Barones de Dambrovvi-za, D D. in Coczko, Woicza, Kozin, Holubi, &c.

Reſpondentibus,

D. Friderico Pierio Frācofurt. March. Vrbani F.
D. Samuele Schilling, Frācoſteinenſi
D. Andrea Perſteinio, Bilicenſi
D. Joanne Fleyſcher, Vratislavienſi } Sileſijs.
D. M. Gallo Luckio, Argentinenſi.
D. M. Joanne Remmelino, Vlmenſi.
D. Benedicto Coccio, Baſileenſi.
D. Joh. Balthaſaro Schonholzero, Gaunodurēſi.

Diſpu-

Diſputatio I.

Argumentum harum huius Anni Diſputationum.

THESIS I.

VT ſuperioris Anni diſputationibus tertiæ partis Pathologiæ Caput ſecundum, præcipuè ex libro primo de Cauſis ſympt. enarrantes, egimus de Cauſis læſarum Actionum Senſitivarum: Ita in ſequentis huius Anni diſput. ductum ſequuti, ſecundi eiuſdem operis libri, de Cauſis læſarum Actionum Motricum ac Principum diſſeremus: ex alijs Galeni libris, quæ hic deſiderantur, ſupplentes.

2. Et quamvis de læſo Motu Voluntario, præcipuus huius ſit diſput. ſcopus: tamē propter cognationē, quam habent quidam Motus Naturales, cum Voluntarijs (in eo ſcilicet quòd fiunt ſenſibiliter, cum quadam loci mutatione) Idcircò Naturales quoſdam etiam attingere oportuit, & ſenſus quoq; Aboliti atq; Imminuti mentionē facere, eò quòd cum Abolito Imminutoq; motu perſæpè coniungantur. hîc 1. cap. c. item initio cap 2. & cap. 6 g.

3. Sunt igitur læſi Motus, de quorum Cauſis hoc anno diſputabimus, in univerſum hi: Ἀποπληξία, Παράλυσις, Νάρκη, Τρόμος, Σπασμὸς, Τρυσμὸς, Βῆχες, Ῥῖγος, Φρίκη, Λυγμὸς, Ἐρύγαι, Πταρμοὶ, Σκορδινησμοὶ, Χάσμαι: *i. Apoplexia, Paralyſis, Stupor, Tremor, Convulſio, Stridor den-*

tium, Tuſsis, Rigor, Horror, Singultus, Ructus, Sternutatio, Pandiculatio, Oſcitatio: quibus adijciuntur κόπος καὶ κνησμός: *i. Laſsitudo & pruritus: præterea Motus Caloris, Spiritus & Humorum.*

4. Vt verò in hoc omnes hi Motus conveniunt, quòd ſunt πλημμελεῖς κινήσεις, *i. Motus Pravi: ita rurſus differunt partim ratione Actionum, quibus tanquam genere continentur; partim ratione Cauſæ Effectricis, à qua producuntur.*

5. Actionis genere differunt, quòd eorum alij ſint Actiones ac Motus Voluntarij læſi, ut Apoplexia, Paralyſis, Convulſio, Stupor, Tremor, Tuſsis, Sternutatio. Alij ſunt Motus planè Naturales, ut Singultus, Palpitatio, Humorum Calorisq; motus. Alij mixti ex Naturali & Voluntario, ut Ructus, Oſcitatio, Pandiculatio, Rigor, Horror, & ſimiles.

6. Cauſæ Effectricis ratione differunt, quòd horũ aliqui νοσώδεσιν διαθέσεσιν ἕπεται, οὐδὲν εἰς γένεσιν αὐτῶν συμπραττούσης φύσεως: *i. ſola vi Cauſæ Morbificæ fiunt, nulla ex facult. Anim. gubernantib. cooperante: Vt Convulſio, Aboliti Apoplecticorũ & Paralyt. Motus. hîc c. 1. & c. 2. f. item initio c. 8. libri de Rigore convulſ. Alij à ſola facultate aliqua eduntur, quamvis Cauſa morbifica irritaverit, ut Tuſsis, Sternutatio, Singultus, Rigor, Horror, Pandiculatio, Oſcitatio. Alij deniq; fiunt utriſq; ſimul cooperantibus, ut tremor & motus incipientium & cõvaleſcentium paralyticorum. ibid.*

7. De huiuſmodi Motibus autem ita deinceps diſſeremus, ut Eſſentiam Cauſasq; ſingulorum explicemus, ſecundùm eum ordinem, qui à Galeno obſervatur. Ordie-

murq́; à Voluntarijs, qui aliquando ſoli, aliquando unà cum ſenſu læduntur, ut prop 42. diſput. anni ſuperioris apparet, ſive aboleantur, ut in Apoplexia, Paralyſi: ſive debilitentur, ut in Stupore: ſive depraventur, ut in Convulſionibus.

De Apoplexia.

8. Ἀποπληξία, Apoplexia dicitur ἀπὸ τοῦ ἀποπλήττειν, quod cadere ſignificat: ut & ἀπόπληκτος, qui veluti caſus eſt: ſumpta appellatione à victimis, quæ olim ante aras Deorum, iuxtà ſpinæ initium cæſæ, cadebant ſine ſenſu & motu. Hinc etiam Morbus Attonitus, & Sideratio nuncupatur.

9. Hæc quomodo cognoſcere, & à Paralyſi diſtinguere oporteat, docet Gal. initio c. 10 l 3. de Loc. Aff. his verbis: πάντων τῶν νεύρων ἔργα ἀπολεσάντων αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν, Ἀποπληξία τὸ πάθος ὀνομάζεται. Κατὰ δὲ θάτερον δὲ μόριον ἢν συμβαίνει τοῦτο, παράλυσις καλεῖται, τοῦ μορίου ἐκείνου δηλονότι, καθ' ὃ συνέστη. i. Cùm omnium Nervorũ functio Senſitiva ſimul ac Motrix interierit: tunc vocatur Affectus ille Apoplexia. Quòd ſi in altero latere tantùm idipſum contigerit, Paralyſis dicitur, eiuſdem ſcilicet lateris aut partis, cui hoc accidit.

10. Et quamvis in omni Apoplexia, illa quæ iam propoſita ſunt Symptomata appareant: ſemperq́; ſit Abolitio Motus ac Senſus, ſola Reſpiratione conſervata Ratio tamen docuit, binas eius eſſe differẽtias: parte affecta & Effectrice cauſa differentes: quarũ una frequẽs & paſſim nota: de qua ſola Gal. hîc, & 3. de Loc. Affect. cap. 10. agit.

11 *Altera rara eſt, de qua Hipp. 4. de Victu Acutorum, text. 23. ita loquitur:* Τὸ ἀφονόν τινα ἐξαίφνης γενέσθαι, φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσιν, ἢν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς. *i. Si quis derepente obmuteſcat, Venarũ Interceptiones officiunt, ſi ſano homini id, absq; evidenti ac forti cauſa contingat.*

12. *Quæ verba, Galenus & in Cõmentario iam citato, & in lib. de cauſ. Morb. cap. 3. h. interpretatur, aſſeritq; Hipp. voluiſſe, ob nimiam ſanguinis copiam, Venas Arteriasq; (quas veteres omnes* φλέβας *vocârint) ita repleri quandoq;, earumq; orificia ad cutem pertingentia obſtrui, ut ꝓhibita eventillatione, color nativus ſubitò opprimatur: unde Cari, Comata, & Apoplexiæ oriãtur: quæ omnia illic* Ἀφονίας *nomine Hipp. intellexit, & ſubitâ venæ ſectione iuvari docuit. Aëtius tetrab. 2. ſerm 2. c. 4. Exemplũ habet iuvenis ita correpti, qui ſuperveniente hæmorrhagia per nares, fuit curatus. Experientia etiam teſtatur quibuſdam Apoplecticis hæmorrhagias per nares ſuperveniſſe.*

13. *De utraq;, præſertimq; de communi illa atq; frequenti cognoſcendũ eſt: Quæ pars in ea afficiatur? Qualiter & à quo Affectu afficiatur? Quæ item ſint illarũ principalia Accidentia, & eorum Cauſæ.*

14. *Etſi verò in Apoplexia omni, totius corporis partes, ſuo quodã modo affectæ ſint, ut quæ nec moveri nec ſentire queant: tamen eam partem quærere hîc oportet, quæ primò afficitur, & ex cuius affectu reliquæ omnes motu ſenſuq; privantur. Hanc neceſſe eſt Cerebrum eſſe: Quia in Apoplexia Intellectus, Senſus ac Motus ſimul aboliti ſunt: non poteſt autem lædi ulla functio, niſi ex eius*

rius partis affectu, à qua editur. 1. de loc. affect. cap. 2 Vide quæ in eandem ſent: dicuntur hic cap 2. d. cap. 5. libri præcedentis, cap. 8. g. Item 3. de loc. Aff. cap. 6 g. h. cap. 7. eee. cap. 10. c. d. e.

15. Subſcribit hiſce Experientia; ipſo vſu medendi comprobata, qua conſtat probatiſſimos quoſq; Medicos, & in Apoplexia, & cæteris Affectibus, quibus Animæ Rationalis functiones læduntur, Remedia cũ felici ſucceſſu capiti applicare. 1. de Cauſ. ſympt. cap. 8. f. item 3. de Loc. Affect cap. 5. e. f. cap. 6. g. h.

16. In rara quoq; illa Apoplexia, quam Ἀπόληψις φλέϐων efficit, etſi cauſa Principalis, conſiſtit, penes Repletionem omnium Venarum & Arteriarum: tamen neceſſe eſt Sinus Cerebri, qui Venarum Arteriarumq; munere funguntur, etiam nimium repleri: eaq; repletione ſuffocari nativum cerebri calorem: ſive aliquid huiuſmodi ſuperflui, in ipſius Ventriculos influat: ſive non.

17. Quoniam verò Cerebrum in omni Apoplexia afficitur, quærere ſolent porrò, núm ſecundùm ſe totum, vel ſecundùm unam aliquam partem afficiatur? Hæc quæſtio etſi ad curationem minimè neceſſaria ſit, ut dicitur 3. de Loc. Affect. cap. 7. c. d. tamen de ea pronunciandum eſt, quòd Ventriculi illius, potiſſimumq; poſtremus & medius afficiantur, ut loco citato apparet: præterea cap. 7. huius libri: item 8. de uſu partium, cap. 10. item 2. de Placitis, cap. 4. & 3. eiuſdem operis cap. 6. aliisq; multis locis oſtenditur: nimirum quòd compreſſis, aut vulneratis iiſdem, Animal cadat, ſine ſenſu & motu.

18. Quod etſi ita ſit, non tamen oportet exiſtimare, reliquum Cerebri Corpus omni labe carere, ſed potiùs

quòd ex Cerebri totius Affectu, malum tandem in ipſius ventriculos irrumpat: quo ſenſu dicitur 4. de Loc. Aff. cap. 2. d d. in Apoplexia magis Cerebri Corpus, minùs Ventriculos: contrà in Epilepſia magis ventriculos affici quàm Corpus ipſius Cerebri, his verbis: Ἐν μὲν τοῖς κάροις ἢ ἐπιληψίαις, αἱ κοιλίαι μὲν μᾶλλον, ἧττον δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἐγκεφάλου πάσχειν εἴωθεν. ἐν δὲ ταῖς ἀποπληξίαις μᾶλλον τὸ σῶμα.

19. Sed à quo affectu, aut qua cauſa oriuntur Apoplectica Symptomata? Reſpondeo: Reſpectu Ventriculorum Cerebri, (à quorum affectu Apolexia immediatè ſequitur) eſſe obſtructionem. Reſpectu Corporis Cerebri, eſſe frigidam Intemperiem, à qua materia obſtruendis Ventriculis idonea generatur. Hinc Galen: aliquando ad Corpus Cerebri ſpectans, Intemperiē frigidam: aliquando reſpiciens ad Ventriculos, Obſtructionem Apoplexiæ cauſam conſtituit, ut oſtendemus.

20. Hoc ipſum intelligendum de Apoplexia communi: quam enim efficit Ἀπόληψις τῶν φλεβῶν, cauſam habet omnimodam repletionem Venarum & Arteriarum, ut prop. 16. antè dictum eſt. Et poteſt tamen ex Sinibus Cerebri nimiùm repletis, aliquid ſanguinis in ventriculos irrumpere, & obſtructionem facere. Quòd ſi ex vehementi plaga, percuſſione aut caſu, quis Apoplecticus cadat, ut dicitur 7. Aph. 14. initio cap. 5. de uſu Reſpirat. & 3. de Placit. cap. 6. nihil prohibet, quin ipſo ictu fiat obſtructio, ventriculis cōpreſſis, aut cōmotis cò humoribus.

21. Frigidam Cerebri Intemperiem, dicit Galenus, eſſe Apoplexiæ cauſam, in lib. de Cauſ. Morb. cap. 3. g. item 3. de Loc. Aff. cap. 7. eee. his verbis: τὰ εἰς κατάπτωσιν ἀναί-

ϑητον

ϑντον ἄγοντα, χωρὶς κινήσεως σπασμώδους ἢ παλμώδους, ἐπὶ καταψύξει γίγνεται σφοδρᾷ: *qui cadunt ſine ſenſu, & carent motu convulſivo aut palpitante, à vehementi refrigeratione id patiuntur. Idem dicitur 4. de Loc. Aff. 8. cap. 2. dd. aliiſq; locis.*

22. Obſtructionis Ventriculorum mentionem facit 3. de Loc. Aff. loco iam citato, his verbis: ἡ ἀποπληξία διὰ τὴν ἐξαίφνης γένεσιν, ἐνδείκνυται ψυχρὸν χυμὸν, ἢ παχὺν ἢ γλισχρὸν ἀθρόως πληρῶντα τὰς κυριωτέρας τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κοιλίων, οὐ κατὰ δυσκρασίαν ὅλης τῆς οὐσίας αὐτοῦ γίγνεσθαι. *i. Apoplexia ob ſubitam invaſionem, ſignificat ortus ſui cauſam eſſe frigidum humorem, craſſum aut viſcidum, ſubitò replentem principaliores cerebri ventriculos, non verò eiuſdem cerebri Intemperiem. Idem dicitur hîc cap. 7. b. Item 2. Aph. 42. 45. ubi à phlegmonoſo quoq; Affectu obſtructionem fieri poſſe docet.*

23. Dum verò à craſſo humore obſtruente Ventriculos Cerebri, Apoplexia oriri dicitur: non intelligendum, quòd idem humor ſubitò generetur: ſed quòd ſenſim ob intemperiem generatus, ſubitò moveatur, & in vias Spiritus incidat, vi Expultricis aut alio aliquo caſu. Idemq; de Epilepſia etiam ſubintelligendum.

Accidentia Apoplexiæ.

24. Accidit Apoplecticis, ut quamvis omni cæterorum partium motu voluntario priventur, tamen reſpirent: alii leviùs, alii difficiliùs, prout vehementior aut mitior morbus fuerit. Hinc factum eſt, ut ex Veteribus multi aſſeruerint, Reſpirationem non fieri voluntario motu Thoracis, ſed Pulmonum motu naturali, ut dicit

8. de

8.de Anat. Adminiſt. cap. 2. f. item 2.de motu muſcul. cap 5.6. aliiſq; locis.

25. Ex Recentioribus, Andreas Cæſalpinus, vir doctiſſ. lib.5. Peripatet: quæſtionum 5 docet, quòd perinde ut in ollis bullientibus humor attollitur, inſtillatoq; frigido ſubſidet: ita ebulliente calore Cordis, dilatari pulmones, hauſtoq; aëre frigido poſtmodum ſubſidere ebullientem in corde humorem: atq; ita continuis vicibus fieri Reſpirationem naturaliter. Sed ei ſimul, atque cæteris qui naturali Pulmonum motu, Reſpirationem fieri opinantur, obſtat, quòd in magnis Thoracis vulneribus, ceſſat motus pulmonum, durante motu Thoracis, ut dicitur in libello de Cauſis Reſpirat: Item quòd tali cauſa reſpirationis poſita, non neceſſe foret Apoplecticis deficere Reſpirationem, eoſq; ob illius defectum mori. 5. de Loc. Affect. cap.1. aliiſq; locis.

26. Quomodo igitur, abolito omni motu ac ſenſu, poteſt ſolius Thoracis motus conſtare? Reſpondeo ex iis, quæ lib.2.de Motu Muſcul. cap. 4. 5. 6. item 2. Aph.42. copioſè diſputantur: Voluntariarum Actionum quaſdam eſſe liberas, à libero noſtro Arbitrio prodeuntes. Quaſdam per ſe quidem eſſe voluntarias, ſed tamen devinctas naturali alicui alteri actioni. Et ut priores pro arbitrio noſtro, poſſunt fieri, aut non fieri: ita poſteriores Naturæ neceſſitati obedire coguntur.

27. Exempli gratiâ. Qui ſanus eſt, poteſt ambulare aut non ambulare: quia ambulatio eſt Actio voluntaria, eaq; libera. Sphyncterum muſculorum Contractio & Relaxatio, ad Excrementa alui cohibenda aut emittenda, ſunt etiam voluntaria, non libera autem, ſed Na-

tura

turæ neceſsitati ita devincta, ut ſi maximè coneris eoſdem Sphyncteres contrahere, cogeris tamen eos quandoque relaxare.

28. Reſpiratio igitur per ſe, eſt Actio voluntaria, quæ fit Motu Muſculorum: ſed devincta vitali cordis Calori conſervando. Cuius cùm ſit tanta neceſsitas ad vitam, tanta quoq; eſt vis, ut conſervandi ſui causâ, quicquid adhuc ſupereſt motricis facultatis, id totum ad Reſpirationem convertere queat. Abolita autem in univerſum omni facultate movendi, ſimul quoq; perit Motus Thoracis, Reſpiratio, & Vita.

29. Hiſce ſubſcribit, quòd in Apoplexia, omnes Thoracem moventes Muſculi ſimul operentur, non ob Caloris vehementiam excitati: ſed quia eorum vis Motrix tàm debilis eſt, ut vix per omnes præſtari queat, quod priùs ſolum diaphragma efficiebat.

30. Atque hinc etiam fit, ut ex modo læſæ Reſpirationis, Morbi magnitudo appareat. In levi enim Apoplexia, multùm motricis facult: ſupereſt, & Reſpiratio Naturalem modum parùm egreditur, ut quæ, v. g. Diaphragmate & Muſculis intercoſtalibus abſolvatur. Vehementior læſio eſt in ea Reſpiratione, quâ Thorax totus uſq; ad iugulum movetur: & adhuc maior ſi cum ſtertore & violentia fiat. Omnium deniq; peſsima, quæ intermittit. 3. de Loc. Affect. cap. 7. eee. cap. 10. e. lib. 4. eiuſdem operis, cap. 4 f. lib. 5. cap. 1. a. b. lib. 8. de Anat. adminiſt. cap. 2. f g.

31. Stertor Apoplecticorum autem per ſe, fortis Apoplexiæ indicium eſt. 6. Aph. 51. Nam etſi ſani quoq; multi ſtertant, ut qui vino ſomnoq; ſepulti ſunt: tamen com-

mune

mune eſt omnibus ſtertentibus, ut interim dum ſtertunt, facultas motrix debiliter influat in Muſculos, Reſpirationi ſervientes. Hinc Gal. ſuper Aphoriſmo iam citato dixit, Communem eſſe omnibus ſtertentibus, Ἀῤῥωςίαν τῆς τῶν νεύρων ἐνεργείας, *id eſt, debilitatem functionis Nervorum.*

32. Hyſterica mulieres, & qui animi deliquio comprehenduntur, motum debilem habent, & Reſpirationem propè nullam: Carent tamen ſtertore, quia Calor eorum ita eſt oppreſſus, ut attracto per Reſpirationem ſpiritu, non admodū egeant. Apoplectici verò, & quicunque ſtertunt, Calorem integrum obtinent in corde, egentem copioſo ſpiritu, qui dum attrahitur difficulter reſpirando, ſonitum ſtertentium edit. Vide qua copioſiùs, & ſuper Aphoriſ. iam citato, & 2. de Motu Muſculorum cap. 4. a. diſputantur.

Diſputatio II.

De Paralyſi.

33. Paralyſis, ἀπὸ τοῦ παραλύειν, *i. à reſoluendo, eneruando, & ea qua intenta ſolidaq;, mollia flaccidaq; & admodum inepta efficiendo, nuncupatur. Nam qua ad motum voluntarium apta ſunt, ea ſoliditatem, tenſionem duriciemq; aliquam habere oportet: ut aliis inniti poſſint, quod Ariſt. quoque initio libri de Commun. Animalium motione tradidit.*

34. Eſt autem Affectus, quo Motus amittitur, & unà cum eo ferè etiam Senſus: non quidem in univerſo corpore

pore ſimul, ut per Apoplexiam contingit: quæ tamen hic cap. 2 d. etiam vocatur Paralyſis univerſi corporis : ſed aut in altero totius corporis latere toto: aut certis quibuſdam partibus: pluribus aut paucioribus: in utroq; aut altero latere tantùm, aut una aliqua ſola: prout ea maior aut minor fuerit. Vt antè prop. 9. ex 3. de Loc. Affect. cap. 10. c. d. docuimus.

35. Vtq; meliùs hæc intelligas, lege primùm verba Gal. ex iam citato cap. 10. ſup. prop. 9. à nobis producta: deinde quæ paulò poſt iiſdem ſubiungit, hoc modo : Μάλιστα μὲν ἡ παράλυσις, ἐπὶ τῆς κινήσεως ἀπωλείᾳ λέγεται, τῶν τὴν αἴσθησιν ἀπολωλεκότων μορίων, ἀναισθήτων μὲν εἶναι, παραλελύσθαι δὲ οὐ πάνυ συνήθως λεγομένων. ἤδη μέντοι τινὲς καὶ τοῦτο τὸ πάθημα παράλυσιν αἰσθήσεως ὀνομάζουσιν. *i. Paralyſis maximè dicitur de motu abolito : nam quæ ſolum ſenſum amiſerunt partes, ſenſu carentes quidem vulgò dicuntur : non autem Paralyticæ: quamvis non deſint, qui ſenſum abolitum, vocent paralyſin ſenſus.*

36. Paralyſeos verò quoniam multæ ſunt differentiæ; partim ex diverſitate reſolutarum partium, unde diverſa nomina conſequuntur: V. g. Aphonia, Apnæa, ex Reſolutione Vocem ac Reſpirationem efficientium Muſculorum; Partim ex multitudine, aut paucitate partium reſolutarum differentes, ut prop. 34. modò diximus: Idcirco neceſſe eſt, Partem principaliter affectam, non ubiq; eſſe eandem: Sed aliquando ipſam partem reſolutam : aliquando Nervos: quandoq; ſpinalem medullam: aliquando deniq; Cerebrum cauſam Paralyſeos continere 1. de Loc. Aff. cap. 6. f g. Hac de re vide diſput. Anni ſuperioris propoſ. 52. & ſequentibus.

37. Par-

37. *Partem reſolutam in ſemetipſa continere Affectus cauſā, cognoſces, partim ſi ea ſit exigua: V. g. unicus Muſculus aut pauci contigui: adeoq́ ſi unica Actio perierit; Partim ſi cauſa procatarctica præceſſerit, quæ eoſdem muſculos lædere potuerit: Vt ſi ob natationem in aqua frigida, aut ſeßionem ſuper lapide frigido, ſequatur invita alui atque urinarum Excretio. Exempla vide 5 de Loc. Affect. cap. 6. a. a. & lib. 4. cap. 4. a. b. lib. 1. cap. 6. f. g.*

38. *Nervos affici ſignificat, ſi plures Muſculi ſint reſoluti, pluresq́ Actiones perierint. V. g. Si totum brachium reſolutum ſit, aut tota manus illæſis partibus inferioribus; cuiuſmodi exempla habes cap. 6. lib. 1. de Loc. Aff. g. h. Deinde, ſi cauſa aliqua præceſſerit, quæ nervos afficere potuit, ut Caſus, Vulnus, Morbus. V. g. ſi præcedente Colica manus paralyſis conſequatur. Item vox amiſſa, ob chirurgiam in collo hyemali tempore factam, ſignificabat recurrentes Nervos eſſe affectos. 1. de Loc. Aff. cap. 6. b.*

39. *Spinalem medullam cognoſces affectam eſſe, ſi omnes partes infra certum aliquem eius locum reſolutæ ſint: ſive in altero latere tantùm, ſi ex dimidio; ſive in utroq́, ſi tota tranſverſim ſit læſa. 1. de Loc. Affect. cap. 6. g. lib. 3. cap. 10. d. lib. 4. eiuſdem operis, cap. 3. h. Eadem verò ſpinalis medulla, prout ſuperiori aut inferiori ſui parte fuerit affecta: ita cauſa erit ut plures aut pauciores partes ſint reſolutæ: ſecundùm Canones à nobis prop. 51. diſput. anni ſuperioris propoſitos, vnde hæc petenda.*

40. *Cerebrum affici conſtat, ſi unà cum Motu Senſuq́;*

ſuę, aut totius corporis, aut alterius lateris totius, Mens quoq; ac principes actiones læſæ ſint: quod in ea paralyſi accidit, in quam Apoplexia terminatur, & quam ἡμιπληξίαν vocant.

41. In tanta affectarum partium diverſitate, non eſſe ſolet eadem ſemper cauſa Paralyſeos. Quæ enim in parte reſoluta eſt, eam talem eſſe oportet, ob quam ipſa inepta redditur ad Motricem vim ſuſcipiendam. Quæ in Nervis aut ſpinali medulla conſiſtit: ea talis eſt, quæ tranſitum facultatis in partes reſolutas impedit. Quæ autem latet in Cerebro, ea id reddit ineptum ad generandum tranſmittendumq; cæteris partib. animalem ſpiritum & facultatem. hic lib. 2. de Cauſ. ſympt. cap. 2. e. f.

42. Ob quam Cauſam autem, ineptus redditur muſculus ad ſuſcipiendam motricẽ facultatem? Reſpõdeo; ob magnam Intemperiem: raro quidem calidam, tam vehementem, ut eam Gangræna proxime excipiat, frequenter vero frigidam, ut ante prop. 37. dicitur.

43. Quæ vero facultatis Motricis tranſitum per Nervos & ſpinalem Medullam impediunt, Cauſæ ſunt; Primum ſolutio continui: deinde ἔμφραξις, θλῖψις, πίλησις: id eſt, Obſtructio, Conſtipatio, Denſatio; ut dicitur hic cap. 2. e. & cap. 5. libri præcedentis, f. Vide etiam theſin 43. diſput. anni ſuperioris & ſequent.

44. Cerebrum ſi in Paralyſi afficitur: ab iiſdem cauſis patitur, ut in Apoplexia: niſi quod eædem in Paralyſi ſint mitiores, & alteram tantum illius partem afficiant; ut ante prop. 9. & ſequentibus, dictum eſt.

45. Sed cur aliquando perit Motus ſervato Tactu, &

è contrà? Vide theſin 59. earundem anni ſuperioris diſputationum.

46. Hoc autem eſt admirabile, quomodo in ἡμιπληγίᾳ, aut alia Paralyſi, quæ ex Spinæ læſione oritur, tàm paruum corpus, quale eſt ſpinalis Medulla, ita lædi queat, ut uno latere reſoluto, alterum integrum conſeruet?

47. Avicenna lib. 3. fen. 2. cap. 2 putat, quia Cerebrum eſt diviſum in binas partes, & Medulla ex Cerebro oritur: Idcirco medullam quoq; eſſe diviſam, ſecundùm longitudinem, quamvis eam diviſionem, ſenſu apprehendere nequeamus.

48. Sed cùm ſciamus, Cerebrũ parte ſuperiori quidem eſſe diviſum: iuxtà baſin autem, unde Nervi & ſpinalis Medulla oriuntur, diviſionem nullam videamus: uti neque in Medulla: Idcirco, nihil habere nos cenſeo, quod dicamus certò de huius rei Cauſa.

49. Admirari igitur oportere Naturæ induſtriam, quæ ut ſolet ſemper abſceſſus propellere ſecundùm rectum, 6. Epidem: Com. 2. textu 12. 13. & ſequentibus. ita, in hoc tàm parvo corpore, quale eſt ſpinalis Medullæ id noverit obſervare, ut unâ parte læsâ, altera conſervari queat.

De Stupore.

50. Affectus quem Torporem & Stuporem vocamus, Græci Νάρκην *nominant. De eo inquit Gal. cap. 5. f. libri ſuperioris:* Νάρκη καθ' ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μάλιϛα κατὰ τὰ

κῶλα, σιώθετος ἐκ δυσαισθησίας καὶ δυσκινησίας φαίνεται. i. *Stupor poteſt cadere in Corpus univerſum, præcipueq; partes extremas, compoſitusq; eſt Affectus, ex Senſus Motusq; debilitate.*

51. *Vt ergo per Apoplexiam, & Paralyſin, Motus ac Senſus abolentur: ita per Stuporem debilitantur, quo fit ut hîc cap. 2. e. dicatur, eſſe ἀμυδρὰ παράλυσις, i. levis quædam Paralyſis: & ſi augeatur, tranſire in Paralyſin.*

52. *Ita ergo de ipſius Cauſis pronuntiare oportet, ut dicamus, à quibus cauſis vehementioribus, in Immediato Motus, Tactusq; Inſtrumento, aut Nervis, aut ſpinali medulla exiſtentibus, Paralyſis fit, ut antè prop. 42. dictum eſt: ab ijſdem mitioribus fieri Stuporem.*

53. *Stuporis differentiæ conſiderantur penes τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, i. ſecundùm quod magis & minùs per eum debilitetur Motus aut Senſus. hîc c. 2. e. Minimus, exempli gratiâ, Stupor eſt, in eo Affectu, quem membri dormitationem vocant, & in quo eſt formicatio vocata. Maximus, qui Paralyſi proximè accedit. Medius, qui medio modo ſe habet.*

Diſputatio III.

De Convulſionibus.

54. *Hactenus de Cauſis aboliti ac debilitati Motus voluntarij diſputatum eſt: deinceps quoque ad Motus depravatos veniendum, inter quos convulſio*

Digitized by Google

primum locum obtinet : cuius explicanda nobis eſt hîc breviter, Eſſentia, Differentia & Cauſa.

55. *Quod verò Latinè dicimus* Convulſionem, *id Græci* Σπασμὸν *nuncupant,* ἀπὸ τοῦ σπᾶν, σπασθῆναι καὶ σπᾶσθαι, *i. à trahendo, quia per omnem Spaſmum ſit tractio ſive contractio Muſculorum verſus ſua principia : eaq́; contractione ſimul attrahuntur partes, in quas Muſculi inſeruntur, apparetq́; Tractionis huius modus, forinſecùs intuenti, ſimilis ei qui ſit motu voluntario.*

56. *Hæc, ut rectè intelligas, obſerva quæ & hîc cap. 2. d. e. & lib. 3. de. Loc. Affect. c. 6. h. imprimisq́; ea, quæ cap. 8. de* Rigore *dicuntur, his verbis:* Γασῶν τῶν καθ' ὁρμὴν κινήσεων ἐπιτελουμένων διὰ τῶν μυῶν, ὅταν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς ἀνελκόμενοι, συνεπισπάσωνται τῶν μορίων ἕκαστον, εἰς ὃ καταπεφύκασιν: Ἐπειδὰν γίγνεταί τι πάθος, εἰς τάσιν αὐτοὺς ἄγων: ἀκολουθεῖ τούτῳ κίνησις ὁμοία τῇ κατὰ φύσιν, ἀβούλητος δὲ καὶ καλεῖται σπασμός. *i. Cùm omnes Motus voluntarij ſiant contractione Muſculorum, qui verſus ſua principia pro arbitrio noſtro contracti, ſimul attrahunt partem in quam inſeruntur : Quando præternaturalis Affectus aliquis fuerit, qui coſdem Muſculos contrahat; ſequitur ſimilis motus ei, qui fiebat à voluntate: ſed ſit præter voluntatem noſtram, vocaturq́;* Convulſio.

57. *Eſtq́; hæc communis natura omnium Convulſionum, ut per eas, præter noſtram voluntatem, Muſculi contrahantur verſus ſua principia, & contracti ſimul trahant partes, in quas inſeruntur. Fitq́; hoc tàm in Epilepticis convulſionibus, quàm Tetano, Emproſthotono, Opiſthotono, aliiſq́; omnibus convulſionibus particularibus.*

58. *Nec*

58. *Nec obſtat, quòd in quibuſdam, partes ex huiuſmodi contractione rigidæ fiunt, unde Celſus lib. 4. cap. 3. Tetanum, Emproſth. Opiſtoth. Nervorum Rigorem vocavit: In quibuſdam agitantur continuo motu, ut in Epilepſiis. Vtrobiq; enim contrahuntur Muſculi. In ijs quidem quæ rigidæ evadunt, continuè ijdem Muſculi tenduntur & contrahuntur. In Epilepſiis alternatim modò flectentes, modò extendentes.*

59. *Eſt ergo Convulſio præternaturalis Muſculorum contractio verſus ſua Principia, ob Nervorum, nervoſorúmve corporum, ſpinalis medullæ, aut Cerebri affectū, quam involuntariè ſequuntur membra, in quæ Muſculi inſeruntur: ad eum modum, quo in voluntario motu ſequuntur voluntariè.*

Convulſionum differentiæ.

60. *Differunt autem Convulſiones, cùm reſpectu multitudinis partium, quæ convelluntur, tùm ratione accidentium, quæ eas comitari ſolent. Quòd ſi enim omnes totius Corporis muſculi convelluntur: tunc contingit, eos qui ita convelluntur, ſimul etiam ſenſu atque intellectu privari: inde fit ut tales convulſiones Epilepticæ nuncupentur: quæ* ἐπιληψίας *nomen obtinent,* διὰ τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι τὸν νοῦν ἐν αὐταῖς: *i. eò quòd illis mens quaſi intercipitur. Eædem etiam Caduci, Comitiales & Infantiles morbi vocantur, eò quòd in Comitijs cadere ſolebant, qui ijs erant obnoxij: & quòd Infantibus ſint familiares.*

61. *Si illæſis capitis ipſius Muſculis, reliqui infrà ca-*

 put

put omnes convellantur, maximè illi qui ſunt circà dorſum & cervicem, teſte Celſo lib. 4. cap. 3. tunc Rigores nervorum, ab eodem Celſo vocati, oriuntur: qui ſi in anteriorem partem corpus convellant, ἐμπροσθότονον: *in poſteriorem,* ὀπισθότονον; *ſi utrinque æqualiter trahant,* τέτανον *efficiunt. cap. 8. de Rigore. & 1. de Motu Muſcul. cap. 8. c.*

62. *Aliquando membri unius alicuius muſculi convelluntur: Brachij, Manus, Tibiæ, Pedis, aut alterius alicuius: & prout partem quam occupant, in anteriora, poſteriora, aut utrinq; tendendo rigidam fecerint: ita Emproſthotoni, Opiſthotoni aut Tetani naturam obtinent. Pertinentq; ad horum numerum, etiã Spaſmi gravidis mulieribus ac natantibus in aqua frigida ſupervenire ſoliti: & alij ſimiles, qui Germanicè* Kramff *vocantur, omnes enim ſunt Convulſiones.*

63. *Ex ultimis hiſce ſpaſmis, prout alij alios atq; alios Muſculos occupaverint, varia ſolent excitare ſymptomata, & inde varias appellationes obtinere. V.g. qui Muſculos mandiculares occupant, efficiũt* τρυσμὸν, *i. Stridorẽ dentium: Qui oculorũ muſculos convellit, facit* στραβισμὸν, *i. Strabiſmum,* καὶ ἥλωσιν, *i. palpebræ everſionem, 10 de uſu partium cap. 9. d. Muſculi Thoracis convulſi efficiunt* διπλῆν εἰσπνεόντων ἐπανάκλησιν *ab Hip. dictam, i. duplicem inſpirantium revocationem, quæ pueris plorantibus ob iracundiam, ſub finem ſolet ſupervenire, hîc cap. 2. d.*

Quæ pars in Convulſionibus afficiatur?

64. *In tanta Convulſionum diverſitate, neceſſe eſt par-*

partem principaliter affectam, non eſſe ſemper eandem: ſed ferè ut de Paralyſi prop. 36. & ſeq. dictum eſt, ita hic quoq; modò cerebrum, modò ſpinalem medullam, modò Nervos primariò affici. Muſculi per ſe non continent in ſemetipſis cauſam convulſivam, ne quidem ſi unicus convellatur, ut poſtea prop. 66. oſtenditur: ſed ratione Nervorũ mixtorum, cum filamentis ligamenti. Nam nervo qui per Muſculum diſtribuitur, abſciſſo, ceſſat Convulſio 1. de Mot. Muſcul. cap. 1. d. e. unde ſequitur quòd ad eũ ſupernè, cauſa Convulſionis pervenerit.

65. Hæc ipſa autem omnia Galen. per νευρώδη σώματα, *i. nervoſa corpora intelligit. hîc cap. 2 ſ. Item cap. 8. de Rigore. & 5. Aph. 1. Aliquando Nervorum ſolomodo facit mentionem, ut 4. Aph. 49. item 3. de Loc. Affect. cap. 6. & initio 7. cenſet in epilepticis quoque Convulſionibus irrigari nervorum exortus. Videlicet quòd aut Nervi, aut pars unde illi oriuntur, primariò afficiantur.*

66. Itaq; ex iiſdem locis iã citatis, præſertim ex cap. 8. lib. 1. de Cauſ. ſympt. h. ita erit diſtinguendum, ut dicamus, Quando omnes partes corporis convelluntur: affici Nervorum Principium, ipſum ſ. Cerebrum: ut in Epilepſia. Quando omnes partes infrà caput convelluntur, ut in Emproſthotono, Opiſth. Tetano, propriè appellatis: affici ſpinalem medullam circà initium, & Nervos inde prodeuntes. Si membrum unum aliquod convellitur: Nervos, qui in id feruntur, affici. Si unus muſculus convellatur: Nervum illius cum filamentis ligamentorum quibus miſcetur, & in tendinem finitur, Convulſionis cauſam continere.

Digitized by Google

De Convulſionum omnium cauſis.

67. Sed à quibus cauſis fiunt Convulſiones? Reſpondeo cum Hippoc. 6. Aph. 39. Σπασμοὶ γίνονται ὑπὸ πληρώσεως, ἢ κενώσεως, οὕτω δὲ καὶ λυγμός: *id eſt, Convulſiones, fiunt à Repletione, aut Inanitione, perinde ut etiam Singultus.*

68. Hæc generalis cauſa eſt, omnis generis Convulſionum. quam etſi olim Veteres, & poſtea Recentiores, multis argumentis oppugnaverint: nos tamen cum Gal. hîc cap. 2. e. & cap. 8. libri de Rigore: 3. de Loc. Aff. cap. 6. præterea in commento Aph. iam citati, & 5. Aph. 1. veram eſſe dicimus.

69. Nam cùm in omni Convulſione Muſculi contrahantur verſus ſua principia, contractiq; ſimul attrahant partes in quas inſeruntur: perinde ut fit in motu voluntario: Sequitur, ut à qua cauſa Muſculi involuntariè contrahi poſſunt, ſimulq́ue attrahere partes in quas inſeruntur: ab eadem Convulſiones omnes fiant. Idipſum efficere poteſt nervoſorum corporum Repletio & Inanitio. Ergo.

70. Primùm enim apparet hoc in Chordis Muſicorum quæ nervoſorum corporum naturam referunt & aut ab humido aëre repletæ, aut à ſicco exinanitæ, contrahuntur, breviores fiunt & rumpuntur. Deinde lora quoq; ad ignem poſita, contrahuntur: & ſi madefiant, etiam craßiora brevioraq; fiunt.

71. Quòd ſi Procatarcticas cauſas, ex quibus Convulſiones ſequuntur, contemplatus fueris: Videbis etiam alias earum, inanitionis Effectrices, & lethales Covnulſiones

ſiones producere: ut febres ardentes, Phrenitides, & ſimiles. c. ultimo de Rigore & 7. Aph. 13. Item ex Elleboro, 5. Aph. 1: ex ſuperpurgatione, 5 Aph. 4: ex Vigilijs, 7. Aph. 18: ex hæmorrhagia, 5. Aph. 3. dicũtur tales cõvulſiones fieri.

72. A Repletione fiunt Convulſiones in pueris dentitientib. 3. Aph. 25. Ex vulnere partis nervoſæ, cui phlegmone ſupervenit, 5. Aph. 2: in Ebrijs, 5. Aph. 21: Comitiales deniq; morbi, 3. de Loc. Affect. cap. 7. b. dicuntur omnes à Repletione fieri. Andreæ Cæſalpini lib. 2. quæſtionum Medic. 16. uti & aliorum, qui hoc Hipp. dogma oppugnant, Argumenta, brevitatis causâ omittimus.

73. Vnius Eraſti, viri doctiſſ. mentionem facere cogor, qui cùm non poſſet ſibi perſuadere, Aliquem motũ fieri, à ſola cauſa morbifica, nulla ex tribus facultatibus cooperante: novam planè doctrinam de convulſionibus excogitavit, ut in Diſput. de Convulſione vides quæ eſt illi 21. Aſſerit, in omni Convulſione partem affectam eſſe Cerebrum, prop. 72. & ſequentib. Cauſam quidem eſſe Repletionem & Inanitionem: non autem nervoſi generis, ſed ipſius Cerebri, prop. 52. &c. Materiam Repletionis eſſe Humorem aut Vaporem. Inanitionem fieri ſpiritus defectu, aut humoris, prop. 150. Ex huiuſmodi Repletione atq; Inanitione, Cerebrum & Spiritus contrahere morbidam diſpoſitionem, à qua Imaginatio Appetitui iuncta ita vitietur, ut Muſculis, violentos illos motus imperent. prop. 138. &c.

74. Repugnat huic Doctrinæ autem: I. Conſenſus Medicorum, qui cum Galeno aſſerunt, omnes epilepticas Convulſiones, quibus Cerebrum afficitur, à ſola Repletione, nõ ab Inanitione fieri. II. Neceſſe foret, omnes

Convulſiones coniunctas eſſe cum Intellectus Senſusq́; privatione. III. Ex defectu aut diſsipatione Spiritus oritur Stupor, non Convulſio. IV. Nulla eſt cauſa alia, quæ Muſculis imperet Motum, quàm voluntas ſive προαίρεσις, ut 28. theſi diſputationis de Anima oſtenſum eſt à nobis. V. Tàm vehemens cerebri diſpoſitio morbida, non poſſet tam citò ſolvi, ut Epilepticorum paroxyſmi ſolvuntur. VI. Si Motus Epilepticorum fierent a facultate influente ſenſum quoq; haberent coniunctum. Sed idem Eraſt. longè aliter docuit in 4. diſput. Paracelſiſticarum, partem aſſerens perinde fieri hic ut quando intentiſsimi in rem aliquam, non ſentimus ſi maximè vulneremur. Cui etiam repugnat, quòd Motus cerebri expellentis noxiam materiam, non à Voluntate, ſed Expultrice naturaliter agente, perficitur.

Diſputatio IV.

De Cauſis Convulſionum Epilepticarum. Vide diſput. Anni 1610. theſi 77. & ſequentibus.

75. Epilepſia, ut dicitur initio cap. 7. lib. 3. de Loc. Aff. eſt, Σπασμὸς ἁπάντων τῶν τοῦ σώματος μορίων, οὐ συνεχὴς, ἀλλ' ἐν διαστημάτων χρόνου γιγνόμενος, μετὰ βλάβης τῆς διανοίας καὶ αἰσθήσεως: i. Convulſio omnium partium corporis, cum Intellectus & Senſus læſione: non continua, ut in Emproſthotono, &c. ſed ex intervallis facta. Eadem intervalla duplicia ſunt, quædam inter paroxyſmos plures: quædam in eodem paroxyſmo, dum alternatim modò flectẽtes, modò extendentes Muſculi convellũtur.

76. Etſi

76. *Etſi verò generalis omnium Convulſionum cauſa ſit* Repletio *aut* Inanitio: *Convulſionibus* Epilepticis *tamen proprium eſt, ut antè ex* Galeno *theſi 72. diximus, ex ſola* Repletione *oriri: propterea quòd ſubitò invadunt, & ſubitò ſolvuntur.*

77. *Quæ enim ita ſubitò invadunt ſubitoq; tolluntur, à tali cauſa fiunt, quæ ſubitò poſita effectum conſtituit; & ſubitò ſublata eum tollere queat. Tale quid aũt præſtare poteſt* Repletio *aliqua: nequaquã autem* Exſiccatio *aut* Inanitio: *quòd hæ ſenſim fiant, ſenſimq; tollantur. hîc cap. 7. h. & 3. de* Loc. Affect. *cap. 7. b. c.*

78. *Sed quâ materia conſtat* Repletio *iſta? & quid efficiendo tam diros Epilepticorum motus excitat? Priori quæſtioni, ut commodè reſpondere poſsimus: præſcire oportet:* Omnes Epilepticas Convulſiones *ex* Cerebri *quidem* Affectu *fieri: non tamen ſemper proprio per* ἰδιοπάθειαν: *ſed aliquando per* συμπάθειαν, *quâ id aliorum partium Affectibus conſentit. Et aliam eſſe materiam* Repletionis *in* ἰδιοπαθείᾳ.

79. *In* ἰδιοπαθείᾳ, *materia* Repletionis *eſt humor craſſus, frigidus, plerunq; pituitoſus: quandoq; etiam* Melancholicus. *In ea quæ fit per* συμπάθειαν, *materia* Repletionis *eſt* ἤτοι ποιότης, ἀλλοιουμένων τῶν μορίων κατὰ τὸ συνεχὲς, ἢ πνευματική τις οὐσία: *id eſt,* Qualitas, *aut ſpirituoſa quædam ſubſtantia, quæ, alteratis per Cõtinuitatem partibus, è loco principaliter affecto, ad cerebrum diſtributa, id afficit. Locis iam citatis, præſertimq; 3. de* Loc. Affect. *cap. 7. a a.*

80. *Pituitoſi humoris indicia ſunt,* Aetas *ſenilis, puerilis, præſertim quando dentes prorumpunt. Deinde, ſi à*

pueri-

pueritia quis Epilepticus fuerit. 2. Aph. 45. 5. Aph. 7. item 6. Epidem com. 1. tex. 5. Si pituitoſus morbus præceſſerit: Si victu inordinato uſus ſit: in otio vixerit: habitu Corporis molli exiſtat. Hinc 6. Aph. 28. & ſup. lib. Hipp. de ſalubri diæta, tex. 23. dicitur, quòd imbecillitas Cerebri, Nervorumq́; cum victu pravo, cauſæ Epilepſiæ exiſtant: poſſeq́; eas, ordinato victu emendari.

81. Contrà Melancholiam denotant habitus Corporis melancholicus, niger, macilẽtus, vitæ genus laborioſum, deliria melancholica: & alia quæ cap. 7. h h. tertij de Loc. Affect. deſcribuntur.

82. In ea quæ per conſenſum facta eſt Epilepſia, ſola ſpirituoſa ſubſtantia facit hanc Repletionem. Quam proinde dignoſcemus primùm generatim, quòd tales Epilepſiæ omnes ſint mitiores reliquis. Deinde, ſi præcedat Affectus aliquis evidens, cui ſubſequatur Convulſio, plerunq; Ventriculi, ut in Grammatico, qui corripiebatur quoties diutiùs ieiunabat, aut iraſcebatur. 5. de Aff. cap. 6. g. Quandoq; in extremorum aliquo, ut in pueris, quibus ex tibia ſenſibiliter aſcendebat aura frigida ad Cerebrum, & Convulſiones excitabat. 3. de Loc. Affect. cap. 7. a a. Nonnunquam in utero, ut ijs quæ convelluntur ex aborſu.

83. Ad poſteriorem quæſtionem dicimus, Repletionis & Obſtructionis nomine, non intelligendam eſſe hîc omnimodam Cerebri aut illius Ventriculorum infarctionem: ſed humoris alicuius aut ſpirituoſæ ſubſtantiæ præſentiam ei loco in quo exiſtit, præſertimq́; poſterioribus Cerebri Ventriculis maximè inimicam, ex qua influxus animalis facultatis impeditur, & vitæ periculũ impẽdet.

84. Hinc

84. Hinc enim ſit, ut ob periculi magnitudinem, ἐξαυτῆς κλονούσης τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων, ὑπὲρ τοῦ διώσασθαι τὰ λυποῦντα, *id eſt, inſurgente* Nervorum *principio, vi inſitæ facult.* Expultricis, *ad propellenda illa, quæ nocent, commoveatur, & eiuſdem* Commotionis, *partici-pes facti nervorum exortus, Muſculos moveant.*

85. Eandem materiam dum cerebrum tanta cum vehementia expellit: ſimul contingit διαβρέχεσθαι τὰς ἐκφύσεις ἑκάστου νεύρου, *id eſt, irrigari* Nervorum *exortus eo humore, qui cum cauſa morbifica expellitur. Irrigata autem ita nervoſa corpora fiunt breviora, & Muſculi convelluntur: non continuò ijdem, ut in* Tetano, *ſed alternatim modò flectentes, modò extendentes, prout materia, quæ eſt in motu, modò in hos, modò in illos, vi Expultricis protruditur. 3. de Loc. Affect. cap. 7. h. c. Avic. lib. 3. fen. 1. tract. 5. cap. 8. In tàm vehemẽti motu autem, cur nullus ſit Senſus? oſtendimus prop. 59. diſput. anni ſuperioris.*

86. Vt verò meliùs intelligas, fieri iſta uti diximus: expende alios motus Expultricis facult. Videbis enim quoſdam tantopere corpus noſtrum commovere, ut Epilepticis conferri queant. V. g. Ex pulvere Ellebori narib. inſufflati, quantoperè ſternutando commovetur Corpus univerſum? Item ſi pauxillũ liquoris cuiuſcunq; inter bibendum in aſperam Arteriam illabatur, quãta vi tuſſiendo perturbamur? Item cùm fœtus utero incipit eſſe moleſtus, tanta violentia nititur totum Corpus id expellere, ut mori mulierem oporteat, niſi parere poſſit.

87. Rationes hæ nobis ſufficere debent. Nam qui ijs non acquieſcunt, & Motuum Epilepticorum ſenſu carentium

rentium alias cauſas excogitant,ut varias opiniones ha-bēt,ita omnes in quædam incommoda incidunt,ex qui-bus non poſſunt ſe explicare,ut copioſè oſtendimus ſu-per cap 7.lib.3.de Loc.Affect ſig.d.

88. Verbi gratiâ,Leonhardus Iachinus,vir doctiſs.ſu-per lib.9. ad Almanſorem cap. 14. ut primùm rectè do-cet,hos Motus non eſſe volūtarios: ſed ſequi motū Prin-cipij ſeſe concutientis: Ita deinde, dum aſſerit eoſdem motus fieri contractione Nervorum, ut Spiritus anima-les ad Cerebrum revocentur: pugnat cum ijs quæ de-monſtrata ſunt 7.de Placitis cap.4.a. & cap.5.e. de in-fluxu Spiritus, qui ſemper eſt in fieri, nunquam autem in facto eſſe.

89. Andreas Cæſalpinus libro 2. quæſt. Medic. 16. dum aſſerit,hos motus fieri, à reliquijs Spirituum, qui ſunt in Nervis: in idem abſurdum incidit. Alij,alia atq; alia afferentes,in alia atq; alia incommoda impingunt. Nam ſive eſſe Spirituum profuſionem in Nervos,ſive eo-rundem expulſionem dicant, quæ hos Motus efficiant: in eadem cadunt incommoda. Veluti & ij,qui Motus Epilepticorum dicunt fieri à ſpinali Medulla,quæ ſana adhuc ſit: & Planerus, qui Tubingæ olim docebat,hos Motus fieri à ſpiritibus qui ſunt in Nervis,ob id quòd in-terclusum ſit illis commercium cum cerebro. Eraſti quoq; viri clariſs. binas diverſas opiniones,ſuprà theſi 69, 70. examinavimus.

De Tremore.

90. Qui motus Græcis τρόμος dicitur, Latinè vocatur

Tremor,

Tremor, & cap. 5 lib. de Rigore, Tremore, definitur κίνησις ἀκούσιος, ἄνω τε καὶ κάτω τῶν μορίων ἐναλλὰξ φερομένων: *id eſt, Motus, quo præter noſtram voluntatem, partes alternatim ſurſum deorſumq́; feruntur: quibus addit hic cap. 2 g. h. fieri id tanta celeritate, ut nulla quies interpoſita videatur.*

91. Etſi verò hic motus trementium præter voluntatem noſtram fiat: verſatur tamen circa voluntarij motus Inſtrumenta, & perficitur duplici cauſa movente. Harum una eſt, Motrix facultas, membrum quoquoverſum movere nitens. Altera, pondus partis trementis, cuius ratione, contra vim nutumq́; Motricis facult. membrum fertur deorſum. ibid.

92. Hinc verò ἐναλλὰξ τῆς δυνάμεως νικώσης τε καὶ νικωμένης, καὶ διαδεχομένων ἀλλήλας ἀεὶ τῶν ἐναντίων κινήσεων, τρόμος γίγνεται: *i. modò vincente, modò victa facultate Motrice à pondere membri trementis, & ſibi alternatim hiſce motibus ſuccedentibus, Tremor oritur. ibid. Item cap. 3. 4. lib. de Rigore, Tremore.*

93. Quæ cùm ita ſe habeant, neceſſe eſt ut conſtituamus cauſam Tremoris proximam, eſſe Motricis facultatis debilitatem. Nam ea robuſta exiſtente: movemus membrum quoquoverſum ſine impedimento. Si eadem penitus aboleatur: planè moveri nequit membrum, ut in Paralyſi cernitur. Si fuerit debilis, tunc fit motus cōpoſitus trementium. ibid.

94. Quemadmodū enim Palpitatio, Cōvulſio, Paralyſis, potiſſimùm fiunt ex vitio Inſtrumenti: ita Tremor à facultate Motrice debilitata oritur. Nam & ex cauſis procatarcticis, quæcunq; vires deijciunt, ea omnia

Tremo-

Tremorem excitant. V.g. Onus ſupra vires geſtantis: Si quis in præalto præcipitiq; loco ſit conſtitutus: Si ex improviſo ſerpentem conſpexerit: Si adeundus ſit Magiſtratus formidabilis: Deniq; quicquid timorem incutit. Item, ſenectus, fames, longa inedia, Hæmorrhagia, longus morbus, Refrigeratio, Plethora, & ſimilia. ibidem, & ſub finem cap.5. de Rigore.

95. *Vtq; hoc Galeni dogma rectè intelligas: Conſidera, Paralyſin, v.g. provenire immediatè, ex vitio Muſculorum non ſuſcipientium vim Motricem: Tremorem oriri immediatè à debilitate facultatis Muſculos moventis: ſive eadem ex vitio Muſculorum, v.g. intemperie frigida laborantium, ſive aliâ earum cauſarum quæ hîc numerantur, quarum plurimæ ſunt, quæ absq; vitio muſculorum vires deijciunt: nempe quæ timorem incutiunt, & aliæ. Propterea nimirum, quòd Anima afficitur ex Corporis affectu, & absq; Corporis affectu. Vti & Corpus ex affectu Animi, & absq; Animi affectu.*

Diſputatio V.

De Palpitatione.

96. *Palpitatio Græcis dicitur* παλμὸς, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι, *quod titubare & ſalire ſignificat. In lib. de Rigor. Palpit. cap.5.c. dicitur eſſe* διάστασις ϗ συνίζησις παρὰ φύσιν: *id eſt, Partium præternaturalis quædam diſtentio & ſubſidentia: quia partes palpitantes intumeſcendo attolluntur, & iterum ſubſident: eo ferè modo, quo, Arteriæ per Diaſtolen, & Syſtolen moventur.*

97. Ob

97. *Ob Motus huius ſimilitudinem exiſtimavit Praxagoras, Palpitationem eſſe Arteriarum propriam. Sed ei obſtat, quòd ſæpè ſola cutis palpitat; in qua vel non eſt Arteria, vel non tàm evidens, quæ hos motus ſuſtinere queat. Relinquitur ergo, ut Palpitationis ſubiectum ſint omnes partes, quæ ob mollitiem diſtendi, in tumorem elevari, atq; iterum ſubſidere queant. Vt cutis, membranæ, membranoſæ partes omnes, muſculi, & ſimiles. hic cap. 2. b. c. cap. 5. d. & in lib. de Rigor. Palpit. cap. 5. e. f g.*

98. *Cauſam huius Motus conſtituere oportet flatuoſum ſpiritum, qui intrà partes palpitantes generatus, illas eò uſq; attollit diſtenditq;, donec exitum habeat: quo vacuato iterum ſubſident, rurſumq; alio generato iterum diſtenduntur. Nam alijs cauſis quibuſcunq; poſitis, ſequuntur abſurda: huic verò conſentit, quòd partibus refrigeratis, in ætate ſenili, in frigidis Regionibus, frigido anno tempore, in otio degentibus, eveniat: & quòd calidis Remedijs curetur.*

99. *Differt Motus palpitantium à Tremore, quòd neq; τόπον πάσχοντα τὸν αὐτὸν, οὔτε σύμπτωμα, id eſt, idem locus afficitur: neq; ijs eadem ſuperveniant accidentia. In Tremore afficiuntur Motus voluntarij Inſtrumenta: Cauſa eſt Motricis facultatis debilitas. Palpitationi obnoxia ſunt partes molles omnes: Cauſa eſt ſpiritus flatuoſus. Accidentia utrinq; alia, atq; alia eveniunt. Verbi gratiâ, Tremor accidit, dum ad Motum voluntarium incitantur. Palpitatio abſq; voluntario Motu accidit: ibidem.*

Digitized by Google

De Tuſsi & Sternutatione.

100. Tuſsi & Sternutationi commune eſt, Primùm ut fiant Motu voluntario Thoracis potiſsimùm, ſed coacto à cauſa Expultricem irritante, & voluntarij Motus Inſtrumenta in ſubſidium trahente. Secundò, ut per utrumq; Excretio fiat peculiari quodam modo, per copioſam Aëris exſufflationem, aliter quàm ex alijs partibus Excretio fieri ſoleat. hîc cap. 4. b. c. cap. 3. a. Item 4. de Loc. Affect. cap. 4. g. cap. 6. c.

101. Ipſa autem Tuſsis nihil aliud eſt quàm σφοδροτάτη ἐκφύσησις, ἵνα πλεῖστόν τε ἅμα καὶ τάχιστα φερόμενον ἔξω τὸ πνεῦμα, παρασύρῃ τε καὶ προωθῇ τῇ ῥύμῃ τὰ ἐμφράττοντα τὰς ὁδούς: *i. vehementiſsima exſufflatio, quâ plurimus celerrimeq́; foras emiſſus ſpiritus ſimul aufert, propellitq́;, ea quæ vias, ipſas ſcilicet fauces, Arteriæ aſperæ, eiusq; ramorum per Pulmonum ſubſtantiam diſtributorum, internam cavitatem obſtruunt. hîc cap. 4. b. c.*

102. Et ſiquidem Motrix tuſsientium facultas robuſta ſit, & materia vias obſtruens, nec tenuis nimiùm, aut tenax & glutinoſa exiſtat: voti ſui fit compos Tuſsis, educitq́; ea quæ obſtruebant: ſive primo impetu, ſive aliquoties ſeſe inijciẽs: ſive deniq;, ut aliqui fecerunt, Sternutationem ciendo, quæ maiori cum impetu movet. Sin contrario modo res habeat, fruſtratur ſuo fine, victaq́; vis Motrix, ab opere tandem ceſſat. ibidem, & cap. 5. c. b. item 4. de Loc. Affect. cap. 8. f. g.

103. Pars affecta hîc duplex eſt. Vna, qua eduntur Inordinati tuſsientium & ſternutantium motus. Altera, in

qua

qua latet cauſa, ob quam Expultrix irritata, hos muſculos ad tam vehementes motus incitat, & commovet: Cuiuſmodi ſunt Spiritus via iam commemorata.

104. In Tuſsi ac Sternutatione igitur habes primò Muſculorum Reſpirationi ſervientium immodicam cõmotionem. Secundò cauſam eos ad tales motus cogentem: Expult. ſc. facult. quæ nequit ex hiſce vijs, eo modò expellere, ut ex alijs partibus: Idcircò Reſpirationis Inſtrumenta commovet. Tertiò cauſam, ob quam Expultrix irritata inſurgit, ut Motricem Muſculorum vim in conſortium auxiliumq́; trahat.

105. Eadem hæc cauſa, quæ prima eſt in agendo, & alias omnes movet, ad Curationem maximè cognitu neceſſaria exiſtit, ut tolli queat. Quid igitur ipſa eſt? Reſpondeo de Tuſsi primùm, Talem eam eſſe, quæ contraria exiſtat, earundem harum Spiritus viarum, naturali conſtitutioni: de qua lib. 2. de Simplic. Medic. cap. 7. ſic loquitur Galenus: Εθισμένον τὸ πνεῦμα διὰ καθαρᾶς καὶ λείας ἀεὶ φέρεσθαι τῆς ἀρτηρίας, ἐπειδὰν προσκόπτῃ τισὶν ἐξοχαῖς, κατ' αὐτὴν κλόνον τε τινὰ, καὶ οἷον ἀνώμαλον σεισμὸν ἐργάζεται κατὰ τὴν φάρυγγα, καὶ οὕτως ἐρεθίζεται πρὸς βῆχα τὸ ζῶον. id eſt, Spiritus, conſuetus per puram lævemq́; Arteriæ aſperæ cavitatem internam ſemper ferri, ſi quando in eminentias quaſdam impingit, tumultum veluti quendam in gutture excitat, & ad tuſsiendum Animal irritat. Vocatur autem eadem hæc concuſsio & tumultus in Gutture factus κορυνὸς, qui eo modo ſe habet ad Tuſsim, ut Nauſea ad Vomitũ. hîc c. 4. d. & loco iam citato.

106. Sed quidnam illud eſt, quod in interna Arteriarũ

cavitate, inæqualitatem illam aut anguſtiam qualemcunq; efficit? Reſpondeo ea multa ac varia eſſe, quæ locis iam citatis, præterea 1. Epidem. com. 1. text. 12. item ſuper prognoſt. com. 2 text. 3. alijsq; locis recenſentur. Verbi gratiâ, I. Humores ex cerebro in eam delabentes. II. Humores in eadem collecti, Pituita, Pus, Sanguis. III. Si quid inter edendum aut bibendum in eam illabitur. IV. Faucium exaſperatio. V. Inſtrumentorum Reſpirationi ſervientium Refrigeratio: quæ & per ſe facit talem inæqualitatem, tùm ut hîc cap. 5 e. dicitur, efficiendo in Muſculis Pectoris, Rigorem aut Horrorem. VI Quæ foris Thoracem & Pulmones quocunq; modo comprimunt, ut iecoris Phlegmone Hydrops. Vnde tuſſis illa fit, de qua 2. prognoſt. text. 3. dicitur: quæ per Analogiam cum vera tuſſi Tuſſis vocatur.

107. In Sternutatione cauſam, irritaqua Expultricem, Nares continent. Vnde odoratus Inſtrumento, aut Cerebri Ventriculis moleſtia offertur: vaporem quendam adverſum per oſſa colatoria ipſis exhibendo: Vnde irritatæ hæ partes commoventur: & partim per Spiritum ex anterioribus ijſdē ventriculis per oſſa colatoria: partim ex pulmonibus magno cum impetu emiſſum, expurgant ea omnia, quæ vel in Naribus, vel intra Cranium moleſta erant. hîc cap. 4. & in lib. de Olfactus Organo. cap. 4. 6.

108. Differtq; Sternutatio à Tuſſi hîc, non tantùm in eo, quòd cauſa Expultricem irritans diverſo loco in utriſq; conſiſtat: Sed etiam in eo, quòd Sternutatio maiori cum impetu agat: præterea, non tantùm ex Pulmonibus, ſed etiam ex Naribus, ipſisq; Cerebri Ventriculis

aliquid

aliquid expurget, & proinde Capitis doloribus remedio eſſe queat. ibid.

De Oſcitatione & Pandiculatione.

109. Oſcitationem vocant Græci χασμὴν, & Oſcitare χασμᾶν, ἀπὸ τοῦ χάσματος, quod hiatum ſignificat: nam inter oſcitandum fit totius oris ac faucium apertio: ut hiare tunc palatum, & os univerſum videatur.

110. Pandiculatio ijſdem dicitur σκορδινισμὸς, & Pandiculari σκορδινᾶσθαι: quem motum Galen. 6. Epid. com. 3. text. 4. ita deſcripſit: Σκορδινισμὸς τοιοῦτόν ἐστι σύμπτωμα κατὰ πάντας ἅμα τοὺς μῦς, οἷόνπερ ἐπὶ τῆς χασμῆς γίνεται μόνοις τοῖς τὴν κάτω γένυν. *id eſt, Pandiculatio tale Symptoma eſt circa omnes Muſculos, quale per Oſcitationem accidit ſolis Muſculis inferiorem genam moventibus. Et Feſtus in eandem ſententiam dixit: Pandiculantur qui toto corpore extenduntur, eò quòd pandi fiant.*

111. In utroq; Motu afficiuntur Muſculi: in Oſcitatione quidem ij qui genam inferiorem, & ſecundùm quoſdam etiam qui Thoracem movent: In Pandiculatione omnes totius Corporis. Cauſæ quæ eos irritant ad eiuſmodi extenſionem, ſunt ἀτμώδη περιττώματα, *id eſt, vaporoſa Excrementa, quibus* διαπνοὴν μηχανωμένη ἡ φύσις, εἰς τοιαύτην κίνησιν ἐξωρμᾷ τὰ ζῶα: *id eſt, dum diſflationem natura molitur, ad tales motus Animalia excitat. hîc cap. 5. g. item 7. Aph. 56 & 6. Epid. loco priùs citato.*

112. Subſcribũt hiſce, quòd otioſis hominibus, & ma-

ximè poſt ſomnum, ſolent hi Motus ſupervenire, quibus ex confectione alimenti, huiuſmodi Excrementa colliguntur: eademq; etiam, huiuſmodi pandiculantium & oſcitantium motu diſsipantur mox: quod non fieret, ſi craſsiori eſſentia conſtarent.

Diſputatio VI.

De Laſsitudine.

113. Laſsitudo Græcis dicitur κόπος, & inter Motus laſi differentias tractatur hîc, quia ſæpè ex motu & exercitatione ſequitur: præterea quia aucta laſsitudo quædam, in Horrorem Rigoremq; tranſit. Huius primæ differentiæ ſunt binæ. Vna, quæ propter laborem evenit fatigatis hominib. Altera ſponte accidit, qui proinde κόπος αὐτόματος, id eſt, ſpontanea vocatur, eſtq; priore deterior, quæ morbos prænunciat. 2. Aph. 5.

114. De utraq; ex ijs quæ dicuntur à Galeno, hîc. c. 5. g. h. item de morb. differentijs, c. 5. e. de morb. cauſ. c. 2. h. præcipuè verò l. 3. de tuenda ſanitate c. 5. & l. 4. c. 2. ita differemus, ut oſtendamus modum eas cognoſcendi, earumq; differentias, & cauſas maximè principales.

115. Indicia earum alia atq; alia, in alijs atq; alijs earum differentijs exiſtunt. Proprium tamen eſt omnium earum, quæ ex labore oriuntur: ut in ijs articuli & partes quæ motum ſuſtinuerunt, calorem immoderatũ ſuſtineant, & ſenſum tenſionis exhibeant. Omnibus verò tàm ex motu quàm ſponte ortis commune eſt, ut in earũ aliquib. percipiatur τείνεσθαι πάντη τὸ ὄγκον τοῦ σώματος, id eſt,

Digitized by Google

id eſt, tendi corpus undequaq;. In aliis videntur, ſe οἷον τεθλασμένων ἢ φλεγμαινόντων αἰσθάνεσθαι τῶν μορίων, i. tamquam contuſas & phlegmone laborantes partes ſentire. Alij deniq; præſertim cùm moventur, putant ſe ſentire in corpore, οἷον ἕλκη πολλὰ διεσπεδασμένα, id eſt, tanquam multa ulcera diſperſa per carnem.

116. Ex triplici eorum quæ percipiuntur, diverſitate, tres principales ac ſimpliciſſimæ laſſitudinum differentiæ oriuntur: Quarum prima, Τεινώδης, Tenſiva; Altera, Φλεγμονώδης, Phlegmonoſa; Tertia, Ἑλκώδης, Vlceroſa, nominatur. Ex iiſdē verò inter ſe mixtis, aliæ quatuor compoſitæ Laſſitudinis differentiæ prodeunt: de quibus locis, de tuenda ſanitate priùs citatis diſputatur. Hîc ipſarum ſimplicium cauſas enarrare ſufficiat.

117. Leniſſima omnium eſt Tenſiva: cuius cauſa quãdoq; eſt ſola tenſio fibrarum, in Muſculis & Nervis, ab immodico motu orta: in quibus καταλείπεταί τις διάθεσις, ὁμοία τῇ κατὰ τὰς ἐνεργείας ἐγγινομένῃ, id eſt, relinquitur ex motu diuturniori, diſpoſitio quædam ei ſimilis, in quam agendo adducebantur. 3. de ſanitate tuenda, cap. 2. f. Quandoq; ex Plethora tenſio percipitur, maximè in ſpontanea laſſitudine. hîc cap. 5. f. Hinc 4. de ſanitate tuenda, cap. 2. inquit: τὸ γένος κόπου τονῶδες αὐτόματον, ταῖς ἠχλουμέναις πληθώραις ἕπεται: Spontanea Laſſitudo tenſiva ſequitur Plethoram, quo diſtenduntur ſolidæ partes, maximeq; illæ, quibus humores continentur.

118. Proximè ſequitur Vlceroſa, qua cutis, & principaliter carnes cuti ſubiectæ afficiuntur, ab acri humore, eas quaſi mordicante ac pungente, ſive is ſit ſponte colle-

Digitized by Google

ctus, ſive motu vehementiori fuſus & liquatus: ut 2. de Loc. Affect. cap. 7 b b. dicat Galenus, talem eſſe per ulceroſam Laſsitudinem in carnibus ſenſum, qualis in cute per pruritum percipitur.

119. Omnium difficillima eſt Laſsitudo Phlegmonoſa, ſub qua etiam ὀστεοκοπος continetur, quæ in profundo circa perioſtia cum moleſtia percipitur. In ea enim Muſculi & Tendines, ob Motus vehementiam ita incaleſcunt, ut proprij eorum humores fundantur, & alij inſuper excrementitij eò attrahantur.

De Horrore & Rigore.

120. Ad naturam utriusq; horum cognoſcendam, primò neceſſe eſt ſcire, ſeriem quandam eſſe ſolere, plurium plerunq; ſe ordine quodam conſequentium, in ijs qui excrementoſis acribusq; humoribus abundant. Ex hiſce primus Affectus eſt Ανωμαλία, id eſt, Inæqualitas: quæ aucta tranſit in ἑλκώδη, ſive ἑλκώδη αἴσθησιν, id eſt in Laſsitudinem ulceroſam vocatam. Eadem rurſus aucta efficit φρίκην, id eſt Horrorem, cuius initium eſt κατάψυξις, i. refrigeratio. Auctus deniq; Horror tranſit in Rigorem. hic cap 5. h. a g. g. Item de Rigore, cap. 6. g. Item lib. 2. de feb. different. cap. 7. d.

121. Hic idem Rigor eſt inæqualis, inordinatus, & præter voluntatem noſtram eveniens totius Corporis cõcuſsio, cum vehementi moleſtaq; externarum partium refrigeratione, violento inſiti caloris motu producta. Interim ſcilicet, dum ad propellenda ea, quæ moleſta ſunt, cum impetu inſurgens, ea modò ad exteriora protrudit, modò

modò ipſe ad interiora repellitur. ibid. & præſertim cap. 6. de Rigore præcitato.

122. Horror à Rigore eſſentiâ non differt, ſed in eo tantùm quòd minor eſt Affectus: hinc Gal. cap. 6. de Rigore citato, inquit: Εἰσβολὴ παροξυσμοῦ τῷδε μέν τινι μετὰ ῥίγους, ἑτέρῳ δέ τινι μετὰ φρίκης, ἄλλῳ δέ τινι, μετὰ καταψύξεως μόνης: i. Febrium paroxyſmos invadere quoſdam cum Rigore, aliquos cum Horrore: nonnullos cum ſola Refrigeratione.

123. De Rigore ergo tantùm deinceps dicemus, ſub quo Horror comprehenſus intelligitur: hinc exorſi quòd etſi apud Medicos Græcos, is ſit Motus depravatus: Latini Medici tamen per eum, non Motum intelligunt, ſed Immobilitatem, qualis in Tetano exiſtit, teſte Celſo, lib. 4. cap. 3. Qui proinde lib. 3. cap. 3. id, quod Rigorem vocamus hîc, Horrorem nominat, & Horrorem nimiam Refrigerationem.

124. Subiectum huius motus eſt Corpus univerſum: quo ſenſu dicitur cap. 6. libri de Rigore ſæpè iam citato: Κλονεῖσθαί φημι πάντα τὰ ἐν τῷ σώματι, καὶ σείεσθαι καὶ βράττεσθαι: i. Concuti dico per Rigorem omnia, quæ ſunt in Corpore, & inſuper turbari & commoveri.

125. Ad cauſam illius explicandam pro hypotheſi ponere oportet, quod hîc cap. 5. h. h. & cap. 6. toties iam citato copioſiùs declaratur: Singulas facultates corpus noſtrum gubernantes, ad actiones ſuas edendas, uti Calore nativo, Sanguine ac Spiritu.

126. Idem hic nativus Calor, ex propria Natura in perpetuo motu exiſtet; vel ex centro fonteq́; ſuo ad ſuperficiem ſeſe extendens: vel à ſuperficie ad centrũ fon-

temq́ suum, alimenti causâ ſeſe recipiens: ſtatis quidem æqualibusq́ circuitib: ubi via impedita non ſunt, id ipſum expediendo: ſed quandoque prohibetur, violenterqúe ad centrum repellitur.

127. *Repulſus ad Centrum, unitur, & tanquam Expultricis Inſtrumentum cum impetu effertur: impingensq́ in ea quæ vias impediunt, ea modò protrudit, modò ipſe repellitur: atq́ ita Corpus univerſum concutit, tamdiu, donec materiam, quæ vias impediebat, vicerit, expulerit, & ipſe in univerſum Corpus ſit effuſus. ibid.*

128. *Interim verò dum Expultrix facultas, hoc Caloris nativi motu, acres mordacesq́ humores, per ſenſiles corporis partes violenter propellit: neceſſe eſt eas partes, per quas huiuſmodi materiæ tranſeunt, vulnerari, pungi, ſtimulari: perinde nimirum, ut cùm forinſecus nobis aqua feruentis, aut ignis ſcintillæ aſperguntur. Atq́ ita irritari ſingulas, ut vi Expultricis ſeſe conſtringendo, id quod moleſtum eſt, quàm citiſsimè propulſent. Quo motu dum ſe omnes conſtringunt contrahuntqúe: neceſſe eſt ſimul etiam articulationes totumqúe corpus unà vibrari & concuti. hic cap. 5. b. c. & 10. Meth. cap. 4.*

129. *Hunc nativi Caloris motum, ceu Expultricis facult: inſtrumentum, primariam Rigoris cauſam eſſe, probat externarum partium omnium Refrigeratio, quæ in ipſius principio apparet: recedente ſcilicet tunc Calore ſimul & Sanguine, in profundum: ubi certè non frigent, eò quòd multi tunc ſitiant. Secundò quòd ceſſante Rigore, ſuperuenit æſtus omnium partium: calore ſeſe per vias patefactas quoquoverſum diffundente. hic cap. 5. c. d. b. cc.*

130. Ac-

130. Accedit hiſce quòd lethales ſunt eæ febres, quibus Rigor non terminatur in æſtum. 4. Aph. 46. Nimirum quòd in iis recepit ſe quidem in profundum Calor, expellendæ materiæ morbificæ causâ, ſed victus extinguitur. Ita enim explicat Galenus hunc Hipp. Aphoriſmum & hîc cap. 5. b. & cap. 6. de Rigore, a a. Evidentiùs verò Hipp. 1. prorhet. com. 2. textu 3. ita in eandem ſententiã loquitur: Αἱ ἐκ ῥίγεως καταψύξιες, μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακαί: *i. Refrigerationes ex Rigore non recaleſcentes malæ.*

131. Vacuandæ verò morbificæ cauſæ gratiâ, fieri Rigorem: teſtantur Excretiones, quæ Rigore in æſtum terminato ſubſequuntur: ſæpiſſimè evidentes per ſudores, Alvi deiectiones, Vomitiones, quibus febres mitigantur, & quandoque finiuntur. Aliquando inſenſibiles fiunt Excretiones, quando materia eſt vaporoſa. hîc cap. 5. b. c. ff.

132. Item quòd ardente febre laboranti Rigor ſuperveniens, eam finit. 4. Aph. 58. Item quibus in febribus quotidie Rigrres fiunt: quotidie febres ſoluuntur. 4. Aph. 63. Item quæ maximè biloſæ febres ſunt, maximos habent Rigores: ob acredinem materiæ, quæ per ſenſiles partes propulſata, eas pungit & irritat. ibidem.

133. Omnia denique hæc, præſertimqúe quòd vi Expultricis, per ſenſiles Corporis partes, acres materias propulſantis, rigentium Motus fiant, meliùs intelliges, ſi contuleris eoſdem hoſce, cum Motibus trementium. Etſi enim forinſecus intuenti, iis tam ſimiles videantur, ut vulgò, & etiam Celſo ipſi quoque vocentur Tremores, tamen, diverſam eſſe eorum eſſentiam, & à diverſis

cauſis

cauſis excitatam, ex hiſce deprehendes.

134. Tremor quia ab imbecillitate Motricis facultate oritur, ut ſuprà prop. 86. oſtenſum eſt. Idcirco non quieſcentibus partibus, ſed ijs quæ moventur, interim dum moventur, aut ad motum incitantur, tantummodo accidit. Rigor etiam in molli ſtrato iacentes & quieſcere conantes infeſtat: agente ſcilicet tunc quoq; Expultrice facultate. Deinde nemo riget ſine frigoris ſenſu; at tremunt, etiamſi caleant.

135. De Palpitatione vide diſput. Anni 1612. theſi 28. & ſequentibus, ubi agitur de Palpitatione primùm in genere, deinde in ſpecie de ea Palpitatione quæ dicitur Tremor Cordis.

Diſputatio VII.

De Motibus Humorum, Caloris & Spiritus, qui ex animi perturbationibus conſequuntur.

136. Commoventur ſenſibiliter Humores, & Calor ex animi affectibus: Idq; propterea fieri cenſet Galen: quia anima hiſce unà cum Spiritu utatur ad omnes Actiones edendas, tamquam propriis inſtrumentis. hîc cap. 5. hh. Qui verò evidentiſsimos humorum Calorisq; motus efficiunt affectus Animi, recenſentur à Gal. hîc, Φόβος, Θυμὸς, Αἰδὼς, Αγωνία, Λύπη, Χαρά: i. Timor, Ira, Verecundia, Trepidatio, Triſtitia, Gaudium. Quibus initio cap. 3. de curandis animi Motib. adnumerantur φθόνος, ἐπιθυμία σφοδρά, καὶ τὸ φθάσαι πάνυ σφοδρὰ φιλεῖν ἢ μισεῖν

σεῖν τι: i. Invidia, vehemens cupiditas, nimio alicuius rei amore aut odio teneri.

137. Timor eſt, ταραχὴ ἐκ φαντασίας κακοῦ φθαρτικοῦ: i. perturbatio animi ex impendentis corrumpentisq; mali periculo. Ariſt. 2 Rhet. Is Sanguinem, Calorem ac Spiritum derepente in profundum ac principium retrahit: Pulſus parvos efficit, cum extremorum Refrigeratione. Et ſi vehemens ſit ac ſubitus, homini puſillanimo mortem afferre poteſt. hic, & cap 5. bb. item 5. de Loc. Affect. cap. 1. Item de Pulſibus ad Tyrones, cap 11. h.

138. Ira è contrà ζέσις τίς ἐστι, τοῦ περὶ τὴν καρδίαν θερμοῦ: i. ebullitio eſt caloris in Corde conſiſtentis. Idcircò foràs agit calorem cum ſanguine, & Corpus univerſum calefacit: Pulſus magnos efficit. Nec per iracundiam quiſquam mortuus eſt. hîc cap. 5. bb. & 1. de Anima, cap. 1. de cauſis Morb: cap. 7. denique 4. de cauſis pulſuum, cap. 2.

139. Verecundia medium quiddam eſt inter Timorem & Iracundiam: ac primò retrahit intrò Sanguinem leniter: poſtmodum revocat: unde pallent primò ob Verecundiam, poſtmodum erubeſcunt. Et niſi redeat extrorſum calor cum ſanguine, non eſt Verecundia, ſed Timor. Ἀγωνία verò non medius, ſed compoſitus eſt Affectus, ex Timore & Iracundia, idcircò compoſitos quoque habet Motus. hîc cap. 5. a a.

140. Triſtitia lentè facit, quod Timor efficit ſubitò. Gaudium diffundit foràs Calorem & Sanguinem, & diſſoluere poteſt robur facultatis, ita ut maximum gaudium puſillanimo homini mortem afferre queat: quod Diagoræ Rhodio accidit. Ingens verò dolor eandem ha-

bet

bet vim cum Timore *vehementiſſimo. ibid. & apud Gell.lib.3.cap.15.*

De Pruritu.

141. De Pruritu,quem κνησμὸν ϗ κνησμώδη διάθεσιν *Græci vocant,diſſerit hic Galen: propter cognationem quam habet cum ulceroſo ſenſu: quem auctum in Horrorem primò, deinde in Rigorem tranſire docuimus. Hunc Ariſt. ita deſinivit :* Κνησμὸς ἡδύς ἐστὶ ὑγρῦ ἔξοδος πνευματώδους ἐγκατακλεισμένου παρὰ φύσιν. *i. Pruritus eſt dulcis exitus humoris vaporoſi,qui præter naturã incluſus erat. 4. Problem: 16.*

142. Videtur autem Ariſt. hic non tàm Pruritum, quàm id ad quod Pruritu incitamur,definire:ipſam ſcilicet ſcabendi Actionem, ſive Frictionem: per eam enim ſit vacuatio aliqua materiæ pruriginoſæ cum iocunditate. Ipſe verò Pruritus Αἴσθησις μόνον ἐστὶ περιττωμάτων κνησμωδῶν: *i. ſenſus atque perceptio excrementorum pruriginoſorum,nos ad ſcabendum irritans. hic cap.6.d.*

143. Locus affectus Cutis eſt: nempe quia denſior eſt ſubjectis carnibus: unde contingit, ut quæ excrementa pruriginoſa,per ſubiectas partes molliores, vi Expultricis propelluntur: ubi ad cutem pervenerint, illic hæreant, ac pruritum. ſcabies, pſoras, & ſimiles affectus pruriginoſos excitent. ibid. & 2. de Loc. Aff. cap.7.b.b.

144. Cauſa Pruritus immediata, ſunt acres, ſalſi, nitroſiquè humores, qui in ſubiectis carnibus abundantes ulceroſum ſenſum, in Cuti impacti efficiunt Pruritum: tantò maiorem, quantò fuerint craſſiores,

& ma-

& magis impacti. Cauſa verò procatarctica pruritus, ſunt prava Victus ratio, cruditates frequentes, ſordities, & alia quæcunque tales poſſunt progignere humores, quibus eo modo Tactus afficiatur intus, quo eum foris afficit Vrtica: aut quo Guſtum afficit Scilla, Muria, & ſimilia. ibid.

Diſputatio VIII.

De Actionum principum Læſionibus, earumq; Cauſis. Vide Diſput. Anni 1610. theſi 12. & ſequentibus.

145. Tres eſſe principum Actionum ſpecies: nempè imaginandi, ratiocinandi & recordandi: oſtenſum eſt in ſecunda diſput: de Animæ facult. prop. 4. & ſeq: Modos autem earum læſionis, ac ſymptomatum penes eoſdem modos conſiſtentium differentias, exemplis illuſtratas, in diſput. anni 1604. prop. 34. & ſeq. propoſuimus. Hic ergo eorundem Symptomatum cauſas ſummatim enarrrabimus ex ijs quæ hîc cap. 7. item 3. de Loc. Affect. cap. 5. 7. & lib. 5. cap. 4. copiosè diſputantur.

146. Hinc verò exordiemur idipſum, quòd etſi trifariam lædantur omnes ac ſingulæ Actiones, ut ſ. vel aboleantur, debilitentur, aut depraventur: tamen ad læſionis harum Cauſas explicandas, ex Galeni ſententia, Primùm oportet ſeparare abolitas, debileſquè Actiones principes à depravatis. Deinde abolitas debileſquè rurſus diſtinguere in eas, quæ abſque Motus Senſuſquè

que læſione: & eas, quæ unà cum Senſus Motusq; læſione, abolentur ac debilitantur: Quia triplicis huius læſionis earum differentiæ; triplex quoq; genus cauſarum exiſtit. hic c.7.

147. *Earum quæ citrà Senſus Motusq; læſionem, abolentur aut debilitantur Actiones Principes, ut in Stultitia, Amentia, Oblivione, ingenij Stupore, Stoliditate, & ſimilibus: cauſa eſt frigida cerebri Intemperies: quæ ſi magna ſit, abolere; ſi minor fuerit, debilitare ſolet, tàm imaginandi, ratiocinandi, quàm recordandi functiones: quæ proinde ſimul plerunq; læduntur.*

148. *Probatur idipſum: Primò quia talis læſionis modus, (Memoriæ præſertim) accidit, poſt vehementes morbus, quibus materia per* ἀπόστασιν *in Cerebrum translata, abſceſſum in eo peperit: à cuius præternaturali Calore, nativus calor abſumitur. hic cap. 7. & 6. Epidem. Com. 4. textu 17.*

149. *Deinde quòd idem quibuſdam ob extremum ſenium contingat. Item ex vehementi refrigeratione. Item quòd Lactuca copioſior, graves ſomnos excitet. Cicuta in cibo uſurpata, amentiam parit. Hic cap. 7. & cap. 8. libri ſuperioris, f. g. Præterea in libro quo docet animi mores ſequi temper. cap. 3. g. 3. de Loc. Aff cap. 5. a. b. Dioſcorid. lib 6. cap. 11. Deniq; quòd earundem Actionum principum Abolitio & Diminutio coincidat, cum ijs Affectibus, quos conſtat eſſe frigidos, Apoplexiâ ſcilicet, Epilepſiâ & ſimilibus.*

150. *Eadem verò Cerebri intemperies frigida, quæ abolere ac debilitare principes Actiones ſolet: quandoq; ſola exiſtit; aliquando cū Siccitate aut Humiditate coniuncta.*

iuncta. Diſtinguendumq́; fuerit hoc ex Somno & Vigilia: quia Humiditas Somnos, Vigiliam Siccitas parit. Præterea ex iis quæ per Nares excernuntur. Siccitas enim exiguas, Humiditas multas habet excretiones. 3. de Loc. Aff. ct. c. 5. a. b. c.

151. Quæ verò abolitæ ac debiles ſunt Principes functiones, unà cum læſione ſenſus motuſq́; coniunctæ: ut in Apoplexia & Epilepſia: eæ cauſam habent frigidam cerebri intemperiem, unà cum affluxu frigidi alituius humoris, vias ſubitò obſtruentis: neq; enim aliâs ſubitò invaderent, & ſubitò ceſſarent. hîc cap. 7. Vide etiã quæ de Apoplexiæ & Epilepſiæ Cauſis ſuprà prop. 8. & 75. ſequentibusq́; docuimus.

152. In Caro, Comate Catalepſi, Cataphorâ, Lethargo, debilitatæ ſunt Actiones Principes, Motrices & Senſitivæ: iidemq́; Affectus probantur ortum habere à frigida intemperie cum frigido humore coniuncta. hinc Animalia frigida, hyemali tempore, ſine ſenſu & motu, tanquam ſemimortua in cavernis latent. 3. de Loc. Aff. cap. 5. a. b.

De Actionibus Principibus depravatis.

153. Depravatæ Actiones principes communi nomine, omnes παραφροσύναι nuncupantur: tamquam Deſipientias aut Deliria dicas. Hinc dixit Gal. παραφροσύναι ἁπάσαι πλημμελεῖς ὑπάρχουσι κινήσεις τῆς ἡγεμονικῆς δυνάμεως: i. Omnia Deliria ſunt depravati motus principum facult. Binas autem facit hîc earum differentias, quòd earum aliæ ſint coniunctæ cum febri, & communi

nomine appellentur Phrenitides: Alia febri careant, & Mania nuncupentur. hic cap. 5. d. cap. e. f.

154. *Paulò accuratiùs autem ex 3. de Loc. Aff. cap. 5. d. cap. 7. e. f. præterea 1. Prorrheticorum com. 1. text. 1. item 6. Aph. 13. ea deliria quæ cum febre coniuncta ſunt, diſtribuemus in* παρακοπὰς, *i. mentis errores mitiores, quales ſunt in febrium exacerbationibus, & Phrenitides propriè appellatas. Quæ autem carent febre, in Manias & Melancholias dividemus.*

155. *Commune eſt autem, omnibus quæ cum febre coniuncta ſunt, Delirijs, ut oriantur à calida Cerebri Intemperie, & acribus Humoribus Vaporibusq́ue. Nam quæ* παρακοπαὶ *tantùm ſunt: earum plurima in febrium exacerbationibus oriuntur à vaporibus calidis, calidaq́ue intemperie: Vti & aliqua ex vapore vini meracioris, ad Cerebrum calidius aſcendente. Nec perpetua ſunt huiuſmodi deliria, ſed mitigata febre, coctoq́ue vino, mitigantur, & ſedantur.*

156. *Quæ verò propriè ſunt Phrenitides, ab acribus ſuccis ſanguini permixtis, & Phlegmonem in cerebro, aut eius Membranis efficientibus proveniunt, perpetua exiſtunt, & proinde* ἰδιοπάθειαν *cerebri ſignificant: quo ſenſu dixit Galen:* Ἀγρυπνητικαὶ μὲν αἱ ἐγκαύσεις, κατα φορικαὶ δ᾽ αἱ ψύξεις: *i. Calida Cerebri intemperies vigilias, Refrigeratio ſomnos parit. hic cap. 7. b. 3. de Loc. Affect. cap. 5. a. & 6. Aph. 53.*

De Delirijs febre carentibus.

157. *Ex Delirijs febre carentibus peſſima eſt Mania, quam*

quam 3. de Loc. Affect. loco iam citato θηριώδη, i. ferinam & beſtialem vocavit. Hanc dicit oriri ab acribus ſuccis. Explicat idipſum locis iam citatis, inquiens fieri eam à flava bile ſuperaſſata & in Melancholiam converſa: Hancq́; ſolam verè eſſe Maniam, quæ ex huiuſmodi humore Cerebrum infeſtante efficitur.

158. In hanc ſententiam ait Trallianus, lib 1. c. ultimo: ὐδέν ἐστιν ἄλλο μανία ἢ ἐπίτασις τῆς μελαγχολίας ἐπὶ τὸ ἀγριώτερον: i. Mania nihil aliud eſt, quàm Melancholia quædam ferocior. Paulus lib. 3. cap. 15. idem ſentit. Sub ea comprehenditur etiam Lycanthropia, teſte Aetio, 2. tetrabiblo. ſerm. 2. cap. 8.

159. Mitiora hiſce ſunt Deliria Melancholicorum, quæ Melancholiæ nomine comprehenduntur, & certiſſ: hoc ſigno omnes dignoſci poſſunt, ἢ φόβος ϗ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ: ſi Timor & Triſtitia longo tempore perſeverent, abſque cauſa ſcilicet manifeſta. 6. Aph. 23.

160. Timent enim omnes Melancholici, triſtes ſunt, mœſtiq́;, varia ſibi imaginantur, neq́; mœroris cauſam ſciunt. Aliqui mortem timentes, tamen ſibi mortem conſciſcunt. Idem verò hic timor illis accidit, à Melancholici humoris copia, Cerebri temperamentum ſecundùm ſuam naturam alterante, & rationalis animæ ſedem ceu tenebris afficiente: ut ſicuti tenebris externis pueri terrentur, ita internis anima turbetur. hic cap. 7. a. 3. de Loc. Aff. cap. 7. ff. gg.

161. Contingunt autem huiuſmodi Deliria Melancholicorũ, vel per ἰδιοπάθειαν, abundante bile nigra in ipſa Cerebri ſubſtantia, qualia ſolent eſſe maiora & abſque

Digitized by Google

ullo indicio partium circa ventrem affectarum: Vel per Sympathian aſcendente à partibus circa hypochondria vapore Melancholico & mentem turbante: atq; hæc ſunt mitiora, & cum indicijs earundem partium affectarum coniuncta. ibid. Vide Diſput. anni 1610. theſi 201. & ſequentib.

162. Sed quid ad Auerrhois Obiectionem dicendum fuerit? qui 3. colliget. cap. 40. contra ea quæ hîc dicta ſunt, de melancholici humoris natura, Cerebri ſubſtantiam tenebricoſam quaſi reddente, obijcit, Animæ functiones, non coloris atri ratione mutari: neq; videre animam ea quæ intus ſunt: ſed tantummodo per Oculum, videre ea quæ ſunt foris.

163. Reſpondeo, Auerrhoem primùm facere iniuriam Galeno: tamquam ſi is nigro colori Melancholiæ, primariam cauſam incutiendi Timoris aſcriberet: cùm tamen ille aſſerat, vi huius humoris, alterari Cerebri temperiem: & mutata temperie, mutari animi mores. Itaq; 3. de Loc. Affect loco citato pro fundamento ponit, ex ſententia Veterum, Humores mutare Temperiem, & per eam quoq; animæ Actiones immutari: deinde ibid. dicit, Melancholiam tunc ſerpere in mentem, quando temperiem mutat. Deniq; hic cap 7. coloris nullam facit mentionem.

164. Coloris tamen, loco de Loc. Affect. iam citato mentionem facit: quia animæ Actiones mutantur, & alteratione temperamenti, & abſq; ulla Corporis temperamentiq; alteratione. Alteratione Corporis quidem eo modo, quem iam expoſuimus. Abſque eiuſdem alteratione, ut quando audiendo res iocundas, hilares:

res; & audiendo triſtia, mœſti redimur.

165. Item nónne & Galenus in libello de dignotione ex Inſomnijs, & ante Galenum Hipp. in libro de Inſomnijs docuit, ex bilis abũdantia, ignea inſomnia animæ obverſari: & ex abundantia pituitæ, eidem obverſari inſomnia aquea? Vt hinc manifeſtum ſit, rerum coloratarum formam, poſſe animæ etiam citra oculum, aliquo modo repræſentari.

166. Et ſi velis tibi cauſam demonſtrari, propter quam ater color Melancholiæ in Cerebro abundantis, vim habeat metus triſtitiæque incutiendæ? Quæſo explica tu mihi cauſam, cur tenebræ ambientis nos aeris, ſoleant nos terrere? Aut cur lumen & viridium ſylvarum intuitus nos exhilarare poſſint?

167. Hæc neſcimus, quia ignoramus modum quo principes Actiones fiunt. Quidam Neoterici cenſent ab atro colore metum incuti: quia atro colore Spiritum opacum efficiat Melancholia: perindeq; fieri ut cùm cryſtallinus humor videt res viſibiles, ſub Specie coloris alieni, qui eſt in aqueo humore, aut cornea tunica. Plauſibilia ſunt hæc, ſed incerta.

Vnâ functione principe læsâ, cur reliquæ aliquando conſerventur?

168. Sed omnibus principum functionum læſionibus propter commune ſubiectum, in quo fiunt, etſi contingit, ut læſâ unâ eàrum quacunque, ſimul etiam reliquæ

 ple-

plerumq; lædantur: Cur tamen aliquando etiam accidit, ut unâ læsâ, alia conſervetur? id enim in diſput. anni 1604. theſi 38. & ſeq. oſtenſum eſt.

169. Reſpondeo. Si dixerimus, Imaginationem fieri in parte Cerebri anteriori, Ratiocinationem in media, & Memoriam in poſteriori: Vt Avicen. lib. 3. fen. 1. tract. 4. cap. 7. 15. Auerrhoes lib. 3. Collig. cap. 40. Aëtius ex Poſidonio 2. tetrabib. ſerm. 2. cap. 2. & ex Recentioribus Syluius in Comment: de ſignis medicis, fol. 70. itemqúe alij: cauſam huius rei facilè explicabimus: quæ enim ſedibus differunt Actiones: earum una lædi poteſt, aliâ conſervatâ.

170. Sed Galenus nuſquam docuit, has facult. diſtinctis ſedibus in Cerebro eſſe collocatas. Imò verò hoc docuit, Actionis earum modum tàm eſſe obſcurum, ut inde de earum ſede nihil colligi queat. 3. de Loc. Affect. cap. 4. a. Cenſeo equidem de hac re ab eo nihil eſſe dictum, quòd cognitu ſit impoſſibilis: & ſi cognoſcatur, nullum habeat uſum ad medendum: quia omnia topica, ſemper ſutura coronali adhibenda. 3. Meth. cap. 22. h.

171. Argent: in libro de cauſis ſympt. cap. 3. docet hoc evenire propter diverſum Actionis modum. Cui ego reſpondeo: ſi Modus ille Actionis earum, nobis eſſet cognitus: approbandam Argenterij rationem: ſed quia eſt penitus ignotus: idcirco ex eadem nihil penitus diſcimus. Idipſum cognoſces meliùs, legendo quæ Ariſt. lib. 3. de Anima cap. 4. docet.

172. Pro-

Digitized by Google

172. Probabilior eſt Fernelij ratio, qui lib. 6. Phyſiologiæ cap. 15. docet, In vehementibus Delirijs, omnes tres principes functiones ſimul lædi. In mitioribus, lædi eas, quæ fuerint imbecilliores: fortiores illæſas conſervari.

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

TERTIAE PARTIS PATHOLOGIAE

CAPVT IIII.

De

Cauſis Symptomatum, penes læſas Actiones naturales, immoderatas Excretiones, Retentiones, Affectusque corporis conſiſtentium.

Ex

Diexodica Enarratione lib. 3. de Cauſ. Sympt. excerptum, digeſtumq; in Theſes, menſtruis Anni 1607. Diſputationibus dicatum.

Ad antiquiß. Nobilitatis Moraviæ, ampliſſimaq; ſpei adoleſcentes, D. Vdalricum & Ioan. Zabradecky à Zabradeck, & D. Bernardum à Boukouka.

Reſpondentibus,

D. Paulo Virdungo Kittingenſi Franco.
D. Benedicto Coccio Baſilienſi.
D. Michaele Gehlero Gorlicenſi Luſato.
D. Ioanne Guolffgango Krapffio Moguntino.
D. Melchiore Schönvvaldero Aurimontano Sileſio.
D. Leodegario Huobero Schaphuſiano.
D. Gregorio Mättigio Budiſſino Luſato.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio I.

De primæ Concoctionis Læſionibus.

THESIS I.

TRia eſſe præcipua membra totius Pathologiæ, oſtenſum à nobis eſt prop.3. primæ partis eiuſdem. Vnũ ſcilicet de Sanitatis ac Morbi eſſentia, primisq; Morborum generibus. Alterum de Præcipuis Morborum cauſis. Tertium, de Symptomat. eſſentia, differentijs ſimul & cauſis. Cæterùm quia tertium hoc membrum, quatuor capita obtinet; Primum de eſſentia & differentijs Symptomatum: Secundum de cauſis læſarum Actionum ſenſitivarum: Tertium de cauſis læſarum Actionum motricum & principum: Quartum de cauſis læſarum Actionum naturalium, Excrementorum mutationis, & affectuum Corporis; Idcircò cùm de reliquis antè egerimus: de ultimo hoc capite, in ſequentis huius Anni diſputationibus diſſeremus: Præcipuè ex diexodica noſtra enarratione libri 3. Galenici de Sympt. cauſis: Cuius libri ductum ſequentes, ea quæ forte deſiderantur, aliunde ſupplebimus.

2. Ad cauſas naturalium functionum explicandas, accedentes, auſpicabimur à triplici concoctione: quarũ prima in Ventriculo, Chylus; Secunda in Hepate & Venis, Sanguis; Tertia in habitu Corporis nutritio perficitur: & ex modo, quo harum quæq; ſecundùm Natu-

ram perficitur, earum læſionis cauſas indagare conabimur. hîc cap.1.c.

3. Concoctionem verò, præſertim primam, Eraſiſtratus, eiusq́ discipuli τῷ τρίβειν, id eſt, conterendo cibos in ventriculo: Pliſtonicus Praxagoræ diſcipulus, & Empedocles, τῷ σήπειν, id eſt, putrefaciendo: Alij à quadam ſpiritus proprietate eam fieri docuerunt. Ex quo ſequitur, ut ſicuti bona ciborum in ventriculo contritio, aut corruptio bonam concoctionem facit: Ita ſi aut omninò non conterantur aut putreſcant, vel debiliter aut pravè conterantur aut putreſcant: ita ſecundùm hos concoctionem aboleri, debilitari aut depravari. ib. item lib.2. de Natur. facult. cap.8.c. item in libro definit. Medicarū, in concoct. definitione. item Celſus in Proemio lib.1.

4. Hippocrates, Ariſtoteles & Galenus, quos nunc ſequimur, Concoctionem omnem fieri aſſerunt, ut Celſus loco iam citato loquitur, à Calore: aut ut Galen. hîc cap.1.c. inquit, ὑπὸ τῆς γαστρὸς ὁμοιούσης ἑαυτῇ τὰ σιτία, id eſt, ventriculo, vi proprij temperamenti alterante cibos, eosq́ in familiarem ſibi qualitatem transmutante. Idipſumq́ copioſiùs demonſtratur 1. de Natur. facult. cap. 3. lib.2. eiuſdem operis, cap.8 9. item 2. Meth. cap.4.

5. Quo poſito ſequitur, Læſam Concoctionē conſiſtere penes ἀποτυχίαν τῆς ἀλλοιώσεως, i. fruſtrationē huiuſmodi alterationis ciborum, quæ in familiarem ventriculi qualitatem, mutari debebant. Et ſiquidem planè non alterentur: ita ut vomitu aut ructibus percipiatur nativus eorundem ſapor: tunc propriè Ἀπεψία Græcis dicitur, Latinis Cruditas & Concoctio abolita. Si tardè & non

non ſufficienter, Βραδυπεψία vocatur, i. Concoctio debilis. Si mutentur cibi in pravam qualitatem, ut ex vomitionibus aut ructibus percipiatur qualitas quadam adverſa, nidoroſa, lutoſa, virulenta, piſcolenta, aut ſimilis alia aliqua: Concoctio eſt depravata, qua conſiſtit ἐν ταῖς διαφθοραῖς τῶν σιτίων, *id eſt, penes ciborum corruptiones. hîc cap. 1. c. b. a.*

6. Cauſa verò læſæ quocunque modo ventriculi concoctionis, in univerſum duplex eſt. Nempe δύναμις αὐτὴ πεπονθεῖα, ἢ ἔξωθεν τις πλημμέλεια: *i. quòd vel ipſa concoctrix facultas patiatur: aut quòd etſi ipſa nil patiatur: impediatur tamen aliquo errore externo. ibidem. item 1. de Loc. Affect. cap. 3. diverſis verbis, tamen idem dicitur.*

7. Ventriculi concoctrix facultas duobus modis poteſt pati, ἤτοι διὰ τὴν ἑαυτῆς οὐσίαν, ἢ διά τι νόσημα ὀργανικόν: *i. vel in propria eſſentia, ob intemperiem ſcilicet ventriculi aliquã, calidam præcipuè aut frigidam, ſimplicem aut compoſitam: aut ab inſtrumentali aliquo morbo, Phlegmone, Scirrho, & ſimilibus. A quibus organicis morbis, ſi ſint tantùm organici, impeditur inſtrumentalis Actio conſtrictoria, quo cibos debet amplecti. Sin adiuncta ſit Intemperies: tunc utroque modo lædere poſſunt. hîc cap. 1. d. & 2. Meth. cap. 4.*

8. Externi errores quibus cõcoctio læditur, tribus præcipuè capitibus continentur: nempe ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα περιττώμασιν, ἐν τοῖς σιτίοις, ἐν τῷ χρόνῳ τῶν ὕπνων: *i. in ventriculi excrementis, cibis, ſomni tempore. hîc c. 1. d. e. item 1. de Loc. Affect. cap. 3. b. c.*

9. Ventriculi excrementa ſunt pravi humores, præſertim

tim bilioſi, aut pituitoſi, in ventriculo geniti aut in eundem influentes aliunde, qui cibis permixti eos corrumpunt. ibid. item 2. de temperament. cap. 6. c. d. item 1. de Loc. Affect. cap. 3 b c.

10. Somni tempus concoctionem lædit, ſi ſit brevius quàm deceat. Vt enim in ſomno animalis facultas, propè tota quieſcit: ita naturalis potentiùs agit, concoquendo, nutriendo, vires reſtaurando. ibid. & 1. de cauſ. ſympt. cap. 8. item 4. de tuenda ſanitate cap 4. d d.

11. Cibi læſæ primæ concoctionis cauſa eſſe poſſunt quatuor modis. I. διὰ τὸ πλῆθος ἄμετρον. II. διὰ μοχθηρὰν ποιότητα. III. δι' ἀκαιρίαν. IV. δι' ἀταξίαν. Id eſt, Ob nimiam copiam qua calor obruitur. cap. 3. de cauſ. morb. Ob pravam qualitatem, quia tales ſunt, qui nequeant in bonum ſuccum converti. Quòd intempeſtivè ſumantur: ante quam ſcilicet priores fuerint concocti, aut ante exercitationem. Quòd malo ordine ſumantur, ut ſi primò difficiliores: poſtea leviores ſumantur. ibid. item 2. de Aliment. facult. cap. 22. item 1. de victu acut. text. 18. & 1. de Nat. humana text. 36.

Læſæ primæ concoctionis differentias cauſasq; ut diſtinguere oporteat?

12. Apepſiæ omnimodæ coniecturam ſumimus, à nimia quantitate cibi ingeſti, præſertim concoctu difficilis. Eiuſdem verò indicium tibi erit, ſi ex vomitu aut ructu, naturalis cibi aut potus qualitas percipiatur. hîc cap. 1. b. a. f. Debilis concoctionis indicia ſunt acidi ructus, clydones & flatus, cita atq; humida deiectiones. ibidem,

d:m, & cap. 4. de Sympt. differ, b. a. Depravata Concoctionis argumenta habes ex ructibus aut vomitionibus, nidoroſis, fumoſis, piſcolentis, lutoſis, virulentis, item ex deiectionum graveolentijs. ibid.

13. *Intemperiei frigidæ ſigna ſunt, ſi cibi ſumantur boni, & tamen fruſtretur* Concoctio. *item ſi ſiti careant.* Calidam *intemperiem ex ſiti & corruptione cognoſces: item ex ructibus virulentis, nidoroſis: item ſi adſit ἔγκαυσις Galeno dicta, quam Germani* Sodt *nominant. ibidem, & 8. de Medic. ſecund locos, cap. 3.* Humores ventriculo *innatantes, ex ijs quæ vomitu reijciuntur, dignoſcemus: prout ſcilicet illa fuerint bilioſa, acria, amara, pituitoſa: item prout ſitient atq; ἔγκαυσιν patientur ægri, aut non patientur. Vti econtrà ex nauſea inani, humores tunicis ventriculi immerſos eſſe conijciemus. 2. de temperam. cap. 6. c. d. & 2. de Nat. facult. c. 9. f. g.*

De ſecunda tertiaq; Concoctione.

14. *Secunda* Concoctio *abolita dicitur cùm humores in venis* παντάπασιν ὠμοὶ, *id eſt, planè crudi fuerint. Debilis* κατὰ τοὺς ἡμιπέπτους χυμοὺς, *id eſt, circa ſemicoctos humores conſiſtit. Depravata* ἐν ταῖς κακοχυμίαις *ſita eſt, quæ vitioſi humores continentur.*

15. *Et in ipſo corporis habitu, tertia* Concoctio *abolita, itidem circa crudos, debilis circa ſemicoctos, depravata circa vitioſos ſuccos conſideratur: quatenus ſcilicet hi per* πρόσθεσιν καὶ πρόσφυσιν *apponuntur & agglutinantur. Quatenus autem* Aſsimilatio *(quæ tertiæ* Concoctionis *eſt veluti complementum,* Nutritionem *immediatè*

mediatè efficiens) non ſit, Atrophia ſequitur: ſi debiliter ſit, macilenti evadunt. Depravata in Leucis, Elephantiaſi, Scabie, Pſora, Ictero, Hydrope, & ſimilib. cernitur. Item cùm ex malè aſſimilato alimento carnes evadunt οἰδηματώδεις, φυσώδεις, ὑδρώδεις, id eſt, tumidæ, flatuoſæ, aquoſæ. hîc cap. 1. f. g. cap. 2. h. a. & ſequentibus.

16. Quamvis enim Alimenti propria natura ſit, ut alteretur vincaturq́; ab eo quod nutritur: tamen quia omne Agens viciſſim patitur: magnam vim habent Alimenta, ad immutandam corporis conſtitutionem: non in homine tantùm, ſed etiam in cæteris Animalibus. ibidem.

17. Cauſæ utriusq; harum læſionis, cum cauſis læſæ cōcoctionis primæ, genere eædem ſunt, quamvis diverſis nominibus, earum aliquæ hîc nuncupentur. Nempe ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως, καί τις ἔξωθεν πλημμέλεια, id eſt, debilitas facultatis concoctricis in Hepate, Venis & Corporis habitu: deinde Errores externi. ibidem.

18. Ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως dividitur in οἰκείαν καὶ μὴ οἰκείαν, id eſt, propriam & non propriam: quarum illa Intemperiei, hæc circa morbos inſtrumentales conſiſtit. Nam etſi Hepar, Venæ ac Corporis ſolidæ partes laborēt Intemperie, læditur ſanguificatio atq; nutritio, ut in febricitantibus apparet. Nec minùs etiam lædi poſſunt propter aliquam obſtructionem Hepatis, Venarum aut aliarum partium: multoq́; magis ſi utrumq; genus cauſæ coniungatur, ut in Hepatis Phlegmone, Scirrho, & ſimilibus cernitur. ibid.

19. Errores externi quadruplices ſunt: penes τῆς τροφῆς

φῆς πλημμέλειαν, Ἔνδειαν, τὰ ἐπιτιδεύματα ἢ τὰ ἔξωθεν προσπίπτοντα; id eſt, Alimenti pravitatem, Indigentiam, vitæ genus, & quæ forinſecùs accidunt, conſiſtentes. hîc cap.1.g. & cap.2.h. Nam Indigentia ipſa parit Atrophiam.

20. Et quemadmodum per os ſumptus cibus malus, aut malè præparatus, à ventriculo non benè cõcoqui poteſt: ita neq; ſi ex ventriculo in Hepar ac Venas Chylus imperfectè coctus nimiúsve; aut ex Hepate ac Venis, crudi, pravi aut nimij humores, in habitum Corporis diſtribuantur, rectè concoqui poterunt, quòd ſecunda Concoctio non corrigat vitia primæ, neque tertia vitium ſecundæ. ibidem, & 4. de tuend. ſanit. cap.11. Repletur verò Corpus facilè huiuſmodi crudorum humorum copiâ, ſi eſuriens affatim te cibo repleveris, aut ſi poſt copioſum cibum laveris aut multùm te exercueris, ibid.

21. Per τὰ ἐπιτηδεύματα ἢ ἔξωθεν ἐμπίπτοντα intelligit non tantummodo ſomnum & vigiliam, ſed etiam omnis generis actiones & exercitia, pro diverſo vitæ genere cuiq; conſueta, per quæ calor augetur, minuitur, excrementa vacuantur aut retinentur. Poſſuntq; huiuſmodi exercitia duplici modo nocere, nempe δι' ἀκαιρίαν ἢ ἀταξίαν, id eſt, ſi intempeſtivè aut non convenienti ordine inſtituantur. Vt ſi poſt cibum laves: poſt lotionem corpus exerceas: quorum altero crudi humores in corporis habitum attrahuntur: altero nimiùm inanitur corpus. ibidem.

Diſpu-

Diſputatio II.

De cauſis læſarum reliquarum Actionum naturalium, præcipuè ex cap. 2. huius libri.

22. Vt Concoctio rectè fieri poſſit, neceſſe eſt materiam quæ concoqui debet, & attrahi in partem concoquentem; & in eadem retineri, donec peracta ſit concoctio: eáq; perfectâ expelli illa, quæ ſuperflua ſunt. Itaq; qualiter hæ Actiones lædantur, & à quibus cauſis: deinceps docebimus, à Ventriculo exorſi, deinde ad reliquas partes tranſeuntes.

23. Retinentur autem in Ventriculo ſecundùm naturam ſe habente, Cibi & Potiones, τῷ περιστέλλεσθαι, id eſt, dum ipſe ſe circa illos undiq; conſtringit, eos ſive multos ſive exiguos undiq; tangit, ut unitus iis quaſi videatur: Idq; tandiu, donec facta ſit concoctio. Ex quo ſequitur, ut ſive non ſufficienti tempore debiliterq; ; ſive omninò non eos conſtringat: ſive depravatè id faciat, ſemper læſa ſit Retentio, & Concoctio impediatur. hîc cap. 2. b. c. item 3. de Nat. facult. cap. 4.

24. Non ſufficienti tempore durantis debilisq;, aut abolitæ Retentionis Ciborum in Ventriculo, propria Symptomata ſunt Clydones. Flatulentiæ, Vomitiones, cita dejectiones. ibidem, item 6. Aph. 1. hîc cap. 2. b h.

25. Clydones Latinis Medicis Fluctuationes dicuntur, & fiunt quando Ventriculus non complectendo undiq; Cibos ac Potiones, laxumq; ſpacium relinquens, permittit,

mittit, ut quæ in eo ſunt humida, pro figurarum varietate, ex loco alio in alium tranſire, ac fluctuantium ſonitus edere queant. ibidem.

26. Flatus qui ructibus & Tenſione percipiuntur, fiunt à cibis naturâ flatulentis, Ventriculoq; non admodum refrigerato. Clydones ab intemperie Ventriculi frigidiore, & cibis qui minimè ſint flatulenti, oriũtur. Poteſt quoq; omnis magna Intemperies, præſertimq; calida aut frigida, ut Retentionem, ita Concoctionem, Attractionem & Expulſionem lædere. ibidem. Tumores præternaturales deniq;, ut Concoctionem, ita & Retentionem lædunt. Vide ſuperius prop. 7.

27. Depravata ciborum Retentio in ventriculo fit, quando is ſe circa cibos conſtringit, ſed τρομωδῶς, παλμωδῶς ἢ σπασμωδῶς, id eſt, cum quodam veluti Tremore, aut Palpitatione, aut Vibratu, aut Convulſione.

28. Palpitatio propriè poteſt cadere in ventriculum, uti etiam Vibratus, eo tempore ſcilicet, quo univerſum Corpus Rigore concutitur, ut apparet cap. 4. de Sympt. differ. b. Convulſioni quid ſimile obtinet in ſingultu. Tremoris itidem ſimile quid obtinet in nauſea & motibus, qui ad vomitum irritant, ſive id fiat inter deglutiendum ea quæ ſunt ingrata: ſive poſtquam fuerunt deglutita. ibidem.

29. Expultricem ventriculi aboleri, rarum eſt, unde illius ne mentionem quidem fecit: quandoq; tamen ex nimia repletione, aliquid illi contingit tale, ut ex nimia repletione etiam accidit veſicæ: unde ſuffocari tales ſubitò oportet. hîc cap. 2. bbb.

30. Depravata Expulſio fit, quoties ventriculus, vel

citiùs quàm oportuit, vel maiori cum impetu, vel per loca minùs convenientia expellit. Cuiuſmodi exempla ſunt in Singultu, Nauſeis, Vomitionibus, Lienteriis, Choleris.

31. Differt Singultus à Vomitu & Nauſeis, primò, quòd vehementior eſt. Secundò quòd ea quæ in ſubſtantia ventriculi, præſertimq; illâ quæ circà ſuperius Orificium moleſta ſunt (ſive calida & mordacia, ſive refrigerantia) reiicere conetur: cùm per Nauſeam & Vomitionẽ, ea quæ in Capacitate continentur aggravãtq;, excernere nitatur. cap.2.b.c. & 6.Aph.39. De Choleris & Lienteriis poſtea in tertio genere Sympt. dicetur. Vide infrà prop.106.

De Attractrice Ventriculi.

32. Ventriculum deglutiendo trahere cibos & potiones ex ore per Oeſophagum ad ſeſe, & quomodo eadem attractio fiat, demonſtratum eſt in ſecunda diſput. de Natur. facult. prop.30. & ſequentibus. Cùm verò eadem tractio poſſit aboleri, debilitari aut depravari: quomodo idipſum, & ex quibus cauſis accidat, deinceps docebimus.

33. Abolita Ventriculi Tractio eſt in eo affectu, qui vocatur παράλυσις τȣ̃ ϛομάχȣ, i. ventriculi paralyſis. hîc cap.2.d. In quo affectu ita ſe habet ventriculus ad naturalem, quæ deglutiẽdo fit, Tractionem, ut muſculus reſolutus ſe habet ad motum voluntarium. Debilis eſt tractio, quando vix deglutire poſſunt, in magna virium imbecillitate, lethalibusq; morbis.

34. Vtriusq;

34. Vtriuſq; horum cauſa eſt intemperies magna, præcipuè calida, ut in lethalibus febribus, quandoq; etiã frigida, ut prop. 6. & ſequentibus eſt oſtenſum, de eiuſdẽ ventriculi concoctione. Idem præſtant quandoq; morbi organici, ut germen aliquod in Oeſophago natum: Item ſi quid inter deglutiendum gulæ intus adhæſerit: ſpina ſcilicet, hirudo, aut aliquid ſimile: præterea exulceratio aut vulnus, fortuitò aut arte factum. Cuiuſmodi exemplum vide 3. de Nat. *facult. cap. 8. f.*

35 Depravata deglutitio eſt ea quæ fit τρομωδῶς, παλμωδῶς, σπασμωδῶς, κλονωδῶς: *de quibus motus differentijs, qui qualeſq; ſint in ventriculo conſiderati, & unde fiant, antè prop. 28. docuimus.*

Diſputatio III.

De læſa Inteſtinorum functione expultrice.

36. Inteſtina non opus habuerunt Attractione, qua in propriam cavitatem ex ventriculo quicquam traherẽt: quia ventriculus, id quod per Oeſophagum ex ore attraxerat, peractâ primâ Concoctione, aliàs per Pylorum in ea pellat: ſed ſolâ Expultrice opus habuerunt, quæ ſuſceptam à Vẽtriculo materiam, ſenſim per ſuos anfractus deorſum protruderent, ut tandem per alvum excernerentur. Ad retinendam verò eandem materiam, ſufficiunt ijs Anfractus. Itaq; etiam ſolis tranſverſis fibris in utraq; tunica, inſtructa ſunt. hîc c. 2. d. item 3. de Nat. *fac. c. 8. b. & 4. de uſu part. c. 8. 17. 6. de Loc. Affect. c. 3. b.*

37. Huiusmodi excretrix earum functio aboletur, aut debilitatur cùm ob Intemperiem, tùm organicum aliquem affectum. Ex utriusq; generis Affectibus eſt, Stercus durum in aliquo earum anfractu, calore nimio induratum impactumq́; : item Phlegmone Ilei : nimia repletio ab ijs, quæ ex corporis habitu, in Inteſtina influxerunt, eaq; nimiùm diſtendendo, vim conſtrictoriam reſolvunt : perinde uti etiam veſicæ, ex nimia repletione contingit. hic cap. 2 e. bbb.

38. Depravatur primùm ob nimiam quantitatem, & pravam qualitatem eorum quæ excernuntur: de quorum cauſis agemus infrà prop. 97. & ſequentibus. Secundò ſi per vias inordinatas fiat Excretio, veluti ſi ſurſum excernatur, quod debebat deorſum tendere. Tertiò ſi fiat cum dolore, ut in Dyſentericis propter exulcerationem.

39. Surſum excernitur, quod deorſum ferri oportebat, aliquando Clyſter, Stercus, Crepitus, humor aliquis acris : ob præpoſterum motum fibrarum, qui naturaliter debebat incipere loco ſuperiori, & conſtringendo Inteſtina, propellere deorſum Excrementa : Præpoſterè verò incipit loco inferiori : & ſurſum propellit. Eiuſdem verò præpoſteri motus cauſa eſſe poteſt aliquando Sphyncter, motu voluntario vehementiùs ſe conſtringens: partim Phlegmone alicuius Inteſtini. hîc cap. 2. e.

De læſa Anadoſi.

40. Ἀνάδοσις, eſt Alimenti, ex ventriculo per Venas Meſaraicas ad Hepar: deinde ex Hepate per alias Venas,

in

Digitized by Google

in omnes Corporis partes diſtributio: quæ omnium nutriendarum partium attractor â facultate potiſſimùm fit, ut in ſecunda diſput. de Natur. facult. prop. 19. & ſequentibus oſtenſum eſt.

41. Abolitam hanc aut debilitatam ſequuntur liquidæ deiectiones cum Chylo permixtæ: præcipuè ſi fiat ratione Hepatis non attrahentis Alimentum: item Atrophia. Per depravatam, nimiæ quantitatis, aut pravæ qualitatis, crudúmve Alimentum trahitur in habitum Corporis, unde vitioſa Nutritio & Cacochymia oritur: cuiuſmodi eſt in Pſoris, Scabie, Leucis, Elephantiaſi, aliisq́; Affectibus, quibus cuiuſq; partis caro, non obtinet ſuam naturalem qualitatem, ſed pro ratione vitioſi alimenti alteratam. hic cap. 2. h. a. item cap. 4. de Sympt. diff. 5. de Loc. Affect. cap. 7. cc.

42. Omnis verò huiuſmodi Læſionis cauſa, aut intemperies eſt partium quæ trahere Alimentum debebant: unde contingit febricitantes, præſertimq́; hecticos, conſumi, non attracto ob febrilem calorem alimento, neq; aſſimilato. Aut propter obſtructionem viarum, aut ob Alimenti cruditatem: quæ rurſus iuvantur externis Erroribus, ut ſi poſt multam famem, cibis quis affatim ſe repleat, poſt cibos lavet, aut ſe vehementiùs exerceat. hic cap. 2. f. item 2. de tuenda ſanit. cap. 2. d. e. & lib. 4. cap. 11.

De læſæ τῆς τῶν περιττωμάτων διακρίσεως Cauſis.

43. Διάκρισις τῶν περιττωμάτων, *i. Excrementorũ*

quæ in ſecunda Concoctione generantur cum Sanguine, Separatio, talis eſt Actio naturalis, qua Sanguinis maſſa à ſuis Excrementis expurgatur, ut nutriendo corpori idonea eſſe queat.

44. Huiuſmodi Excrementa ſunt primò Serum, deinde bilioſi, tertiò melancholici humoris portiones quædam deteriores: quarum τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον μόριος ἀποτίθεσθαι, ὅσον καὶ οἷον, εἴπερ εἰς ὅλον ἠνέχθη τὸ σῶμα, βλάβην τινὰ ἂν εἰργάσατο: id eſt, talis tantaq́ portio ſeparatur, quanta & qualis, ſi cum ſanguine ferretur in corporis habitum, noxam aliquam pareret. hîc cap. 2. g. h. 2. de Natural. facult. cap. 9. dd. item 5. de uſu partium cap. 5. 6.

45. Eandem verò Expurgationem Sanguinis, in ſecunda diſp. de Nat. fac. prop. 16. & ſequentib. docuimus fieri Renum, Veſicæ biliariæ & Lienis vi tractoria, quâ Renes ipſi Seroſitatem, tãquam familiare quid ex ſanguine ad ſe trahunt: & poſtmodum in Veſicam vi excretoria tranſmittunt. Lien Melancholicum humorem attrahit, eoq; nutritur, reliquias verò in fundum Ventriculi excernit. Veſica bilis, ubi bilioſum attraxit, eum poſtmodum tranſmittit, in duodenum Inteſtinum.

46. Cæterùm aut omninò, aut non ſufficienter expurgari talia Excrementa: cognoſcere licet ex Symptomatibus, quæ inde conſequuntur. Verbi gratiâ: Si bilis non expurgetur, Icterus fit. Si eadem non expurgata, in certas quaſdam partes decubuerit; Eryſipelata & Vlcera ſerpentia facit. Ex nigra bile toto Corpore abundante, fit Icterus niger, Elephãtiaſis; ſi in unam quampiam partem decumbat, Cancer oritur. Pituita aut ſeroſus humor,

humor, toto corpore abūdātes, Aſcitem aut Leucophlegmatiam: in certas partes decumbētes, Oedemata producunt. hîc cap.2 g.h. de Sympt. diff. cap.4.d. item 5. de Loc. Affect. cap.7.b.c.

47. Cauſam, ob quam non expurgantur, referre oportet in Intemperiem Lienis, Veſicæ fellis, aut Renum: partim, in obſtructionem viarum, per quas quæq; harū partium trahit ſibi familiare Excrementum, aut per quas attractum excernit: aut deniq; in nimiam cuiuſq; horū Excrementorum abundantiam: quæ aut ratione alimēti, aut ratione hepatis calidioris, ſiccioris aut frigidioris, evenire poteſt. ibidem, & 2. de Natur. fac. cap. 9. c.d. item 3. Aph. 22. c.

Diſputatio IV.

De Cauſis Sympt. circa immodicas Excretiones & Retentiones conſiſtentibus.

48. Hactenus cauſas enarravimus eorum Sympt. quæ, penes læſas Actiones animales & naturales conſiſtunt: Superſunt adhuc bina Sympt. genera, nempe Διαθέσεως τοῦ σώματος καὶ τὰ ἀμφοτέροις ἑπόμενα: i. Affectus Corporis, & quæ tàm ex læſis Actionibus, quàm quæ ex Affectibus Corporis morboſis aut Symptomaticis conſequuntur, & quæ tertium genus Symptom. conſtituere dicuntur, penes immoderatas Excretiones, & Retentiones potiſſ. conſiſtens.

49. Hoc genus, etſi tertiū locum obtinuerit, in prima Sympt. diviſione, cap.2. de differentijs Sympt. propoſitâ:

tamen hîc à Galeno Affectibus Corporis præmittitur, & mox ſubiungitur læſarum Actionum Symptomatibus, διὰ τὸ ἐγγῦς εἶναι: *i. quia ſunt illis vicina cognataq́ue: adeoq́ue ex ipſis, maiori parte conſequuntur: deinde longè plura ſunt, maioriſq́ue momenti, quàm Affectus Corporis. hîc cap. 2. ee.*

50. Etſi autem multæ ſint eorum differentiæ: tamen omnium cauſas cenſet Galenus, ad quatuor horum generũ aliquod revocari poſſe: nempe βλάβην τινὰ δυνάμεως: ἐρεθισμὸν ἄκαιρον: πλημμελῆ κίνησιν ἐπεγείρουσαν τὴν δύναμιν: ὀργάνου τινὸς ἀναστόμωσιν, ῥῆξιν, διάβρωσιν: *id eſt, læſam aliquam facultatem, uti cùm læsâ Ventriculi Retentrice, ſequitur Lienteria: Irritationem intempeſtivam, ut cùm oneroſa quædam aut adverſa in Ventriculo contenta, eum irritant ad vomitum: Pravũ motũ, ut ſi mulier ex caſu aut ſaltu, aborſum patiatur: Organi alicuius, v. g. Venæ, Arteriæ, apertionẽ, ruptionẽ, aut eroſionem, unde ſequitur Hæmorrhagia. ibidem.*

51. Cùm autem triplex ſit in univerſum genus eorũ, quæ præter naturam excernuntur, aut retinẽtur in corpore, eò quòd ἢ ταῖς ὅλαις οὐσίαις, ἢ ταῖς ποιότησιν, ἢ ταῖς ποσότησιν ἐξίστασθαι τοῦ κατὰ φύσιν: *id eſt, aut toto genere, aut quantitate, aut qualitate Naturæ modum excedunt, ut ex cap. 6 de ſympt. differ. nos tertia parte pathol. c. 1 prop. 81. & ſequent. oſtendimus: Galenus doctrinã de earum cauſis ab iis hîc orditur, quæ toto genere præter naturam excernuntur, ipſis ſcilicet Hæmorrhagiis.*

De cruentis Excretionibus.

52. Per Hæmorrhagias excernitur Sanguis purus, impurus,

purus, bilioſus, pituitoſus, melancholicus, purulentus, craſſus, tenuis ſpumoſus, floridus, copioſus, exiguus: item ex vulnere, contuſione, punctione: item ex ſuperficie aut corporis profundo, per os tuſsiendo, ſcreando, vomendo, ſpuendo: per nares, per aluum, per urinarios meatus, per uterum. De quarum Hæmorrhagiæ ſpecierum præcipuarum cauſis, deinceps diſſeremus.

53. Omnis autem Hæmorrhagia in univerſum, undecunque prodeat, immediatæ cauſæ ſunt, Ἀναστόμωσις *(ſub qua* διαπήδησις *etiam comprehenditur, 3. de cauſis ſympt. cap. 2. gg.)* Ῥῆξις, διάβρωσις*: i. Apertio, Ruptio aut Eroſio. Sed tamen ut evidentiores ſunt Hæmorrhagiæ quæ fiunt ex vaſis ſanguinis: ita ad eadem quoque Vaſa, eædem hæ cauſæ, & præſertim* Ἀναστόμωσις*, pertinent, magis propriè, quàm ad alias partes. hîc cap. 2. ee. & 5. Meth. cap. 2. b.*

54. Ἀναστόμωσις *autem rurſus fit* τῆς περισταλτικῆς ἐνεργείας ἀρρωστούσης, ἢ τῆς ἀποκριτικῆς ἀμέτρως κινούσης*: i. quòd Retentrix facultas vaſorum ſit debilitata, aut Excretoria immodicè concitata, aut utriuſque ratione. de Sympt. diff. cap. 6. a. Nec diverſum eſt, quòd hîc cap. 2. gg. eandem fieri inquit, partim ab iis quæ ora Venarum irritant, partim ob ſanguinis copiam, quæ retineri nequeat: nonnunquam robore Naturæ, expellentis ea, quæ moleſta ſunt.*

55. Ῥῆξις *partim ab externis Cauſis dependet, quas Galenus* τῶν ἔξωθεν πληγῶν *nomine omnes comprehendit: nempe ab aliquo calcitrante, verberante, item caſu ab alto, vehementi motu, ſaltu, vociferatione: Partim ab internis, quales ſunt ſanguinis copia, vaſorum debilitas,*

 tenui-

tenuitas aut durities. διάβρωσιν imprimis efficit τὸ αἷμα κακῶς διακείμενον, i. ſanguis mali ſucci, quo acres humores, ad erodendum apti continentur. ibid.

56. Hæ generales & immediatæ cauſæ cruentarũ excretionum, in aliis atq; aliis partibus variantur: eò quòd aliquando hæc, aliquando illæ; item & modò una, modò plures effectum producant: item quòd modò ab his, modò ab illis præcedentibus cauſis oriantur, ut in ſequentibus apparebit.

De cruentis Excretionibus per alvum factis.

57. Quæ per anum prodeunt cruentæ Excretiones (nam ab his incipit Galenus) earum quinq; ſunt in univerſum differentiæ. Nam aliquæ ex Venis proximis proveniunt, quæ Hæmorrhoides vocantur, & quarum hîc Gal. nullam fecit mentionem. Aliquæ, ex profundiori inteſtinorum craſſorum aut tenuium interna cavitate, per dyſenterias propriè dictas. Aliæ ex hepate in hepaticis affectib. Aliæ itidem ex hepate ob impeditam diſtributionem. Aliæ deniq; ex habitu corporis per αἱματηρὰς δυσεντερίας Hippocrati dictas.

58. Hæmorrhoides ſunt ora Venarum, ex ramo Venæ portæ, intra anum, quæ tamquam ex capitulis ſurgentia, ſæpè ſanguinem fundunt. Nam ubi repletæ eæ Venæ fuerint: capita earum ſupereminent, & partim à duro ſtercore excreto compreſſa, partim ipsâ ſanguinis copiâ diſtenta, ſanguinem effundere coguntur. Et quæ ſanguinem fundunt, apertæ Hæmorrhoides: quæ verò

tumidæ

Digitized by Google

tumidæ dolorem efficiunt, citrà ſanguinis effuſionem, cæcæ vocantur. Hipp. de Hæmorrhoidibus. Celſus lib. 6. cap. 18. Avicen. lib. 3. fen. 17. cap. 2. Veſal. lib. 5. cap. 15.

59. *Vt autem Hæmorrhoidum fluxus varius eſt, ita etiam ab aliis atq; aliis cauſis oritur. Nã qui eſt moderatus, hominemq; à multis morbis præſervat: is oritur partim à ſanguinis, ſive fæculenti, ſive abundantis, copiâ: Partim à robore Naturæ, ſeſe ab hoc onere, per huiusmodi Venarũ* Ἀναςόμωσιν *liberante. cap. 4. libri de atra bile. item 6. Epidem. com. 3. text. 37. item com. 5. text. 25. item 2. de Nat. facult. cap. 8. a.*

60. *Immoderatus Hæmorrhoidum fluxus, qui corpus refrigerat, Cachexiam, Hydropemq; tandem efficit, oritur ob ſanguinis in has Venas impetum, quo nimis aperiuntur. Idq; contingit ſi corpus interim dum fluunt, nimiùm conquaſſetur: ſi ſanguis ſit tenuior: ſi poſt moderatam fluxionem, non convenientibus medicamentis claudantur. ibidem.*

61. *Moderati fluxus omnimoda ſuppreſſio, ferè eadem incommoda producit, ut fluxus nimius: & ſupprimuntur omninò Hæmorrhoides plerunq; Medicamentis, quibus homines ab huiusmodi fluxu liberari cupiunt. 6. Aph. 12. Paulus lib. 3. cap. 59. Plura de Hæmorrhoidib. vide in Diſput. Anni 1613. theſi 40. & ſequentibus.*

62. *Altera cruenta & per alvum facta excretionis differentia, fit per Dyſenterias propriè appellatas, non fientes ſed factas. In quibus, ex brevioribus intervallis cum dolore mordaci, excernuntur minutim, ſanguinis*

Digitized by Google

quadam veluti guttæ excrementis permixtæ, aut ſolummodo inſperſa. Idemque ſanguis quandoque purus, aliquando concretus, nonnunquã cum exiguo pure, ephelcide, aut abraſione coniunctus exiſtit.

63. *Huius excretionis cauſa, eſt Inteſtinorum exulceratio, quæ propriè Dyſenteria vocatur, & partim ab internis cauſis (quæ* δακνώδους χυμοῦ, *i. Mordacis humoris nomine omnes comprehenduntur) provenit: ſive iidem ſint bilioſi, ut plerunque accidit: ſive pituitoſi ac ſalſi: ſive melancholici, qui peſſimam Dyſenteriam efficiunt. Partim etiam oritur à cauſis externis, cuiusmodi ſunt Alimenta acria, acriorũ Medicamenti uſus, Pharmaca venenata, & ſimilia. hic cap. 2. bbb. De Loc. Affect. lib. 1. cap. 2 d. lib. 6. cap. 2. e. item 4. Aph. 24. de uſu partium lib. 5. cap. 10. Plura de Dyſenteria vide in Diſput. Anni 1613. theſi 21. & ſequentibus.*

64. Τεινεσμὸς, *i. Teneſmus eiuſdem generis eſt cum Dyſenteria propriè vocata, quia eſt exulceratio recti inteſtini, ab acri, ſalſa & putreſcente pituita facta: ex qua non tàm cruẽta quàm pituitoſa & pinguia primùm magno conatu; poſtea etiam* ξυσματώδη, *i. ramenta ſpecie abraſionis, cum exiguis Excrementis deiiciuntur. hîc cap. 2. bbb. item 6. de Loc. Affect. cap. 2. g. Et 3. Epid. Com. 3. tex. 70. h.*

65. *Tertia, cruenta & per aluum reiectæ Excretionis differentia, conſiſtit penes* τὰς ἡπατικὰς διαθέσεις, *i. affectus hepaticos, ſive fluxus hepaticos, quibus copioſa aquoſi, & loturæ carnium cruentarum ſimilis, ſanguinis vacuatio per aluum fit.*

66. *Eadem aquoſi ſanguinis excretio ſubitò invadere ſolet,*

Digitized by Google

ſolet, abſq; dolore, & quandoq; per dies aliquot intermittit, neglecta autem victus ratione deterior redit, cum quibuſdam veluti facibus melancholicis permixta. Ortum ducit ab Hepatis imbecillitate, tamquam cauſa immediata: quæ rurſus ab eiuſdem intemperie frigida incipere ſolet: poſtmodum corrupto ſanguine, ſupervenire ſolet febris lenta, & quandoq; etiam phlegmone. hic cap. 2. ece. & 5 de Loc. Aff cap. 7. ee. ff. Item 6. de Locis Affect. cap. 2. f. g.

67. Quartâ differentiâ, etiam ex Hepate per Venas Meſaraicas, educitur ſanguis copioſus, ſed niger, denſus, ſplendens, qui ob impeditam, quacunq; de cauſa, Anadoſin, diutius in Hepate retentus, & ſuperaſſatus, ſplendorē quendam & nigredinem conſequitur: & per Inteſtina perq; aluum excernitur. ibidem.

68. Quintò denique reÿcitur ſanguis per aluum, κατὰ τὰς αἱματηρὰς δυσεντερίας, i. per cruentas dyſenterias Hippocrati vocatas: quibus robore naturæ, ſanguis abundans, ipſis quoq; ſanis hominibus reÿcitur, ex corporis habitu, certis temporum intervallis, per Hepar, Venaſquè meſaraicas in Inteſtina, & per aluum excernitur.

69. Colligitur autem huiuſmodi ſanguinis abundantia, partim ob artus alicuius præciſionem: partim ob laborioſæ vitæ mutationem, in tranquillam, conſervataq; eadem victus ratione: partim ob vehementem aliquam refrigerationem Corporis, per Hæmorrhagiam, aut alio aliquo modo factam. Deniq; in mulieribus ob ſuppreſſos menſes. hic cap. 2, ggg. item 5. de locis Affect. cap. 7. ggg. item 4. de Articulis, text. 40. item 3. de Nat. facult.

cap.

cap. 13. primo de Nat. hominis text. 33. & 7. Meth. cap. 11.

De menſibus. Vide Diſput. Anni 1614. theſi 104. & ſequentibus.

70. Quandoquidem fœtum in utero, per quadraginta ſeptimanas, ex materno ſanguine nutriri: deinde eundem recenter in lucem editum, ex materno itidem ſanguine in lac converſo, ali oportebat: Idcirco ne fœtui in materno utero, aut recenter nato alimentum deeſſet: mulierem, quamdiu ad concipiendum apta eſt, plus ſanguinis generare voluit Natura, quàm pro ſui ſolius nutritione opus eſſet. Idem hic ſuperfluus ſanguis, ut geſtantibus uterum, ac lactantibus abſumitur in nutritionem fœtus: ita reliquis mulieribus per ſingulos menſes, Menſtruis vocatis purgationibus excernitur. 14. de uſu part. cap. 8. de uteri ſectione, cap. 10.

71. Hic ſanguis ſi moderatè fluxerit, ſecundùm naturam ſe habet, & inde mulieres benè valent. Si nimia quantitate prodierit, aut ſi planè ſupprimatur, præter naturam evadit, multorúmque Affectúum cauſa exiſtit, unde dixit Hipp. 5. Aph. 57. Καταμηνίων πλειόνων νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρας, γίνονται νοῦσοι. *Id eſt: Menſibus nimiâ quantitate prodeuntibus fiunt morbi. Et ſi planè ſupprimantur, etiam morbi fiunt. Idem dicitur hîc cap. 2. ee. & 6. de Loc. Aff. cap. 5. bb.*

72. Suppreſſionis menſium præter naturam cauſa præcipua

cipua ſunt Sanguinis craſſities, Venarum quæ ad uterum pertingunt, obſtructio, Vteri durities nativa, aut adventitia ab aliqua calloſitate. Sed contingit etiam ſupprimi menſes ob pinguem Corporis habitum, maciem ex longo morbo, vehementiam exercitij cum victu tenui coniunctam: ſed talis ſuppreſſio, non eſt ita præternaturalis, ut alia. Item ob ſanguinis per alias partes vacuationem: item in imperforatis. hîc cap. 4. d. 6. de Locis affect. cap. 5. bb. item 6. Epidem. Com. 1. text. 7. item 5. Aph. 35. 57. c.

73. Præter naturam ac nimia quantitate vacuantur menſes, Vaſe quopiam rupto aut vulnerato, quod in partu difficili aliquando, frequenter verò in aborſu contingit. Item in primo concubitu quibusdam, ſecundùm Avicen. lib. 3. ſen. 2. cap. 10. Præterea eroſo ab acribus humorib aliquo Vaſe. Cuius exemplum unà cum curatione habes 5. Meth. cap. 5. f. Nonnunquam eò quòd ſanguis ſit nimiùm ſeroſus ac tenuis, ſive Hepatis debilitate, ſive Renum tractrice læſa: Item acri aliqua ſanguinis qualitate, quantitate nimia, cum vaſorum imbecillitate coniuncta, qua Retentrix aggrauatur, & Expultrix ad excernendum irritatur. ibidem, & cap. 6. de ſympt. diff. a.

De fluxu muliebri. Vide Diſput. Anni 1614. theſi 123.

74. Menſtruis Excretionibus quæ præter naturam fiunt, cognatus eſt Ῥοῦς γυναικεῖος*, id eſt, muliebris fluxus, quem Barbari Menſtrua alba vocant: nam hic quo-*

quoq; per Vterum prodit. Sed differt à Menſibus, quòd per hos ſanguis ſtatis temporum intervallis, ferè ſincerus abſq; dolore excernatur: per fluxum muliebrem pravus; ruber aliquando, tamquam ſanies ſanguinis: nonnunquam albus à pituita, pallidus à bile, aut aquoſus à feroſo humore abundante, ſæpè ſine dolore, aliquando cum dolore continuè deſtillet, ut ex tali deſtillatione loca ſemper madeant. Et quamvis quibusdam intermittat aliquandiu, tamen poſtea redit. hîc cap. 4. d. 6. de Loc. Affect. cap. 5. ee. Hipp. initio libri de natura muliebri. Paul. lib. 3. cap. 63. Aetius 4. tetrabib. ſerm. 4. cap. 65.

75. *Cauſa fluxus muliebris, partim in Vtero ſita eſt, ſi debilior laxiorq; factus ſit, ex partu multiplici, coitu frequenti, & proinde aptus ad ſuſcipienda totius Corporis Excrementa. Quandoq; etiam ob eroſionem aliquam in collo uteri factam. Virginibus rarò accidit. Frequentiùs autem à totius Corporis affectu dependet, præcipuè frigido & humido, quales ſunt mulieres* ἁπαλόσαρκοι, *i. laxas carnes obtinentes: exemplo uxoris Boethi. Talibus enim Excrementa per Vterum expurganda colliguntur, alijs alia atque alia, pro diverſitate coloris eorum, quæ excernuntur. ibidem, & cap. 8. de præcognit. ad Poſthumum.*

Diſputatio V.

De cruentis Vrinis.

76. *Per urinarios meatus excernitur ſanguis aliquando, ſincerus, aut cum pure mixtus, abſq; urinis. Aliquando*

do permixtus cum urinis, ſed parùm. Nonnumquam deniq; cum urinis penitus mixtus, ut tota urina ſanguis videatur, ſive copioſus ſive exiguus. Et pro huiusmodi accidentium varietate, ex alijs atq; alijs partibus: item alijs atq; alijs de cauſis excernitur.

77. Si absq; urina excernatur ſanguis, ſincerus aut cum pure mixtus, exiguus aut multus: ex urinaria fiſtula prodit, ob aliquam exulcerationem, à Calculo tranſeunte vel abſceſſu rupto factam: vel ob Venæ alicuius apertionem fractionem, quam eiusdem partis dolor procul dubio præceſſit, aut comitatur.

78. Quòd ſi excernatur cum urinis ſanguis, & ijs parùm ſit mixtus: ex Veſica educitur, præſertim ſi pus & ſquamulæ ſimul excernantur: odor fœtidus adſit, & dolor circa imum Ventrem ſentiatur; quæ omnia ſigna ſunt ulceris in Veſica exiſtentis. 4. Aph. 75. 80. 81.

79. Vbi permixtus fuerit urinæ ſanguis, ita ut tota cruenta ſit: ex ſuperioribus partibus excernitur: ex vreteribus quidem à tranſitu calculi exulcerantis, ſi exiguus fuerit, in homine calculoſo, qui per eos dies Calculos excreuerit: & dolor in Vreterum regione percipiatur. 6. de Loc. Aff. cap. 4. c. & 4. Aph. 75.

80. Ex Renibus frequenter excernitur ſanguis, cum urina permixtus, copioſus, in nephriticis affectibus: ob eroſionem, ruptionem aut apertionem Venæ, aut etiam ob ſolam Renum debilitatem, ut dicitur hîc cap. 2. gg. 6. de Loc. Aff. cap. 3. g. 4. Aph. 78.

81. Contingit etiam quandoq;, abundantem toto Corpore ſanguinem, cum urinis excerni ſtatis temporum intervallis, ſine moleſtia, ut inde bene habeant. Raræ

ſunt hæc, ſed tamen & à Galen. lib. 6. de Loc. Affect. cap. 5. ee. & à Paulo lib. 3. cap. 45. & à Serapione tract. 4. cap. 16. obſervata. Nos etiam in prima noſtra coniuge, muliere ſanguinea, poſtquam ceſſaſſent menſes, & ob paralyſin cogeretur in otio vivere, talem excretionem vidimus, Anno 1578. quæ ex intervallis, totum octiduum cum urinis ſanguinem excernebat, qui primùm permixtus urinis: poſtea ſubſidebat: & inde meliùs habebat.

De cruentis Excretionibus per ſuperiora reiectis.

82. Per ſuperiora quoq; excernitur ſanguis ex Naribus & per os. Ex naribus fiunt frequentes Hæmorrhagiæ, cùm ſanis, tùm ægrotis hominibus. Primùm à cauſis externis: nam ex caſu, percuſſione, ictu, ſæpe fluit ſanguis ex naribus, quandoque etiam ab hirudine, interna narium cavitati inhærente. 4. de Loc. Affect. cap. 5. g.

83. Deinde ab Internis Cauſis: ut cùm Natura, robore ſuo uſa, pro ſalute Animalis criticè cauſam morbificam, per Anaſtomoſin Venarum, quæ in naribus ſunt, expellit. Hùc pertinent quæ dicuntur 3. prog. text. 33. Item 4. Aph. 60. & 6. Aph. 10. Fiunt etiam aliquando magnæ per nares Hæmorrhagiæ, ſolâ ſanguinis acrimoniâ, ob quam debilitatâ Retentrice, Expultrix inſurgit.

84. Quæ per os fiunt Hæmorrhagiæ, ut ex diverſis partibus poſſunt ad os pervenire, & inde reijci: ita ex aliis atq; aliis cauſis ortum habere ſolent. Nam cùm ex

Digitized by Google

ore reijcitur ſanguis, vel ex interna aliqua oris parte prodit, gingivis ſ. lingua, buccarum interna ſuperficie: & talis τῷ ἁπλῶς ἀναπτύεσθαι, i. ſimplici ſpuitione reijcitur, non erit copioſus: item aperto ore apparebit aliqua ſolutio continui: quandoq; etiam in intima oris parte, quâ naſi foramina terminantur, hirudo deprehenditur. 4. de Loc. Affect. cap. 5. d. g.

85. Poteſt etiam ſanguis ex capite in os, per foramina palati influere, & ex ore ſimplici ſpuitione reijci: ſed talis erit copioſus: quandoq; ſentietur calor eiusdem in os influentis. Item quandoq; copioſior influens in fauces, tuſſim excitabit: præcedet verò neceſſario aliqua capitis gravitas, dolor, aut ictus. ibidem.

86. Quòd ſi ex faucibus aut larynge excernatur, tunc ſcreando reijcitur, exiguus erit, & hiante ore, linguâq; ſpecillo depreſſâ in ipſis faucib, aliqua continui ſolutio apparebit.

87. Ex aſpera arteria, pulmonibus & interna Thoracis cavitate, non niſi tuſſiendo educitur ſanguis, ſed ex Oeſophago, Ventriculo, aut partibus Ventriculo vicinis, vomendo. Idq; ob aliquam διάβρωσιν, ῥῆξιν vel ἀναστόμωσιν. ibidem.

88. Et ſiquidem ex aſpera arteria proveniat: exiguus erit. Ex pulmonibus aliquando exiguus primùm: poſtmodum facta eroſione, copioſus, ſpumoſus & ruber reijcitur: quandoq; ſolus, aliquando cum cruſtula, aut pulmonis aliqua ſubſtantia coniunctus, absq; dolore. Contingit aliquando etiam, venam in pulmonibus frangi, ob magnum onus ſublatum, caſum ab alto. Item tranſmiſſo ex alijs partibus ſanguine ad pulmones, ob

ſuppreſſas hæmorrhoidas, aut ob aliquam plethoram, contingit venam aliquam aperiri, & copioſum ſanguinem effundi. 1. de Loc. Aff. cap.1.d. & lib.4.cap.5. e. & cap. 8.a. item 5. Aph.13.

89. Si tuſſiendo ſanguis educatur ex Thorace per pulmones: minor erit ipſius quantitas: idem ſanguis nigrior erit, & præcedet dolor partis, unde excernitur. ibidem. item 5. Meth.cap.8.

90. Cum vomitu reÿcitur ſanguis ex Oeſophago aut Ventriculo, ob eroſionem aliquam in interna eorum cavitate exiſtentem: quæ dignoſcetur ex acrium rerum eſu, dolorem in deglutiendo excitante: maximè quidem circa dorſum, ſi ſit in Oeſophago ulcus: iuxtà mucronatam Cartilaginem, aut paulò inferiùs, ſi fuerit in Ventriculo. 1. de Loc. Aff. cap.5 d. & lib.5. cap.5.d.

91. Poteſt etiam fieri, ut ſanguis ex hepate, aut liene in Ventriculum effuſus, poſtea vomitu reÿciatur, ut eodem lib. 5. de Loc. Aff. cap. 6.b. docuit Galenus. Vide etiam 4. Aph. 22. 25.

De Vomitionibus.

92. Explicatis ÿs, quæ toto genere præter naturam excernuntur: ad illa veniendum eſt, quæ partim ſecundùm naturam, partim præter naturam, per ſenſiles vias excernuntur: aut in Corpore retinentur. Eadem verò, viarum per quas Excretio fit, reſpectu, triplicia ſunt: eò quòd aliqua ſurſum tantummodo: aliqua deorſum: aliqua ſurſum deorſumq; reÿciuntur.

93. Sur-

93. *Surſum per os tantummodo reijciuntur Vomitiones. Quæ conſiderantur, partim ut ſunt depravatæ Expultricis Ventriculi functiones, in qua ſignificatione de ijs egimus antè prop. 22. & ſequentibus. Partim ut ſunt materiæ, eundem Ventriculum ad nauſeam vomitumq́ irritantes: quæ item ante vomitum retinentur: per vomitum verò reijciuntur: de quibus deinceps agemus.*

94. *Vomitionum verò omnium cauſæ, vel in Ventriculi ſubſtantia conſiſtunt, vel ijs quæ in ipſius cavitate continentur: vel in ipſis Inteſtinis, aut Renibus. In Ventriculi ſubſtantia cauſa Vomitionis eſt ipſius debilitas, ob Intemperiem potiſſimùm calidam, aut frigidam, ex qua contingit ut quæ aſſumuntur, retineri nequeant: atque ita ventriculus facilè irritetur, ad illa reijcienda: ſive ſurſum, ſive deorſum. hîc cap. 2. fff. item 5. de Loc. Aff. cap. 6 b. & lib. 6. cap. 2. b. c. cap. 3 g. h.*

95. *Quæ in Ventriculo contenta, eum ad vomitum urgent, triplicia ſunt. I.* τὰ πλείω καὶ βαρύνοντα. *II.* τὰ ἀνιόντα. *III.* τὰ παρὰ φύσιν. *Id eſt: Quæ nimia quantitate aggrauant Ventriculum, ut retinere illa nequeat, & proinde reijciat: ut multis ex nimia crapula contingit. Deinde quæ moleſta ſunt, & Ventriculum mordicant, ſive ex pravis cibis aſſumptis, ſive pravis ſuccis in Ventriculo genitis, aut aliundè eò confluentibus. Tertiò quæ præter naturam ſunt, ita ut ſi maximè alterentur, præparentur, concoquantur, tamen nutrire non poſſunt: ut ſanguis, pituita dulcis, & ſimilia in Ventriculo comprehenſa. hîc cap. 2. g g. item 2. de temp. cap. 6. de tuenda ſanit. cap. 3. e. præterea 3. de natur. facult.*

cap. 12. 13. & 6. Aphoriſm. 20.

96. In Inteſtinis, poteſt etiam eſſe cauſa Vomitionis, obſtructio Viarum quæ ducunt ad Anum, ut in Ileo, quo, per os vomendo Excrementa redduntur. 6. de Loc. Aff. cap. 2. b. Contingunt præterea Vomitiones ob Affectus colicos, & nephriticos, eò quòd Renes Colo copulentur, & Colon Ventriculo. ibidem g. h. & 6. Epidem. Com. 1. text. 6. e. Deniq; ob præpoſterum motum fibrarum, quæ ſunt in Inteſtinis, ſi quando violenter aliquis ſuccus Sphinctere retentus, ſurſum feratur. hîc cap. 2. d.

Diſputatio VI.

De Alvi deiectionibus.

97. Deiectiones Alvi, quæ fiunt convenienti modo, quantitate & qualitate naturali: adeoq; quibus ſtatis temporibus διαχώρημα μαλθακόν τε καὶ ξυνεστηκὸς, i. Excrementum molle, & cohærens deijcitur, ea ſunt ſecundùm naturam. 2. prog. text. 13.

98. Contrà verò illa præter naturam ſunt, & ſymptomatica, quibus θᾶττον ἢ βραδύτερον: ἔλαττον ἢ πλέον: ὀλιγάκις, πλεονάκις: χρηστὴ τροφὴ ἢ διεφθαρμένη: τὸ συῤῥέον εἰς τὴν γαστέρα, ἢ τὸ καθ' ἑαυτὴν ἀπογενόμενον: id eſt, citiùs, tardiùs: Plùs item aut minùs: rariùs aut frequentiùs quàm decebat: item Nutrimentum utile aut corruptum: quod in Ventrem aliunde influit, aut in ipſo generatur, Excrementum deijcitur. hîc cap. 2. hh.

Digitized by Google

99. *Et ſi quidem tardiùs, minùs, rariusq́ue, quàm pro communi Naturæ modo, deÿciatur Excrementum: Retentionis nimiæ reſpectu ſymptomatica erit Deiectio. Præterea uti Deiectio quæ ſit tardiùs, neceſſariò etiam ſit rariùs: ita ab ÿsdem generibus cauſarum utraque earū dependet. Sed illa, quæ minùs deÿcitur, & ab harum quibusdam & alÿs oritur.*

100. *Sunt autem tardioris ac rarioris deiectionis cauſæ quinque potiſſimùm.* I. ἡ τῶν ἐντέρων ἀτονία. II. Δυσαισθησία. III. Ὀλιγότης ἐδεσμάτων. IIII. Παχέα καὶ στρυφνά. V. Ατονία τῶν κατ᾽ ἐπιγάστριον μυῶν. *id eſt, Debilitas Facultatis Expultricis Inteſtinorum, ob quam tardiora ſunt, ad expellendas deorſum fæces. Secundò hebes eorundem ſenſus, unde minùs irritantur ad expellendum. Tertiò pauca Alimentorum quantitas, unde minor copia Excrementi orta, minùs irritat Expultricem. Quartò craſſi & aſtringentes cibi, quorum Excrementa tardiùs moventur. Quintò denique debilitas Muſculorum Abdominis, & in duris fæcibus expellendis ſegnior. hîc cap. 2. aa.*

101. *Exiguorum verò Excrementorum primùm cauſa eſt magna Anadoſis. Si enim multùm de aſſumptis in habitum corporis diſtribuatur: tantò ſemper pauciora ſicciora que per Alvum excernentur. Exiguus cibus etiam pauca Excrementa generat. ibidem, item 2. Aph. 20.*

102. *Sed reſpectu nimiæ Excretionis Symptomata ſunt Deiectiones illæ, quibus* πρωϊαίτερον, πλέον, πλεονάκις, τροφὴ χρηστὴ ἢ διαφθαρμένη, τὸ συῤῥέον εἰς τὴν γαστέρα, ἢ τὸ καθ᾽ ἑαυτὴν ἀπογεννώμενον *deÿcitur. Ex qui-*

bus deiectio utilis alimenti cõcoctiq; per aluum cum fæcibus, accidit ob imbecillitatem facultatis Attractricis in Hepate, aut etiam ob Affectus Meſenterij inflammatorios, quorum utraq; læditur Anadoſis. 5. de Loc. Affect. cap. 7. cc.

103. Citiùs autem deijciet Aluus quàm debebat: I. βαρυνομένης τῆς κοιλίας. II. ὀδαξουμένης τε καὶ κεντουμένης. III. ὡς ἀλλότριον ἀπωθουμένης. IV. ἐξ ὑγροτέρων καὶ γλισχροτέρων προσφορᾶς. V. διὰ τὸ περιπατῆσαι ἀτρέμα. Hoc eſt: I. Ob Ventrem copiâ alimenti gravatum. II. Ob eundem acrimoniâ contentorum irritatum III. Eodem feſtinante à ſe reijcere quæ ſunt adverſa. IV. Ob humidorum ciborum uſum. V. Ob leves inambulationes poſt cibum. hîc cap. 2. hh. aa.

104. Copioſioris Alui deiectionis, quàm pro ratione aſſumptorum, cauſa eſt primùm Anadoſeos defectus: quantò enim maior fit Ἀνάδοσις, tantò magis exſiccantur, minuunturq; fæces alui: & econtrà. de Sympt. diff. cap. 4. a. Secundò influxus humorum ex corporis habitu in Inteſtina. ibid. Hic influxus verò vel fit à cauſa præternaturali: Vel à cauſa ſecundùm naturam agente. v. g. cùm natura robore ſuo uſa, materias noxias criticè expellit per Aluum aut Vomitum, uti etiam quandoque per Hemorrhagias, de quibus dignoſcendis, egimus prop. 92. & ſequentibus diſputat. Anni 1604.

105. Deiectionum frequentium, quæ ex brevibus intervallis fiunt, cauſa eſt ἀτονία ὀργάνων κατὰ τὴν κοιλίαν: i. debilitas Retentricis in Ventriculo & Inteſtinis. Deinde αἴσθησις περιττή: i. exquiſitiſſimus eorundem

dem ſenſus, quo facilè percipiunt moleſtiam, ex contactu eorum quæ in ipſis continentur. Deniq; Δῆξις: id eſt, mordicatio, quæ à contentis, aut influentibus, oritur humoribus: aut ex corruptione aſſumptorum, aut eorundem acrimoniâ. ibidem.

106. Quia verò huiuſmodi Deiectionum differentiæ conſiſtunt circa Dyſenterias, Diarrhœas, Choleras, Lienterias & cœliacas Affectiones, easq; tàm veteres quàm recentiores Græci & Latini, non eodem modo diſtinxerunt, ut videre licet apud Celſum lib. 4. cap. 11. Aëtium 3. tetrab ſermone 1. cap. 37. Paulum lib. 3. cap. 38. 41. Trallianum lib. 7. cap. 14. lib. 8. cap. 5. 7. Veſalium ſuper nonũ Raſis cap. 72. Fernel. 6. Pathol. cap. 3. & 10. Idcircò nos, quomodo eas diſtinguere oporteat, ſecundùm Hipp. & Galeni mentem docebimus.

107. Ordiemur autem hinc, quòd ſiquidem cruenta quædam, ſive ſola, ſive cum alijs Excrementis mixta, ex Inteſtinorum ſubſtantia ipſa, aut ex Corporis habitu per Inteſtina reijciantur: tales deiectiones omnes ad Dyſenteriam, ſive propriè ſive impropriè nuncupatam referre oporteat, ut cùm alijs teſtimonijs, quæ poſtea producemus, tùm ijs quæ ſuprà prop. 62. & ſequentibus dicta ſunt, manifeſtè apparet.

108. Reliquis quæ per Alvum fiunt, deiectionibus excernuntur, ἤτοι τὰ κατὰ τὴν γαστέρα ἀπογεννώμενα, ἤτοι τὰ ἄνωθεν εἰς αὐτὴν συῤῥέοντα: id eſt, aut illa quæ in Ventre & Inteſtinis ipſis ſunt genita, aut quæ ex habitu Corporis influxerunt. hîc cap. 2. hh.

109. Quæcunq; ergo in ipſo Ventre aut Inteſtinis genita, per Alvum excernuntur: ea ad Lienterias & cœlia-

cas Affectiones referre oportet: & binis hiſce nominibus, unum eundemq; Affectum intelligere. Quæ verò ex habitu Corporis influunt in Inteſtina, & poſtmodum excernuntur: ea ſiquidem deorſum tantummodo deijciuntur, ad Diarrhœas pertinent. Sin verò deorſum ſimul & ſurſum excernuntur, ad Choleras debent referri.

110. Vtq; intelligas, hanc de hiſce Affectibus ſententiam, genuinam Hipp. & Galeni eſſe: ea legito loca, quæ iam ſubijciemus: 6. de Loc. Affect. cap. 2. b. item cap. 3. eiuſdem libri g. h. item 6. Aph. 1. a. quibus intelliges Lienterias & Cœliacas pro eodem Affectu accipi. Per Choleras & Diarrhœas ex habitu Corporis, materias in Inteſtina pervenire, teſtantur verba 7. Methodi cap. 11. b. item primo ad Glauconem cap. 14. g. item 6. Aph. 17. & 3. de Nat. facult. cap. 13. a. item hîc cap. 2. c. d. Deniq; quòd habitus Corporis, per Choleras tàm ſurſum quàm deorſum vacuetur, apparet ex binis iam ultimò citatis locis. Cholera ſicca autem 4. de victu acut. text. 96. alius eſt Affectus, quo ſcilicet flatus Ventris continentur.

De Lumbricis.

111. Inter ea quæ præter naturam in Inteſtinis retinẽtur, & ſæpè deorſum, nonnunquam etiam ſurſum excernuntur, ſunt Lumbrici, qui Græcis dicuntur ἕλμινθες. Horum generationis materia eſt τροφὴ διεφθαρμένη ἐν τῇ γαστρὶ, μάλιστα ἐν τῇ κάτω: i. corruptum in Ventre inferiori Alimentum: Cuius nomine pituitam intelligere oportet. 3. Aph. 26. Paulus lib. 4. cap. 57. Avicen. lib. 3. fen. 16. tract. 5. cap. 1.

112. Ex

Digitized by Google

112. Ex huiuſmodi corruptione Alimenti generantur Lumbrici, ἀνάλογον τοῖς ἄλλοις ζώοις, ὅσα τὴν γένεσιν ἔχει ἐκ σηπεδόνος μόνον. μονὴ γὰρ οὐκ ἱκανὴ ταῦτα γεννῆσαι σηπεδὼν, ἀλλὰ καὶ θερμασίας πολλῆς προσδεῖται: id eſt, ſimiliter ut reliqua Animalia, quæ tantùm ex putredine generantur: ad quorum generationem tamen non putredo ſola ſufficit: ſed inſuper opus eſt multo calore. ibidem.

De Flatibus.

113. Ατμώδη πνεύματα καὶ φύσας, id eſt, halituoſos Spiritus, & flatus nominant Barbari Ventoſitates, eò quòd aërea ſubſtantia conſtant, ſicuti Venti. Eorum etſi plures ſint differentiæ, diverſiq; loci quibus continentur, generanturq́; tamen nos de iis agimus hîc, qui ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα χωρίοις, id eſt, in ſpaciis circa Ventrem conſiſtentibus fiunt. Quorum communis eſt generationis ratio, ex materia pituitoſa frigidaq́;, & calore debili, agente quidem in eam, non autem penitus vincente. hîc cap. 2. bb. item 14. Meth. cap. 4. & 7. præterea 6. Epid. Com. 3. text. 13. & 6. Aph. 1.

114. Nam quemadmodum in maiori mundo, neq; per vehementes æſtus, neq; per maxima frigora, fiunt venti aut nebulæ: ſed tantùmodo tunc, quãdo calor eſt debilis: Ita in homine tanquã in mundo minori, omnimoda partium refrigeratio, cauſa eſt, ut nec cibi, nec pituitoſi humores in Ventriculo, aliiſq; locis ullo modo alterentur. Robur caloris autem eos concoquit, attenuat, eorumq́; partes excrementoſas diſſipat. Debilis

verò

Digitized by Google

verò calor alterare quidem incipit, non autem abſolvit alterationem, ſed in flatus reſolvit. ibidem.

115. Cùm autem ex flatibus alij excernantur, alij retineantur: deteriores ſemper ſunt qui retinentur: nam faciunt ἐμπνευμάτωσιν, i. inflationem: & ſiquidem per tenuia Inteſtina ferantur, magis ſunt ἠχώδεις, i, ſonori: & ſonitum tantò tenuiorem edunt, quantò magis ſunt aërei. Per craſſa verò Inteſtina dum moventur, minùs ſonori ſunt, efficiuntq́; βομβοὺς καὶ βαρβαρυγμοὺς, i. bombos & barbarygmos vocatos. ibid.

116. Qui excernuntur per ſuperiora, ἐρυγὴν, id eſt, Ructum faciunt: qui feruntur deorſum, φῦσαν efficiunt ψοφοῦσαν ἢ ἄψοφον, id eſt, flatum ſonorũ, cùm viæ ſunt anguſtæ: ſilentem verò, cùm fuerint apertæ. Sonitum verò craßiorem aut tenuiorem edunt, prout ipſi fuerint craßiores aut tenuiores: item prout fuerint cum humidis excrementis permixti, aut ſoli & ſinceri. ibidem.

Diſputatio VII.

De Vrinis. Vide etiam diſput. Anni 1614. theſi 16. & ſequentibus.

117. Vrinæ ſecundùm naturam ſtatis temporibus excernuntur: certis itidem intervallis, ſecundùm naturam retinentur. Et quædam Animalia ſunt etiam, quæ non tantummodo ad certum tempus retinent Vrinam ſecundùm naturam: ſed planè non mingunt, ut Aves, & alia quædam Animalia, de quibus Ariſt. 3. de partibus Animalium cap. 8. docet, aſſerens propter calorẽ temperamenti,

Digitized by Google

ti, & quòd exiguo potu utantur, id ipſis evenire: deinde etiam quòd in pennas humor ille nutritionemq́ abſumatur.

118. De huiuſmodi verò Vrinarum Excretione & Retentione diſputavimus in doctrina de naturalibus facultatib. prop. 16. & ſequentibus; nunc de ea quæ præter naturam eſt, docebimus, ab ipſa Retentione auſpicando: quæ duobus modis fit: Nempe per στέρησιν τῆς ἀποκρίσεως, καὶ νωχελώδεις ἐκκρίσεις, id eſt, per abolitas & debiles excretiones: quæ cùm ſint ὁμογενεῖς, iiſdem cauſarum generibus oriuntur, ſola magnitudine differentibus, ut de uno ſi docuerimus, alterum quoq; genus comprehenderimus. hîc cap. 2. bbb.

119. Vocatur autem Affectus abolitæ Excretionis Vrinarum, Græcis ἰσχουρία, eò quòd ἴσχεται τὰ οὖρα, i. Vrinæ cohibentur & retinentur. Latini Vrinæ Suppreßionem nominant. Debilis Excretio quandoq; ſub eodem Excretionis nomine, tamquam minor affectus ſub maiori comprehenditur: ut hîc cap. 2. fecit Galenus: aliquando Δυσουρία vocatur: quo vocabulo Græci, & debiles & pravas dolorificasq́ Vrinarum Excretiones ſignificant, ut 7. Aph. 48. item paulo pòſt prop. 129. apparebit.

120. Supprimuntur autē Vrinæ, vel quatenus in Veſicam collectæ illic cohibentur: vel quatenus propter affectum aliquem partium ſuperiorum, ad Veſicam pervenire nequeunt. Et vocatur uterq; affectus ἰσχουρία: ſed prior propriè: poſterior impropriè. Qui proprius eſt, cognoſcitur ex tumore, tenſione circa pubem exiſtente: item quòd immiſſus catheter ferè Vrinam provocare queat. hîc c. 2. bb. & de Loc. Affect. l. 1. c. 1. h. l. 6. c. 4. e. f.

121. Et

Digitized by Google

121. *Et in Veſica quidem, ſuppreſſa retinetur Vrina ἀδυναστούσης τῆς κύστεως, ἢ στεγνωθέντος αὐτῆς τοῦ στομάχου: i. quia debilior eſt veſica, quàm, ut poſſit ſe circa Vrinam conſtringere, eamq́; expellere, aut quia fiſtula urinaria ſit clauſa, & impeditus Vrinæ per eam tranſitus. ibidem.*

122. *Non poteſt ſe conſtringere veſica, & Vrinam expellere, ob Expultricis ſuæ functionis paralyſin, quæ ei contingit propter Δυσκρασίαν, Δυσαισθησίαν, ὑπερπλήρωσιν: i. Intemperiem præſertim frigidam, ſine affluxu humoris, aut cum affluxu & tumore. Hinc Iachinus ſuper 9. Raſis teſtatur, quibuſdam ex opij potione ſuppreſſam fuiſſe Vrinam. Deinde ob ſenſum obtuſum, quo tardiùs irritatur ad expellenda quæ moleſta ſunt. Vltimò ob nimiam repletionem: à qua contingit eam nimiùm diſtendi, atq́; ita Expultricem vim amittere. ibidem.*

123. *Anguſtia fiſtulæ urinariæ, impediens Vrinæ tranſitum, tripliciter fit. Primò ob tumorem qualemcumq́; illius, aut Virgæ, quo interna cavitas redditur anguſtior. Secundò ſi in eius cavitate poſt exulcerationem aliquid adnaſcatur. Tertiò ſi qua ſubſtantia in eam incidens, obſtructionem effecerit. V. g. Calculus, grumus ſanguinis, pus, humor aliquis craſſus. ibidem.*

124. *Non pervenit autẽ in Veſicam Vrina, nec proinde excerni poteſt, quandoq́; ſecundùm naturam: veluti quando ob inſtantẽ criſin, aliò omnis ſeroſitas divertitur, ſive ad ſudores, ſive ad Alvi deiectiones, prout per illos aut per has futura eſt iudicatio morbi. 6. Epidem. Com. 1. tex. 10. Similiter etiam ſi copioſa facta ſit alvi deiectio, non prodeunt Vrinæ, vacuatâ per alvum ſeroſitate. ibid.*

125. *Præ-*

125. *Præter naturam verò contingit Vrinas non pervenire ad Veſicam:* Primò ἀπολλυμένης τῆς τῶν νεφρῶν ἐνεργείας: *id eſt, ob* Renum *affectum, quo facultas illorum tractrix aboletur, quod ob frigidam intemper. ſenibus aliquando contingit: item poſt longos morbos in calculoſis* Renum *Affectibus aut eorundem obſtructionibus. ibidem.*

126. *Vt verò ex dolore, tenſione, tumore circa pubem exiſtentibus, cognoſcimus Veſicam Vrinâ repletam: Ita è contrà ſi nulla excernatur, nec tamen aliqua tenſio, tumor aut gravitas circa pubem appareant: meritò dicimus Vrinam ab aliquo ſuperiorum partium affectu prohiberi, ne perveniat in Veſicam. ibidem. Vide etiam Raſem lib. 9. cap. 73.*

127. *Hactenus* περὶ τῆς τῶν οὔρων ἐπισχέσεως, *id eſt, de præternaturali Vrinarũ* Retentione *docuimus: deinceps ad* τὰς μοχθηρὰς κενώσεις, *i. pravas earundem* Excretiones *accedemus, quæ fiũt quadrupliciter. Primò in Stranguria ac Dyſuria. Secundò in colliquatione. Tertiò ob involuntariam mictionem, quæ dicitur* ἀκούσιος ἔκκρισις. *Quartò in Diabete.*

128. Τῆς στραγγουρίας *proprium eſt, Vrinam reddere* κατὰ στράγγα, *i. guttatim, unde Latinis Stillicidiũ Vrinæ dicitur.* Per *guttatim verò excretam Vrinam, intellige eam, quæ ex brevibus intervallis redditur: ſive cum dolore, ſive absq; dolore reddatur: quamvis dolorifica Vrinæ* Excretio, *(cuiuſmodi eſt etiam Ardor Vrinæ vocatus) ad* Dyſuriam *quoq; referatur: propterea quòd omnis dolorifica Vrinæ* Excretio, *ferè etiam ex brevibus intervallis reddatur. 5. Aph. 58. 7. Aph. 48. & 3. Epid. Com. 1. text. 4.*

129. *Quia*

129. *Quia ergo miſcentur hi affectus inter ſe: idcircò in explicandis cauſis Stranguriæ, ſimul etiam Dyſuriæ, Ardoris Vrinæ, & omnis dolorificæ Vrinarum Excretionis cauſas comprehendemus: quamvis non ignoramus, à Græcis recentioribus, pro Strangurijs eas tantùm Vrinarum excretiones haberi, quæ ex brevibus intervallis & ſine dolore redduntur: dolorificas omnes ſub Dyſurijs cõprehendi. Aëtius 3. tetrab. ſerm. 3. c. 19. Trallian. l. 9. c. 6.*

130. *Cauſarum verò quibus oriuntur Strangurìa, & Dyſuria, duplex in univerſum genus eſt. Vnum penes Vrinarum qualitatem: Alterum penes affectus Veſicæ conſiſtens. Vrinæ Stranguriàs, Dyſurias, Ardores, aliosq́ dolores inter mingendum efficientes, ſunt acres & mordaces, rodẽtes, pungentes, irritantes & ad Excretionem excitantes. Acrimoniam verò acquirunt ex cacochymia Renum aut partium ſuperiorum, quæ cum Vrinis expurgantur. Item ex calidiori ſimul & humidiori temperamento. hîc cap. 2. bbb 6. de Loc. Affect. cap. 4. b. c: tertio Aph. 16. b. alijsq́ locis modò citatis.*

131. *Affectus Veſicæ ſunt* ἀτονία καὶ ἕλκος, *i. imbecillitas facult. Retentricis, à quacunq́ tandẽ intemperie, quandoq́ etiam ab affectu phlegmonoſo orta: unde fit ut Vrinarum acrimoniam minùs diu ferre poſſint, eiusq́ expultrici cedat. Exulceratio Veſicæ fit à diuturno acrium Vrinarum influxu: in quo genere eſt eiuſdem etiã ſcabies. ibidem. Ardor Vrinæ verò ab Avicen. l. 3. fen. 19. c. 3. dicitur fieri partim ab acredine Vrinarum, partim defectu leni humoris in glanduloſo corpore, quo interna cavitas urinariæ fiſtulæ illinitur. Serapion cauſam Ardoris huius attribuit excoriationi eiuſdem cavitatis.*

132. Al-

132. Altera differentia pravæ Vrinarum Excretionis, ut dicitur hîc cap. 2.bbb. Ταῖς κατὰ τὴν γαστέρα ῥεύμασιν ἔοικεν: *id eſt ita ſe habet ad urinaria Inſtrumenta, ut fluxiones Ventris ſe habent ad Ventrem & Inteſtina. Nam ut per Diarrhœas & Choleras ſæpè vacuatur Corpus univerſum: quandoq; robore naturæ pro ſalute Animalis: aliquando ob debilitatem facult. Retentricis, & colliquationẽ ſubſtantiæ ſolidæ: Ita etiam aliquando robore naturæ per Vrinas vacuantur ſuperfluitates ex Venis & Corporis habitu criticè aut aliter. Aliquando ob debilitatem Retentricis & colliquationem humorum in Venis, aut partium ſolidarum. Vide etiam 2.prognoſt. text.35.*

133. Quæ ex huiuſmodi colliquatione in ſeroſos humores reſolvuntur, Renes, ſi valent, attrahunt, & in Veſicam ſubinde tranſmittunt. Quòd ſi Renes trahere nequeant; aut ſi craßius ſit, quod ex huiuſmodi colliquatione oritur: tranſmittitur in Ventrem: vel toti corpori communicatur. Vnde cacochymia, Anaſarca item & Aſciti ſimiles affectus producuntur. Si valdè ſit tenue, per Sudores vacuatur. ibidem.

134. Præter voluntatem noſtram excernitur Vrina, ob Sphyncteris muſculi paralyſin, quæ frigidam intemperiem, aut ictam circa os ſacrum ſpinam, aut læſis eiuſdem muſculi fibris quibuſdam, in exſecando calculo Veſicæ ſequitur. Quandoq; in partu difficili idem contingit. 1.de Loc. Affect. cap. 6.aa. lib. 6. cap. 4.g. Iachinus ſuper 9. Raſis cap. 73.

135. Excernitur etiam involũtariè Vrina ijs, qui lectos permingunt noctu: ſed ſphyncter hîc levius afficitur, ut

Digitized by Google

qui vigilantibus ad retinendam Vrinam ſufficiat, dormientibus non ſufficiat, præſertim in profundo ſomno, quo, ut reliquorum muſculorum motus quieſcit, ita huius quoq; vis minuitur, & intermittens ſinit Vrinam effluere, quam debebat cohibere. His omnibus ſi Vrinæ acrimonia & copia acceſſerit, tantò citiùs mingunt. Nobiſcum ſentit Avicen. lib. 3. fen. 19. tract. 2. cap. 15.

136. Diabetes rarus & periculoſus eſt Affectus, ex quo vehementer ſitiunt ægrotantes, plurimum bibunt, & aſſumptum potum mox per Vrinas excernunt, parùm immutatum. Hinc διαβήτης ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, *ab eo quòd potus citò penetret: nonnunquam* δίψακος, *à ſiti: aliquando* ὕδρωψ εἰς ἀμίδα, *id eſt, hydrops ad matulam: quibuſdam* διάῤῥοια εἰς οὖρα, *id eſt, Diarrhœa per Vrinas nominatur. 6. de Loc. Affect. cap. 3. g. & ſequentibus.*

137. In hoc principaliter afficiuntur Renes, magno ſeroſitatis deſiderio, coniuncto cum imbecillitate Retentricis & Alteratricis: unde ſit ut attractam ſeroſitatem non retineant nec alterent, ſed tranſmittãt ad Veſicam. Perinde ſcilicet ut in canina fame & Lienterijs quibuſdam, Ventriculus vehementer appetit cibos, eos autem non retinet neq; alterat, ſed mox deijcit. Hinc verò ſit, ut dum Renes vehementer trahunt, Ventriculum ſimul exhauriant, & ſitim excitent. ibidem.

138. Cùm autem Retentrix & Alteratrix Renum functio, ſolâ copiâ attracti humoru debilitetur: quærendum erit, à qua Intemperie tantopere incitentur Renes ad ſeroſi humoris attractionem? Id verò Galenus hîc non evidenter expreſſit. Nam quòd diabetem cum canina

Digitized by Google

nina fame & Lienterijs quibuſdam confert: id potiùs de ſimilitudine Symptomatum, quàm de ſimilitudine cauſarum intelligere oportet.

139. Ex Recentioribus quidam cenſent, Diabetem plerumq; à calida Intemperie: quandoq; tamen etiam à frigida provenire. Cuius ſententiæ eſt Gordonius, particulâ 6. cap. 13. Bairus lib. 14. cap. 9. Enchiridion Trincavella lib. 5. ſect. 7. c. 13. Dominicus Leonus Lunenſis de medendis Morbis lib. 5. ſect. 3. cap. 4. Sed cæteri ferè omnes tàm Græci, quàm Latini, hunc affectum aſcribunt calidæ Renum Intemperiei: & Curationem talem præſcribunt, quæ ad eam dirigitur. Vt Aëtius 3. tetrabib. ſerm. 3. cap. 1. Oribaſius lib. 9. ſynopſ. cap. 36. Paulus lib. 3. cap. 45. Trallianus, Serapion, & alij idem ſentiunt.

Diſputatio VIII.

De Sudoribus.

140. Sudorum, qui per bonam valetudinem eveniunt, materia eſt τοῦ τρέφοντος χυμοῦ, τὸ οἷον ἡμίπεπτόν τι λείψανον ἀδυνατήσαν ἐξομοιωθῆναι, ἢ τὸ ὄχημα ἀναδόσεως ὄχημα: id eſt, nutrientis ſucci quædam ſemicoctæ reliquiæ, quæ aſsimilari ſubſtantiæ corporis nequiverũt: aut quod tanquam vehiculum alimenti fuit, ipſa ſcilicet ſeroſitas ſanguinis, qua per moderatos ſudores, corpus purgatur. 1. de tuenda ſanit. cap. 12. e.

141. Efficiens Cauſa eſt robur caloris noſtri per ſe, aut etiam intervenientibus moderatis exercitijs, balneis,

aſtu ſolis, & ſimilibus. Quæ uti cùm moderata ſunt, expurgant corpus huiuſmodi excrementis: ita ſi fuerint vehementiora, etiam de ſolida ſubſtantia aliquam portionem conſumunt. hîc cap. 2. ccc.

142. Eorum ſudorum qui criticè ſolvunt morbos, materia eſt cauſa morbifica, humores nempe qui morbum efficiebant. Hos enim Robur naturæ præparare, & poſtmodum criticè expellere & morbum finire ſolet. Contrà verò in Syncope & morbis malignis, conſumitur ſolida ſubſtantia, & per ſudores non Robore naturæ, ſed propter imbecillitatem expellitur. ibidem, & 12. Meth. cap. 5.

143. In univerſum verò copioſorum ſudorum, cùm ſanitatis, tùm morbi tempore Cauſæ ſunt: I. Ἀραιότης τοῦ σώματος. *II.* πλῆθος τοῦ περιττώματος. *III.* λεπτότης τοῦ κενουμένου. *Id eſt: Rarus & minimè denſus Corporis habitus: copia Excrementi, per Sudores vacuandi: & eiuſdem tenuitas. Quibus ſi accedat vigor & exquiſitus ſenſus partium, quibus Excremēta continentur, tantò maiores fiunt. Contrà autem ſudorum exiguorum Cauſæ ſunt contraria. ibidem.*

De Catarrhis.

144. Inter ea quæ præter naturam excernuntur, aut retinentur, eſt etiam Catarrhus, qui Græcis κατάῤῥοος καὶ κατάῤῥους, *nempè* ἀπὸ τοῦ κάτω ῥεῖν, *i. ex eo quòd humor à capite deorſum fluat in partes ſubiectas.*

145. Cauſæ autem Catarrhorũ omnium dependēt, à Cerebri affectu, maximè quidem & frequentiſſimè frigido

gido: quo ſunctio ipſius Concoctrix, & nutritio læſa, magnam pituitoſorum humorum copiam parit, quæ poſtea in partes ſubiectas decumbit: perinde ſcilicet ut etiam Ventriculi Refrigeratio, Concoctionem lædendo, efficit Lienterias. Calida quoq; humidaq; Cerebri Intemperies, non modò multas gignit ſuperfluitates: ſed inſuper cauſa eſt, ut à Vaporibus ſurſum aſcendentibus, faciliùs repleatur. hîc c.4. & c.19. Artis medicæ.

146. Vt autem una eſt natura Catarrhi, ita pro diverſitate partium in quas decumbit, varios affectus producit, alijs atq; alijs nominibus nuncupatos. Vt exemplis ſequentibus apparebit.

147. In oris partes decumbens, Catarrhus vocatur, & generis nomen retinet. Si feratur ad Nares, Coryzam efficit. In fauces & laryngem ſi decubuerit, βρόγχος, *i. Raucedo vocatur. Si feratur in gurgulionem,* σταφύλην, *i. Vuam vocatam efficit. In glandulas vicinas ſi decubuerit,* ἀντιάδας *gignit. In partes hiſce adiacentes pertingens, facit Pariſthmia. In aſperam Arteriam, Thoracem aut Pulmones delatus, Tuſſes generat. In Ventrem aut Articulos decumbens, facit Colicam, Arthritidem, Podagram, Chiragram, Gonagram, alioſq; affectus. ibid.*

De Cauſis Sympt. quæ Affectus Corporis dicuntur.

148. Quamvis in libro de cauſis ſympt. c. 2. Galenus omnia ſympt. diviſerit in διαθέσεις τοῦ σώματος, ἐνεργειῶν βλάβας, καὶ ἀμφοτέροις ἑπόμενα: *id eſt, Affectus Corporis, Actionum læſiones: & quæ ex utrinq; conſequuntur: In*

eademq; diviſione, primum locum Affectibus Corporis attribuerit, ob id quòd ſoli eſſentiam habeant in facto eſſe: In explicandis tamen cauſis eorundem Affectuũ, ultimo accedit: propterea quòd nec multi ſunt, nec cauſas habent valdè formidabiles.

149. *Eorundem corporis* διαθέσεων, *quaſdam propriè tales eſſe, ut quæ Viſu, Tactu, Guſtu & Olfactu percipiuntur: quaſdam impropriè, ut quæ percipiuntur Auditu: Id oſtenſum à nobis eſt in diſput. Anni 1604. prop. 74. & ſequentibus. Et hinc fit ut Galenus de improprijs illis hic nihil agat ſiquidem de ijs actum eſt inter Sympt. Excret. & Retent. ut vides ſuprà prop. 112.*

150. *Et ſi quæ ſunt præterea, Vocum depravatarum differẽtiæ, ut quæ vocãtur* κλονώδεις, βραγχώδεις, κλαγγώδεις, τρομώδεις: *i. Stridulæ, Raucæ, Clãgoroſæ, Tremulæ: earum cauſas c. 5. lib. de ſympt. differentijs, explicavit: aſſerens eas pendere ab Oris, Laryngis, Arteriæ aſperæ, Pulmonum aut Thoracis morbis.*

151. *Nam* κλονώδης *Vox eſt, quæ coniunctum habet* κλόνον, *i. Concuſſionem Vibrationemq;:* βραγχώδης, *quæ editur ab Inſtrumẽtis Catarrho laborantib.* κλαγγώδης, *quæ fit ab ijſdem inſtrumentis, per vehementes febres exſiccatis, ſimilesq; ſunt Vocibus avium quæ prælongum collum habent:* τρομώδης, *quæ coniuncta eſt cum tremore Inſtrumentorum Vocem formantium.*

De Affectibus viſibilibus.

152. *Ex ijs quæ propriè ſunt Affectus Corporis, primũ locum obtinent viſibiles, qui conſiſtunt penes colorum*

& fi-

& figurarum mutationes. Colores mutantur in univerſum triplici genere cauſarum. I. propter humores ἐξισταμένους τοῦ κατὰ φύσιν: i. à naturali ſtatu recedentes. II. Propter eoſdem ὑπονοστοῦντας εἰς τὸ βάθος: id eſt, in profundum recedentes. III. Propter eoſdem ἐπιχυθέντας εἰς τὸ δέρμα: i. in cutem effuſos. hîc cap. 5. f.

153. A ſtatu naturali recedunt humores, quando vitio hepatis, Veſica fellis, aut lienis fiunt nimis bilioſi, melancholici aut pituitoſi. Vnde Icterus flavus aut niger cõſequitur. Item color in univerſo corpore talis, qualis eſt in Hydropicis, Elephantiacis, Cacochymis, & ſimilibus.

154. Humorum motu videmus mutari colores ſive illi à centro ad ſuperficiem, ſive à ſuperficie ad centrũ moveantur. Item ſive motus iſti fiant Animi perturbationibus, ambiẽtis mutationibus, aut aliјs cauſis Corpus calefacientibus, aut refrigerantibus.

155. Per Iracundiam, ebulliente calore cordis, ſeſeq́; in ſuperficiem effundente, rubent homines. Contrà in metu pallent, calore & ſanguine in profundum recedente. Sic etiam alius color eſt vehementer incaleſcentibus: alius refrigeratis: alius benè nutritis, alius tabeſcentibus.

156. Quòd ſi in unam tantùm partem quampiam, humor aliquis influat, eam colore ſuo imbuit: ſic Linguam ſæpè pro diverſitate humoris in eam decumbentis, alio atq; alio colore affectam cernimus: & partes Phlegmone, Oedemate, Cancro, Anthrace, aut alio aliquo affectu laborantes, (pro diverſitate humoris qui affluxit) colorem mutaſſe.

157. Figuræ nõ illæ huc pertinent, quæ lædunt Actionẽ (ut in luxatis, blæſis, rabis, plancis, & ſimilib.) quòd ta-

Digitized by Google

les ſint morbi malæ cõformationis: ſed illæ quæ ex morbis conſequuntur: præſertim ex magnis Vacuationibus, Repletionibus, verbi gratiâ, qualis in facie Hippocratica vocata, quæ in prognoſt. Com. 1. text. 6. deſcribitur: Nares acutæ, Oculi concavi, collapſa Tempora, Aures frigidæ contractæq́; Cutis circa frontem arida, &c.

De Affectibus odorabilibus, guſtabilibus, tactilibus.

158. *Odorabilium, guſtabilium & tactilium Affectuum ſpecies ex profeſſo propoſuimus in diſputationib. Anni 1604. prop. 64. & ſequentibus. Cauſas verò ſingulorum iubet Galenus ex ijs quæ cap. 5. libri de Sympt. different. propoſita ſunt, deſumere, & revocare ad eum inventionis modum, quo reliquorum ſympt. cauſas explicavimus. hic cap. 5. g.*

159. *Summa autem hæc eſt. Quoniam omnes ſecundæ qualit. oriuntur ex primis, ut lib. 2. de Ortu & Interitu, cap. 2. ab Ariſt. & à Galeno cap. 2. libri de Cauſis Morb. item 1. de Natur. hominis, text. 6. alijsq́; locis oſtenſum eſt: Idcircò ſicuti ex iuſta earum mixtione, in ſingulis partibus & humoribus convenientes Colores, Odores, Sapores, Durities, Molliciesq́; conſequuntur: ita ex immoderata earundem mixtione, pravos partium corporis & humorum, qui in ijs continentur, Colores, Odores, Sapores, Molliciem item Duritiemq́; minùs convenientem oriri.*

160. *Ex guſtabilibus qualitatibus omnes ſapores, acres, ſalſi, nidoroſi, virulenti, ipſius ſalivæ, ſanguinis, ſudorum*

dorum in os illabentium, uti & eorum quæ Vomitu, aut Ructu excernuntur, à calida intemperie proveniunt. Contrà acidi, inſipidi, ab intemperie frigida pendent, ut habes hic cap. 1. h. a.

161. De tactilibus qualit. & præſertim ijs quæ circa cutem apparent, dicimus, Cutem duram, tenſam, aridam, calidæ ſiccæq; intemperiei ſobolem eſſe: mollem verò ex abundante humiditate provenire. lib. 2. de temper. cap. 3.

162. Hactenus de omnis generis ſympt. Cauſis diſſeruimus, in eum finem ut ingreſſi ad ægros, poſſimus ea quæ ad ſenſum apparent Symptomata, revocare ad ſua genera, & cauſas eorum, morbos ſcilicet ipſos, inveſtigare, à quibus fiunt, & ijs methodicam Curationem adhibere. Sed quia à ſymptomatibus in ſenſum noſtrum cadentibus quandoq; certò licet colligere cauſam præcedentem & ſymptoma ipſum producentem: quandoq; non licet, quod etiam in libro de ſympt. differentijs, cap. 4. a. monuit: Idcirco ſub finem huius libri docet, quādo idipſum tutò facere poſſimus, aut non?

163. Totius verò huius doctrinæ ſummam his verbis comprehendit: Conſidera πότερον ὑπὸ μιᾶς αἰτίας ἐπιτελεῖται τὸ γιγνόμενον, ἢ πλειόνων. Εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ μιᾶς, ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθήσει τῷ ποιοῦντι. Πλειόνων δ' εἰς τὴν γένεσιν δεομένων, οὐκ ἐξ ἀνάγκης: i. Vtrùm ſymptoma ab una tantùm cauſa abſolvatur, aut pluribus? Quæ enim ſymptomata ab una tantùm cauſa fiunt, in ijs licet à ſymptomate certò colligere Cauſam. Quæ verò à pluribus Cauſis fiunt, in ijs non licet certò ab Effectu colligere cauſam. hic cap. 5. g. h..

Digitized by Google

164. Verbi gratiâ, reſoluto Sphinctere ſequitur invita excrementorum deiectio: ex debilitate hepatis, Excretiones, lotura carnium ſimiles: ex dyſenteria, deiectiones cum dolore, exiguo ſanguine & ramentis. Et ſicuti ex talibus cauſis talia ſymptomata producuntur: ita è contrà, ubi talia apparent ſymptomata; certò potes pronuntiare de cauſis.

Sed ſi Vrina ſuppreſſa ſit, non potes certò pronuntiare de Calculo: eò quòd non à Calculo tantùm, ſed inſuper ab alijs multis cauſis, Vrina ſupprimatur, ut ſuprà prop. 120. oſtendimus.

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

Σημειω-

Digitized by Google

Σημειωτικὴ univerſalis.

De quinque Fontibus ſignorum, ex quibus omnia ſigna deſumuntur, ad partes affectas, Affectusq; earum cognoſcendos.

Ex diexodica enarratione duorum priorum de Locis Affectis librorum, ſummatim excerpta, in Theſes digeſta, & menſtruis anni 1609. Diſputationibus dicata.

Ad
Illuſtr: & Generoſos Dominos, D.D. Chriſtianum & Georgium, Barones à VValdſtein, fratres germanos.

Reſpondentibus,

D. Michaele Gichtl Ratiſponenſi.
D. Gregorio Mâttigio Budiſſino Luſâto.
D. Daniele Styrkolszky Boëmo.
D. Iacobo Mieg Baſilienſi.
D. Andrea Malacreda Rheto Vulturen.
D. Tobia Dornero Ravenſpurgenſi.
D. M. Germano Obermeyer } Baſilenſ.
D. M. Emanuel Stupano }

Diſ-

Diſputatio I.

De Σημειωτικῇ, tertia parte Medicinæ, & primis ſignorum fontibus.

THESIS I.

EXplicatis in ſuperioribus diſputationibus, binis primis Medicinæ partibus, Phyſiologiâ ſcilicet atque Pathologiâ: reliquum eſt ut ad Σημειωτικὴν *accedamus, quæ tertia Medicinæ pars eſt, & earum, quæ ad Theoricam noſtram profeſſionem pertinent, ultima: praxin ipſam proximè antecedens; ut in diſputat. Anni 1608. theſi 62. & ſequentibus oſtenſum eſt.*

2. Quanta autem ſit utilitas Doctrinæ de Signis medicis, multis locis docuit Galenus: & Hippocrates ipſe librum prognoſticorum his verbis exorſus eſt: Τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι, ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν: *id eſt, Medicum uti providentia ſeu prognoſi, optimum eſt.*

3. Προγνώσεως *autem, quæ per ſigna fit, utilitatem Galenus ſuper eodem textu, tribus his capitibus comprehendit:* Ἓν μὲν, ὅτι τοὺς νοσοῦντας εὐπειθεστέρους ἕξει, τοῖς ἑαυτοῦ προσταττομένοις. Δεύτερον δὲ, ὅτι προειδὼς τὰ συμβησόμενα τοῖς κάμνουσιν, ἐκ πολλοῦ πρὸς αὐτὰ παρασκευάζεται. Καὶ τρίτον, ὅτι θανάτου τῶν νοσούντων αὐτὸς ἀναίτιος ὑποληφθήσεται: *i. Primò habebit ægros magis obedientes. Deinde prævidens ea quæ ægris ſunt eventura, tempeſtivè iis poterit occurrere. Tertiò internecionis ægrorum crimi-*

crimine vacabit. Vide præterea 11. method. cap. 9. & 2. aphor. 29.

4. *Signum verò, Σημεῖον Græcè, dictum eſt, quicquid aliquid ſignificat; ſuntq́; tres principales ſignorum differentiæ: videlicet ὑγιεινὰ, νοσώδη καὶ οὐδέτερα: i. ſalubria, inſalubria & neutra. cap. 7. artis Medicæ.*

5. *Et quamvis ſingula ſuos uſus habeant, tamen hîc de inſalubribus tantummodo agemus, quòd horum tantò evidentior uſus exiſtat, quantò magis conſpicua eſt Medici Actio, in abigendis morbis occupata, quàm ea quæ in ſanit. tuenda, præſervandisq́; morbis verſatur.*

6. *Eadem inſalubria ſigna rurſus dividuntur in διαγνωστικὰ, προγνωστικὰ, μνημονευτικὰ: id eſt, quibus præſentes affectus cognoſcimus, futuros prævidemus, præteritorũ recordamur. De Diagnoſticis autem hîc potiſſ. diſſeremus, eò quòd Mnemoneuticorũ exiguus uſus ſit; Prognoſtica in Diagnoſticis fundamentum ſuum habeant. cap. 6. de arte Empirica, f. g. item cap. 7. artis Med.*

7. *Ex Diagnoſticis ſignis item, cùm præcipuum uſum ad curationem methodicè inſtituendam obtineant illa, quibus partem affectam cognoſcimus, atq́; Affectum quo eadem laborat: idcirco pro Semeiotice, tanquam tertia Theoricæ noſtræ profeſſionis parte, ſex libros Galeni de Locis Affectis enarrare ſolemus: in quibus de utroque genere ſignorum agitur, ut toto opere apparet, præſertimq́ue lib. 1. cap. 1. ab initio, & cap. 5. toto. item lib. 3. cap. 10. g. lib. 6. cap. 2. c.*

8. *Quanta verò ſit utilitas Cognitionis partis affectæ ad Curationem, docent Galenus initio huius operis hinc, quòd pro diverſitate partium neceſſe ſit Curationem im-*

immutare. Vnus enim idemq́; Affectus, in aliјs atq; aliјs partibus, aliter atq; aliter curatur: non in internis partibus tantùm, ſed etiam in externis.

9. In externis, v.g. ad Aurium phlegmonas, Roſaceum cum aceto, commodum remedium eſt, quod oculorum inflammationibus, nemo prudens adhibebit. de ſect. ad tyron. cap. 8. c. In partibus internis idipſum adhuc evidentiùs apparet, ut 5. meth. cap. 11. & lib. 7. meth. cap. 13. aliјsq́; locis docetur, oſtenditurq́;, curationem eorundẽ Affectuum immutandam, pro diverſitate temperamenti partis cuiuſque, item uſus atq; functionis, cohærentia cum vicinis, ſitus ſuperficiarij aut profundi, ſenſus exacti aut obtuſi.

10. Ventriculi enim atq; hepatis functiones, v.g. quia ſunt utiles toti corpori, idcirco in eorum affectibus curandis, ſemper cæteris aſtringentia ſunt admiſcenda: contrà quàm in aliјs partibus requiratur.

11. Cùm autem, quæ in ſuperficie ſunt partes affectæ, ſenſib. noſtris unà cum ſuis affectibus percipiantur: hîc cap. 1. c. Idcirco de internis ipſis dignoſcendis ſcripſit Galenus hos ſex libros de Locis affectis, & quidem iam ſenex, ut dicitur cap. 9. lib. 2. Et proinde non modò res ipſas optimè explicavit, ſed etiam methodo optima, nempe ſynthetica, ab univerſalib. ad particularia progrediens.

12. De eadem Methodo inquit eodem iam citato cap. 9. f. Γυμνασία ἅπασι γίνεται διὰ τῶν κατὰ μέρος, ὑπὸ τὴν αὐτὴν μέθοδον ἀγομένων. ἔστι δὲ χρησιμώτατον τοιοῦτο τῆς διδασκαλίας εἶδος. i. Exercitatio debet hîc fieri, revocando particularia exempla, ad eandem univerſalem methodum, quod docendi genus optimum eſt.

13. Itaq;

13. Itaq; in primo huius operis libro, propoſuit quinq; fontes univerſales, ex quibus omnia ſigna & argumenta deſumuntur, ad partes internas principaliter, deinde ad earundem affectus cognoſcendos: & primũ fontem præcipuè, multipliciter examinavit. In ſecũdo de doloris differentijs, cauſiſq; particularibus ſingularũ agit, ut quartus fons inprimis, & reliqui meliùs intelligerentur.

14. In reliquis quatuor libris ſequentibus, ab univerſalib. ad particularia deſcendens, docet quomodo per ſigna ex hiſce fontibus deſumpta, partes affectas, earumq; affectus, indagare oporteat, initio ſumpto à cerebro & deinde deſcendendo ad ſingulas reliquas, ſpinalem medullam, thoracem, pulmones, cor, ventriculum, & alias. Vide lib.4.cap.1.

15 De quinq; fontibus ſignorum autem, etſi Galen. non eodem modo ubiq; loquatur, & videatur modò hos modò alios conſtituere: tamen in re ipſa ſemper conſentire eũ ſibi cognoſces, ſi res diligenter perpendẽs, præcedentia cum ſequentib. contuleris, & præſertim quomodo totã de ijſdem fontib. diſputationem cõcludat, præcipuè cap.5. lib. 1. toto, & lib.2. cap.9. f. item lib.3. cap.3. g. utq; etiã apparebit in ſingulorũ horum fontium enarratione.

16. Iidem verò quinque fontes, initio cap.5. huius primi libri, ſic deſcribuntur: ἀπὸ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας, καὶ τῶν ἐκκρινομένων, καὶ τῆς θέσεως, καὶ τῆς κατὰ τὴν ὀδύνην ἰδιότητος, καὶ τῶν οἰκείων συμπτωμάτων. ſenſus eſt: Cognitio partis affectæ comparatur per ſigna quæ deſumuntur 1. ab actione læſa. 2. ab excretis. 3. à ſitu. 4. à doloris proprietate. 5. à proprijs accidentibus.

17. Ut verò univerſales ſunt hi fontes, ad quos omnia

mnia ſigna referri poſſunt : ita rurſum ipſi omnes pendent ex uno quodam communi fundamento, nempe ex Anatomica veraq́; cognitione partium corporis internarum, itemq́; uſus, functionis, ſituſq́; earum cuiuſque, & communionis quam habent cum vicinis: ut vides hic cap.1.c.d.ee.

18. Nam quomodo, v.g. ex læſa urinæ excretione, aut læſa ratione partem affectam cognoſces, ſi de urina collectione cum Aſclepiade, aut de ſede τοῦ ἡγεμονικοῦ *cum Ariſt. ſenſeris? Vide hic cap.1.g.gg. & ſequentibus. Item lib. 1. de. Nat. facult.cap.13.apud Ariſt. lib.1.de generat.animal.cap.18.& de partibus animal.lib.2. cap.7: lib.3.cap.4.*

Diſputatio II.

De fonte læſarum functionum.

19. Qui communiter ἀπὸ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας *nominatur fons ſignorum, is hic cap. 1. dicitur circa* τὰς χρείας καὶ ἐνεργείας τῶν μορίων, *id eſt, actiones & uſus partium conſiderari: nimirum quòd actio propriè conſiſtat in fieri; uſus autem ſit aptitudo, ut adhiberi queat ad agendum. v.g. ventriculi actio eſt ipſa concoctio; uſus, ut ad concoquendum queat adhiberi. Idem dicitur initio libri 17. de uſu partium.*

20. Hiſce accedit & altera diſtinctio, eò quòd in omni inſtrumento, una pars ſimilaris ſit, ad actionem eiuſdem inſtrumenti facta; deinde reliquæ omnes, ut eidem illi uſum aliquem conferant. v.g. Oculus eſt inſtrumentum

mentum

mentum viſionis: eadem tamen viſio perficitur à ſolo cryſtallino humore: reliquæ omnes oculi partes, uſum ſuppeditãt cryſtallino, ut videre queat. de Morb diff. cap. 6. lib. i de Cauſis ſympt. cap. 2. g. item 2. meth. cap. 6. g. h.

21. Sed quomodo ab actione læſa, aut ab uſu & actiõne partium ſigna deſumentur ad partem affectam cõgnoſcendam? Reſpondeo breviter cũ Galeno hic cap. 2. g. φυλαττέσθω τοῦθ' ἡμῖν, ὥσπερ τι στοιχεῖον, ἐν ἅπαντι τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ, καὶ γενέσθω τῆς μεθόδου τῶν εὑρεθησομένων πεπονθέναι τόπων ἀρχή: Τὸ μηδέποτε βλάπτεσθαι μηδεμίαν ἐνέργειαν, ἄνευ τοῦ πεπονθέναι τὸ ποιοῦν αὐτὴν μόριον. *id eſt, Obſervetur iſtud tanquam fundamentum atq; principium methodi, quam deinceps de cognoſcẽdis partibus affectis trademus, nempe quòd nulla actio lædi queat, niſi affecta ſit pars, à qua illa actio editur. Idem ſenſus eſt eorũ quæ dicuntur hic cap. 1 g cap. 2. h. Item lib. 2. huius operis, cap. 7. b. cap. 9. f. alijsq; locis.*

22. Itaq; ſi cui v. g urina ſuppreſſa ſit, non quærimus in ventriculo huius ſymptomatis cauſam, neq; in pulmonibus, corde, hepate, aut ſimilib. alijs: quia hæ partes nõ ſunt urinæ excernendæ inſtrumenta. Sed eam quærimus in renibus, ureteribus, veſica aut fiſtulâ urinâria: eò quòd ſciâmus, urinam primò tractrice renum vi à ſanguine ſeparari: ex ijsq; per ureteres mitti in veſicam, ex quâ tandem per urinariam fiſtulam redditur. hic cap. 1. g.

23. Idem ſentiendum eſt de aliarum partium functionibus: v. g. Læſa concoctione primâ, ventriculum affici dicimus: læſam ſanguificationem, hepati: læſum intellectum, cerebri, morbis aſcribimus. Si bilis flava nõ expurgetur ex ſanguine, veſicã bilis: ſi melancholia, lienem affectum eſſe pronuntiamus.

O o 24. Eo-

mnia ſigna referri poſſunt : ita rurſum ipſi omnes pendent ex uno quodam communi fundamento, nempe ex Anatomica veraq; cognitione partium corporis internarum, itemq; uſus, functionis, ſituſq; earum cuiuſque, & communionis quam habent cum vicinis: ut vides hic cap.1.c.d.ee.

18. Nam quomodo, v.g. ex læſa urinæ excretione, aut læſa ratione partem affectam cognoſces, ſi de urinæ collectione cum Aſclepiade, aut de ſede τȣ ἡγεμονικȣ cum Ariſt. ſenſeris? Vide hic cap.1.g.gg. & ſequentibus. Item lib. 1. de. Nat. facult.cap.13.apud Ariſt. lib.1.de generat.animal.cap.18.& de partibus animal.lib.2. cap.7. lib.3.cap.4.

Diſputatio II.

De fonte læſarum functionum.

19. Qui communiter ἀπὸ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας nominatur fons ſignorum, is hîc cap. 1. dicitur circa τὰς χρείας καὶ ἐνεργείας τῶν μορίων, id eſt, actiones & uſus partium conſiderari: nimirum quòd actio propriè conſiſtat in fieri; uſus autem ſit aptitudo, ut adhiberi queat ad agendum. v.g. ventriculi actio eſt ipſa concoctio; uſus, ut ad concoquendum queat adhiberi. Idem dicitur initio libri 17. de uſu partium.

20. Hiſce accedit & altera diſtinctio, eò quòd in omni inſtrumento, una pars ſimilaris ſit, ad actionem eiuſdem inſtrumenti facta; deinde reliquæ omnes, ut eidem illi uſum aliquem conferant. v.g. Oculus eſt inſtrumentum

mentum

mentum viſionis: eadem tamen viſio perficitur à ſolo cryſtallino humore: reliquæ omnes oculi partes uſum ſuppeditãt cryſtallino, ut videre queat. de Morb diff. cap. 6. lib. de Cauſis ſympt. cap. 2. g. item 2. meth. cap. 6. g. h.

21. *Sed quomodo ab actione læſa, aut ab uſu & actione partium ſigna deſumentur ad partem affectam cognoſcendam?* Reſpondeo breviter cũ Galeno *hic cap. 2. g.* φυλαττέσθω τοῦθ᾽ ἡμῖν, ὥσπερ τι στοιχεῖον, ἐν ἅπαντι τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ, καὶ γενέσθω τῆς μεθόδου τῶν εὑρεθησομένων πεπονθέναι τόπων ἀρχή: Τὸ μηδέποτε βλάπτεσθαι μηδεμίαν ἐνέργειαν, ἄνευ τοῦ πεπονθέναι τὸ ποιοῦν αὐτὴν μόριον. *id eſt, Obſervetur iſtud tanquam fundamentum atq; principium methodi, quam deinceps de cognoſcẽdis partibus affectis trademus, nempe quòd nulla actio lædi queat, niſi affecta ſit pars, à qua illa actio editur. Idem ſenſus eſt eorũ quæ dicuntur hic cap. 1. g. cap. 2. b. Item lib. 2. huius operis, cap. 7. b. cap. 9. f. alijsq; locis.*

22. *Itaq; ſi cui v. g. urina ſuppreſſa ſit, non quærimus in ventriculo huius ſymptomatis cauſam, neq; in pulmonibus, corde, hepate, aut ſimilib. alijs: quia hæ partes nõ ſunt urinæ excernendæ inſtrumenta. Sed eam quærimus in renibus, ureteribus, veſica aut fiſtula urinaria: eò quòd ſciamus, urinam primò tractrice renum vi à ſanguine ſeparari: ex ijsq; per ureteres mitti in veſicam, ex qua tandem per urinariam fiſtulam redditur. hic cap. 1. g.*

23. *Idem ſentiendum eſt de aliarum partium functionibus: v. g. Læſa concoctione primâ, ventriculum affici dicimus: læſam ſanguificationem, hepati: læſum intellectum, cerebri, morbis aſſcribimus. Si bilis flava nõ expurgetur ex ſanguine, veſicã bilis: ſi melancholia, lienem affectum eſſe pronuntiamus.*

O o 24. Eo-

24. *Eodem ſcilicet modo ut etiam in externis partibus, ſenſu ipſo cognoſcimus, abſq; alijs ſignis, propter affectos pedes, ambulationem: propter oculorum morbos, viſionem: propter manûs vitia, apprehenſionem lædi; & aliarum partium affectus, ex læſis ipſarum functionibus, cognoſcimus.*

25. *Ad affectus verò partium, quæ ex actione læſa affectæ eſſe cognoſcuntur, dignoſcendos: non tam promptè ex hoc fonte argumenta ſuppeditantur, ut ad partes ipſas cognoſcendas. Nam ex læſa actione, non niſi ſecundaria quadam ratione, dignoſcitur eiuſdem affectus: cõſiderando videlicet læſionis illius differentias & accidentia quæ comitantur.*

26. *Hoc apertiſſimè docuit Galenus lib. 2. huius operis, cap. 9. f. ſic inquiens:* Ἐπισκέπτεσθαι χρὴ πρῶτον, εἴ τις ἐνέργεια βέβλαπται· σὺν αὐτῇ γὰρ ἀνάγκη πεπονθέναι τὸ τῆς ἐνεργείας ἴδιον ὄργανον. Εἶθ' ἑξῆς ὥσπερ εὕροις βεβλαμμένην τὴν ἐνέργειαν, ἐπὶ τὸν τρόπον τῆς βλάβης ἀφικνόμενος, ἐπισκέπτου, τίνος ἐστὶ πάθους ἴδιον. *id eſt: Primò conſiderandum, nùm actio aliqua ſit læſa? nam ſimul cum ea, neceſſe eſt proprium illius inſtrumentũ affici. Deinde cùm ex læſa actione cognoveris partem affectam, ad modum læſionis accede, & conſidera cuius affectus indicium nobis exhibeat? Idem ſenſus eſt verborum quæ hic cap. 2. b. cap. 4. e. a. cap. 5 e. alijsq; locis dicuntur.*

27. *Exempli gratiâ, læſa prima concoctio, ſignificat ventriculũ eſſe affectum; de affectu eiuſdem immediatè nihil indicat. Sed differentia læſionis & accidentia quæ comitantur, affectum etiam nobis poſſunt demonſtrare.*

28. *Quòd ſi enim vel clydones, ructus acidi, flatus, deiectio-*

iectiones liquidæ. pondus & gravitas circa ventriculum, tempore concoctionis percipiantur: tunc frigida ventriculi intēperies ſignificatur. Calida verò, ſi ructus fœtidi, virulenti, nidoroſi percipiātur: & quæ deÿciūtur, fœtorē peſſimū habeant: ut habes locis iā citatis. Præterea lib. 3. de Cauſis ſympt. cap. 1. h. a. item lib. 3. de Nat. fac. cap. 4.

29. Sic pulſus mutatio à naturali ſtatu, in omni febre cor affici ſignificat: ſed mutati pulſus differentia hanc aut illam febrem denotant. Tertianarum enim pulſus ſunt magni, vehementes, celeres, frequentes. Quartanarum rariores, tardiores, inæquales. Vide lib. 1. ad Glauconem, cap. 5. 6. 7.

30. Item, Rationis læſio, cerebrum affectum eſſe arguit: differentia læſionis, affectum demonſtrant. Quòd ſi enim cum vigiliÿs & inquietudine, coniuncta deliria fuerint, calidum cerebri affectum eſſe cognoſcimus; frigidum verò è contrà, ſi quietem, ſomnum, ſtuporem coniunctum habuerit. lib. 3. huius operis, cap. 5. a. b.

31. Quia verò idem hic fons ſignorum, quo ab uſibus & actionibus læſis ratiocinamur, latiſſimè patet, & ad partes affectas cognoſcendas, plurima nobis argumenta ſuppeditat, idcirco intereſt ut rectè intelligatur, nec de illo quicquam dubitetur. Quod faciebant Veterum aliqui, aſſerentes lædi poſſe quandoq; actionē, parte minimè affectâ. In ÿs ſcilicet, quibus à cauſa aliqua ipſam pertranſeūte, per cōſenſum afficiente, aut facilè diſſipabili, aut alio aliquo modo pars in actione impeditur. v. g cùm oculi ex vētriculi cōſenſu, ſimilia ſuffuſioni ſymptomata patiūtur. hic c. 1. g. ee. ff. itē cap. 2. toto, & initio tertÿ.

32. Itaq; ſollicitè admodum demonſtrat Galenus: præ-

Digitized by Google

ſertim hîc cap.2.3.4. & ſequentibus, non lædi functionem ullam, niſi (ut dicitur hîc cap. 2.h.g. παθόντος κατά τι τοῦ δημιουργοῦντος αὐτὴν μορίου: i. patiente aliquatenus parte, à qua editur.

33. Et proinde ut idipſum commodiùs præſtare poßit, primò varios modos τοῦ πάσχειν proponit, quorum aliquibus videri poßint læſæ actiones eſſe, parte nihil patiente. Deinde oſtendit, quòd ſecundùm ſingulos, partes verè afficiantur ac patiantur. Quid verò ſit πάθος καὶ πάσχειν, vide in diſput. anni 1604. theſ. 3. & ſequentibus.

Diſputatio III.

De varijs τοῦ πάσχειν modis, ἰδιοπαθείας & συμπαθείας.

34. Huiuſmodi τοῦ πάσχειν modos iubet diſtinguere, primùm conſiderando, nùm affectus, à quo actio læditur, ſit διάθεσις ἤδη μόνιμος, ἢ γινομένη μὲν ἔτι καὶ σύλυτος: id eſt, diſpoſitio quædam permanens & confirmata: an quæ eſſentiam obtineat in fieri, ac facilè ſolvatur? v.g. ulcus inteſtini, ab acribus humoribus factum, eſt permanens & confirmata dyſenteria. Sed abraſio eiuſdem, etſi dolorifica exiſtat, nondum tamen eſt dyſenteria confirmata, ſed expurgato humore radente, mox ſoluitur. hîc cap.2.h.b.c.d.& ſequentibus.

35. Deinde ſive affectus ſit confirmatus, ſive non: quærendum porrò erit, πότερον ἐν αὐτῷ τῷ μορίῳ περιεχομένης τῆς ποιούσης αἰτίας, ἢ διαδοθείσης αὐτό: i. nùm pars afficiatur à cauſa in ipſamet conſiſtente, an verò à cau-

ſa

ſa per ipſam tranſeunte? Si enim v. g. viſio lædatur propter albuginem pupillam obtenebrantem, cauſa læſæ actionis eſt in oculo. Sed ſi ob pravos humores in orificio ventriculi contentos, ſuffuſioni ſimilia ſymptomata patiantur, cauſa huiuſmodi ſymptomatum, eſt vapor aſcendens ex ventriculo, & per oculum tranſiens. ibid.

36. Tertiò, ſi cauſa læſæ actionis in parte eam edente contineatur: rurſus conſiderandum, utrùm ſit τῆς ἰδίας ἐσίας πάθος, ἢ ὡς ὀργάνȣ, ſc. μορίȣ σύνπάρχον: i. paſſio propriæ ſubſtantiæ partis eius, cuius actio læſa eſt; an alterius quæ ſit totius inſtrumenti portio? Læſa enim viſio, propter cryſtallini humoris intemperiem, paſſio eſt propriæ ſubſtantiæ: ſed ſi lædatur propter albuginem in pupilla conſiſtentem: tunc ſit ex affectu partis, quæ eſt totius inſtrumenti (oculi ſcil.) portio. hîc cap. 2. h. cap. 3. h. & ſequentibus.

37. Quartò deniq; cùm læſa fuerit partis alicuius actio, quærendum etiam erit, ſit ne læſa per ἰδιοπάθειαν, an per συμπάθειαν? Nam ſi v. g. viſio lædatur ob intemperiem cryſtallini, aut alium aliquem oculi morbū, tunc ἰδιοπάθεια oculi eſt. Si ob humores in ventriculi orificio contentos, ſimilia ſuffuſioni ſymptomata appareant, tunc eſt ſympathia. ibid. & ſequentibus.

38. Significat enim ἰδιοπάθεια, talis cuiuſq; partis affectum, qui oritur ex cauſis in parte ipſa contentis. Veluti ſi ventriculus laboret intēperie, ulcere, ex pravis humorib. in eo cōprehenſis. hîc cap. 3. h. cap. 6. h. aliiſq; locis.

39. Συμπάθεια verò ȣ τὸ μηδόλως πάσχειν, ἀλλὰ τὸ συὺ ἑτέρῳ πάσχειν: id eſt non ſignificat ab omni paſſione vacare: ſed cum alia parte affici ac pati, ob communio-

nem ſcilicet ac ſocietatem quam cum illa obtinet. Veluti quando caput dolet ob pravos humores in vētriculo contentos, ut habes hîc cap. 2. h. a. b cap. 3. f. Item lib. 3. huius operis, cap. 1. h. Hinc docet Galen. eod. lib. 3. iam citato cap. 7. f. Cerebrum ventriculo, & ventriculum cerebro ſuas affectiones communicare.

40. Συμπαθείας autem modi plures ſunt, ex quib. frequentiſſimus eſt ille, quo pars ſympathiâ laborans, ab ea quæ per ἰδιοπάθειαν afficitur (ob cognationem quam obtinet cum illa) recipit aliquid, quod recipere non debebat, ut cùm ex pravis humoribus in ventriculo contentis, vapores ad caput aſcendentes dolorem excitant, aut ad oculos pervenientes, ſimilia ſuffuſioni ſymptomata pariunt. hîc cap. 2. b. cap. 3. b. cap. 6. f. h. item 3. prognoſt. text. 30. 33.

41. Idem hic modus triplex eſt, eò quòd triplex eſſe queat materia, quā partes recipere ſolent. Videlicet aut vapor tantùm aliquis, ſicuti in propoſitis iam exemplis; aut humor, veluti cùm ex hepate aut capite humores in ventriculum decumbunt. Exempla vide lib. 2. de temperam. cap. 6. c. & lib. 3. huius operis, cap. 7. f. Vel deniq; ſola aliqua qualitas prava, cuiuſmodi exempla vide eodem cap. 7. iam citato, aa. & ſequentibus.

42. Alter ſympathiæ modus priori contrarius eſt: propterea quòd per illum in has partes non recipitur quicquam ab ἰδιοπαθείᾳ laborantibus, ex quo ipſa per cōſenſum afficiantur: ſed quòd ſpolientur potiùs atq; priventur re aliqua, quā recipere debebant: ſive id ſit materia edendæ functionis, ſive facultas.

43. Larynx enim v. g. & epiglottis propria vocis inſtrumenta,

menta, ob intercoſtalium muſculorum paralyſin, aut magna thoracis vulnera, aut inciſam aſperã arteriam, exſufflatione, tanquam vocis materia privantur, unde vox perit. Eadem vox etiam poteſt perire, ſi in muſculos laryngis per nervos à cerebro facultas motrix non deferatur: ſive id fiat ab affectu cerebri, ſive nervorum. Sic etiam fieri videmus, ut vehementer læſo nervo quocunque, pereat ſenſus aut motus earum partium, in quas iidem nervi ferebantur. hic lib.1.cap.6. Cur verò aliquando motus ac ſenſus ſimul, aliquando alteruter ſolus aboleatur, dictum eſt in diſputat. Anni 1605. theſi 55.

44. *Tertia deniq; ſympathiæ differentia eſt, ſi pars nec recipiat quicquã ab ea, quæ afficitur per idiopathiã, nec privetur re aliqua: ſed tolerare ac ferre cogitur materiã quæ debebat liberari. Quo modo hepar primùm, deinde corpus univerſum, lien, & veſica fellis compatiuntur.*

45. *Nam liene v.g. benè affecto, expurgatur melancholia, & corpus floridum redditur, contrà ſi malè habeat, hepar & corpus univerſum patiuntur. 2. de. Nat. fac.cap.9.h 4. Item 5.de Locis affectis, cap.7.c.lib.6.cap. 1.Item 5.de locis affectis, cap. 6. c. lib. 6. cap. 1. b. c. Item Hipp.in lib.de Locis in homine.*

46. *Vtrùm verò inter tot modos* τοῦ πάσχειν, *& in tot differentiis ſympathiæ, non quandoq; lædatur actio* αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος τὸ ποιοῦν αὐτὴν μόριον, *i. parte quæ eam efficit, illæſa? Reſpondemus, quando actio læditur* ἰδιοπαθείᾳ, *item à cauſa in parte contenta, item à diſpoſitione confirmata: tum extrà controverſiam eſſe, quòd propter partis affectum illius actio lædatur.*

47. *In ſympathiâ quoq; eâ, qua pars recipit aliquid*

Digitized by Google

ab ea quæ ἰδιοπαθείᾳ laborat, conſtat eandem participem fieri cauſæ morbificæ, & proinde pati. hîc cap. 2. a.

48. In ea autem ſympathia, qua partes privantur aliqua materia, aut facultate, probabiliter dici videtur, actionem lædi poſſe, parte illæſa. Sed nihilominus tamen ſi conſideremus, quarum ſit harum partium ἡ κατὰ φύσιν διοίκησις, i. naturalis œconomia, videbis eas hîc etiam lædi, atq; per talem ſympathiam affici, quia amittunt τὴν κατὰ φύσιν διοίκησιν: perinde ſcilicet, ut fontes quoq; rectè lædi dixeris, ſi nulla aqua in eos influat. hîc cap. 6. c. cap. 7 c. d. lib. 3. huius operis, cap. 1. a.

49. Atque hæc doctrina tota, quam de variis τοῦ πάσχειν modis, ἰδιοπαθείᾳ item atq; ſympathia, deq; ſympathiæ differentiis propoſuimus, ut huic de locis affectis tractationi maximè conſentanea eſt, & utilis ad cognoſcendas partes affectas affectus affectuumq; curationem methodicè inſtituendam: ita è contrà, multæ aliæ quæſtiones ab Antiquis, præſertimq; ab Archigene proponebantur, à quibus Galenus nos iubet abſtinere. hîc lib. 1. cap. 1 g. cap. 4. d. lib. 3. cap. 1. h.

50. Ex huiuſmodi quæſtionibus erat primùm illa, qua iidem quærebant nùm in iis, quibus urina ſuppreſſa eſt, ob calculum, grumũ, aut ab alia re fiſtulam urinariam obſtruente, dicendum ſit, τόπον πεπονθέναι, ἢ ὅτι τόπος μὲν οὐδεὶς πέπονθεν, ἐνοχλεῖται δὲ τὸ ζῶον, ὑπὸ τῆς παρὰ φύσιν αἰτίας: id eſt, partem eſſe affectam, an quòd nulla pars ſit affecta, ſed quòd animal ſolũmodo à cauſa præternaturali vexetur?

51. Deinde, cùm caput dolet ex affectu ventriculi: num dicere debeamus, caput eſſe affectum, cùm nondum

eſt

eſt in illo permanens diſpoſitio, curatoq; ventriculo, etiam dolor capitis tollatur?

52. Tertiò in ijs, quibus ex proprio ventriculi affectu, ſuffuſioni ſimilia ſymptomata circà oculos accidunt: nùm dicere oporteat, oculos eſſe affectos, an umbram affectuum tantummodo continere?

53. Quartò, utrùm cruditates factos vitio aſſumptorum, abſq; ventriculi læſione, exprimere oporteat per verba ἀπεπτεῖσθαι, i. incrudari, an per μὴ πεπέφθαι, i. non cocta eſſe: & in hiſce nùm dicendum ſit, actionem eſſe læſam, an non? hìc cap. 3. ſub finem, & cap. 4.

54. Has quæſtiones dicit inutiles: non quòd ignorare debeamus, aliter affici caput atq; oculos ex proprio affectu quàm per conſenſum: Item aliter ſupprimi urinam à proprio veſicæ affectu quàm ab obſtructione fiſtulæ urinariæ: Aliter deniq; corrumpi cibos, aut aliàs non concoqui in ventriculo vitio ipſius, quàm vitio aſſumptorum.

55. Neq; enim de hiſce tàm curiosè differeret hìc cap. 1. g. c. ee. ff. Item cap. 2. 3. 4. 6. Sed logomachia eſt, quæ hìc à Galeno damnatur. Cùm enim ad ægrum accedimus, cui v. g. Vrina ſuppreſſa eſt, non quærere oportet de verbis quibus appellandi ſint affectus, ſed inveſtigare oportet, qua parte lateat ſuppreſſionis cauſa? quænam illa ſit? & quomodo tollenda?

56. Vt verò etiam meliùs intelligamus, cuiuſmodi quæſtiones evitare aut tractare hìc oporteat: idcircò cap. 1. libri ſequentis, omnes utiles quæſtiones, huic de locis affectis doctrinæ accommodatas, tribus capitibus cõprehendit, ut ſequitur.

Digitized by Google

57. Τρεῖς εἰσι τρόποι τοῦ γυμνασίου. Πρῶτος μὲν ὁ καθ' ἕκαστον τῶν μορίων τοῦ σώματος, ἃ τόπους ὀνομάζουσιν. Δεύτερος δὲ ὁ κατὰ τὰς αἰτίας τε καὶ διαθέσεις. Καὶ τρίτος ὁ κατὰ τὰς τῶν συμπτωμάτων διαφοράς. *id eſt: Tres ſunt modi ſe exercendi in doctrina de Locis Affectis. Vnus verſatur in ſingularum partium (quæ loci dicuntur) affectarum inveſtigatione. Alter circà earundem affectus affectuumq́; cauſas occupatur. Tertius verſatur circà ſymptomatum differentias, ex quibus, in hos quinq; Signorum fontes digeſtis, partes affectas earumq́; affectus indagamus.*

Diſputatio IV.

De fonte Excretorum.

58. *Alter fons ſignorum dependet* ἐκ τῆς τῶν ἐκκρινομένων ἰδέας, *i. à forma eorum, quæ excernuntur ex corpore. hîc cap. 2. g. cap. 5. ab initio. Latiſſimè verò patet etiam hic fons, quia per alias atq; alias vias, multa variaq́; ex corpore excernuntur: quæ nobis ſigna ſuppeditant, tàm ad partes affectas, quàm ad earundem affectus cognoſcendos.*

59. *Ita autem tractatur à Galeno multiplex illa Excretorum varietas, ut ad bina capita reducatur. Nam quicquid ex corpore excernitur: idipſum erit,* ἢ οὐσία τῶν μορίων, *i. ſubſtantia partium earum, ex quibus fit excretio: ſive ut loquitur hîc initio cap. 1.* τῆς οὐσίας ἑκάστου τῶν μορίων ἰδιότης, *i. cuiuſq; partis eſſentia proprietas. Aut erit aliquid* τῶν περιεχομένων ἐν τοῖς μορίοις οὐσιῶν, *i. eorum quæ in partibus continentur. ibid.*

60. Exem-

Digitized by Google

60. Exempli gratiâ, ſi tuſsiendo quis βρόγχιον reiecerit, is aliquid de pulmonum ſubſtãtia excernit. Si ſanguinem ſive tuſsiendo per os, ſive per alias vias aliter reijciat, aut urinam, pus, ſtercus, lumbricos, calculos, arenulas, aliáve hiſce ſimilia, is non partis ſubſtantiam reijcit, ſed ea quæ in partibus continentur.

61. Vtrumq; verò iam propoſitorum capitum, iterum duplex eſt. Nam eſſentia partis excernitur aut talis, qualis eam ſecundùm naturam ſanamq; conſtituebat, ut bronchion, vena, tunica, ligula; aut excernitur τῶν ἐπιφυομένων τὶ, id eſt, aliquid eorum quæ ſolent præter naturam partibus adnaſci, ut cruſtulæ, ephelcides, caruncula, lamina, fungi.

62. Eorum etiam quæ in partibus continentur, duplex genus eſt: eò quòd aliqua ſecundùm naturam, aliqua præter naturam in ijs contineantur. Prioris generis ſunt ſanguis in venis & arterijs, ſtercus in inteſtinis, inteſtina & omentum in peritonæo, pulmo in thorace. Poſterioris, calculi in renibus aut veſica, lumbrici in inteſtinis, & ſimilia.

63. Sed ab huiuſmodi excretis, quomodo cognoſcemus partem affectam? Reſpondeo: Sive quid de ipſius partis ſubſtantia excernatur: ſive reijciatur aliquid eorum, quæ partibus intus adnaſcuntur: ſemper cognoſcemus eas partes eſſe affectas, ex quibus talia excernuntur.

64. Nam ſi tuſsiendo bronchion aut vena reijciatur, pulmo eſt affectus: ſi itidem tuſsiendo membrana craſſa excernatur, larynx & ligula patiuntur. Quòd ſi alvum deijciendo, membrana reddatur, inteſtina læſa ſunt. Cum urinis ſi excernantur πεταλώδη, id eſt, laminoſa, aut

Digitized by Google

aut ſanguis aut pus cum fœtido odore, veſica afficitur. Si σαρκώδη, id eſt, carunculæ reddantur, renes: ſi ex fracturis capitis fungi prodeant, meninges ſunt affectæ. hic cap.1.d.e.item 4.aph.76.81.

65. *Quæ in partibus præter naturam continentur, illa affectas eas eſſe ſignificant, quamvis per ordinarias vias excernantur. Nam lumbrici ſive vomendo ſurſum, ſive deorſum per alvum reijciantur, inteſtina malè habere indicant.*

66. *Calculi itidem, arenulæ, pus, grumus ſanguinis, cum urinis reddita, urinaria inſtrumenta: grandini ſimilia corpuſcula, aut pus tuſſiendo excreta, pulmones affici ſignificant. hic lib.1.cap.1.g.a.b. lib.4.cap.8.d. & 3.aph.26.d.*

67. *Illa verò quæ in partibus, ſecundùm naturam continentur, ſiquidem per vias ordinarias, debito modo prodeant, ut ſtercus per alvum, urina per urinarios meatus, lac ex mammis: tunc nihil mali portendunt. At ſi excernantur per vias non ordinarias, nempe per vulnera aut ulcera partium aliarum: tunc ſignificant eas quoque partes affici quibus continebantur.*

68. *Exempli gratiâ, in iuvene Mitylenæo circa ſedem vulnerato, cùm urina per vulnus excerneretur, veſicam ex eo vulnere eſſe affectam cognoverunt. Et ſuppuratum circa inguina panum, inciſumque, cùm ſtercus ſequeretur, colum inteſtinum læſum eſſe apparuit. Si cibus per vulnus egrediatur, ventriculus læſus eſt. Si inter reſpirandum, flatus aut pulmonis fibra aliqua per vulnus thoracis prodeat: ſuccingentem membranam vulneratam eſſe oportet. Si per vulnus in abdomine acceptum*

ptum, omentum aut inteſtinum aliquod exeat: peritonæum affectum erit. hic cap.1 ff.

69. Et ſiquidem ea quæ excernuntur, in certis quibuſdam partibus ſolis ſingillatim contineantur: certa ratio eſt cognoſcendi partem affectam, eo quem propoſuimus, modo. Quòd ſi quædam excernantur, quæ pluribus diverſiſq; locis continentur, ut ſanguis, vena, cruſtula, membrana, & ſimilia, tunc ad partem affectam inveniendam diſtinctio adhibenda erit: & quidem potiſſimùm reſpectu viæ per quam fit excretio, modi excretionis & magnitudinis excretæ ſubſtantiæ.

70. Viarum ratio habenda eſt, quia aliæ atq; aliæ partes per alias atq; alias vias purgantur, verbi gratiâ, membrana ſuccingens, & pulmones, per aſperam arteriam tuſſiendo: ventriculi pars ſuperior per vomitũ, inferior per alvum: inteſtina ferè per alvum: renes & veſica mingendo, cerebrum per nares palatumq;, & aliæ partes per alias vias excrementa ſua reijciunt. lib.2. huius operis, cap.9. e.f.g.

71. Fac igitur, exempli gratiâ, cruſtulam aliquam eſſe excretam: hæc ulcus partis alicuius portendit: quã, ut invenias, quære per quam viam? quomodo ſit excreta? & quanta ſit illius magnitudo?

72. Quia ſi per os tuſſiendo ſit excreta, in organis reſpirationis vitium erit. Si per os vomendo ſit reddita, in œſophago aut ventriculo. Si ſcreando, in ore aut faucibus. Si per alvum, in inteſtinis latebit affectus: & ſiquidem ſit craſſior; in craſſis: ſi tenuior; in tenuibus inteſtinis. hic lib.1. cap.1. d.f. cap.4. a. & lib.4. huius operis, cap.5. d.e.

73. Ex

Digitized by Google

73. Ex eodem Excretorum fonte ſumuntur etiam ſigna de affectibus ipſis: videnturq́; per huiuſmodi excreta priùs cognoſci affectus quàm partes: mox enim ubi aut bronchion, aut cruſtulã, membranã, vas, pus reijci cernimus, ulcus alicubi eſſe iudicamus: partem autem ulceratam indagamus ex ea diſtinctione, quæ præcedentibus binis theſibus eſt propoſita.

74. Similiter ubi quid fuerit excretum, aut aliàs per vias non ordinarias prodierit eorum, quæ ſecundùm naturam in partibus quibuſdam continentur, mox eas vulneratas aut ulceratas eſſe cognoſcimus, ut priùs theſi 67. & ſequentibus dicitur.

75. Quæ pluribus partibus continentur: eandem requirunt diſtinctionem, v. g. ſanguis reiectus ſignificat διάβρωσιν, ῥῆξιν, ἀναστόμωσιν, *aut* διαπήδησιν: *i. eius partis, unde fuerit reiectus, eroſionem, ruptionem, apertionem, aut rarefactionem, quàm partem per eandem ſuprapoſitam diſtinctionem invenire oportet.*

76. Rectè igitur Galen. hîc c. 5. d. inquit: Καὶ τῶν παθῶν αὐτῶν ἐν τοῖς ἐκκρινομένοις ἴδια σημεῖα: τοῦ γὰρ ἕλκους ἐφελκὶς, αἱ δὲ ψαμμώδεις ὑποστάσεις λιθιάσεως. *i. Ipſorũ quoq; affectuum in Excretis propria ſigna ſunt; nam ramentum ulceris ſignum eſt, & arenoſæ hypoſtaſes calculum ſignificant. Accedit, quòd communi uſu conſtat, ex urinarum, aliorumq; excretorũ qualitate & quantitate, alios aliosq́; morbos prædici ſolere.*

Diſputatio V.

De Theſi & proprijs Accidentibus.

77. Tertius ſignorum fons, unde ad cognoſcendas partes

tes affectas indicia deſumuntur, profluit ἐκ τῆς θέσεως, i. à ſitu partium: cuius nomine intelligimus poſitionẽ, ſeu collocationem partiũ in corpore, ex quâ cum vicinis talem quandam cohærentiam obtinent ac ſocietatem.

78. Et in hanc ſententiam Gal. hîc cap. 1. ee. aſſerit, ex anatomicis diſſectionibus, cùm multa alia poſſe cognoſci de partib. internis, tùm verò τὴν πρὸς τὰ πλησιάζοντα μόρια κοινωνίαν, ὅπερ ἐν τῷ τῆς θέσεως ὀνόματι περιλαμβάνεται: i. cohærentiam & cognationem, quam cum vicinis obtinent particulis, quæ ſitûs nomine comprehenduntur.

79. Idem verò ſitus nobis partes affectas demonſtrat; primùm diſtinguendo ea, quæ forinſecùs apparent accidentia; ſecundò ea, quæ in & cum excretis educuntur; tertiò deniq; illa, quæ ex doloribus percipiuntur.

80. Si enim v. g. foris apparet tumor circa pubem, urinaq; ſit ſuppreſſa: cognoſcimus utiq;, veſicam urinæ copiâ diſtentam eſſe, quia eo loco intus ſita eſt veſica; cõtrà ſi durus quiſpiam tumor in dextro percipiatur hypochondrio, hepar affici conijcimus: lienem verò, ſi in hypochondrio appareat ſiniſtro: propter utriuſq; horum ſitum. hîc cap. 1. h. d. cap. 5. c.

81. De Excretorum diſtinctione priùs quoq; dictum eſt, propoſ. 69. & ſequentibus: utiq; totam rem meliùs intelligas, cogita, ſi quid in Excretis appareat morboſum, v. g. ulceris aut vulneris indicium, cuiuſmodi ſunt ſanguis, pus, membrana, & ſimilia: quæratur verò de parte affecta, ulcerata ſc. aut vulnerata, tuncq; ex ſitu eam agnoſces, propterea, quòd illam ſitam eſſe oporteat iuxtà eandem viam per quam facta eſt excretio.

82. Fac

82. Fac enim verbi gratiâ, membranoſæ tunicæ alicuius fruſtum per os reiectum fuiſſe, & proinde ſignificari quòd ulcus alicubi exiſtat: tali in caſu, nec in utero partem affectam, nec in veſica, aut renibus inteſtiníſve quæres; harum ſiquidem partium nulla talem obtinuit ſitum, ut Excrementa ſua per os reÿciat.

83. Neceſſe ergo fuerit partem ulceratam talem eſſe, quæ ſitus ſui ratione Excrementa ſua per os reÿcere queat; cuiuſmodi ſunt ventriculus, œſophagus, larynx, fauces, aſpera arteria, pulmones.

84. Ad has autem partes diſtinguendas Excretionis modus conducit, de quo prop. 71. dictum eſt: Nam ſi vomendo reiecta fuerit, in vẽtriculo erit, aut œſophago; ſi ſimpliciter ſcreando, in faucibus; ſi tuſsiendo, in larynge, aut arteria aſpera, ulcus erit.

85. Eadem planè ratio eſt ſi pus, ſanguis, cruſtula, aut alia fuerint reiecta, quæ ulcus ſignificant; ſemper enim talem partem affici oportet, quæ ſitus ſui ratione, per tales vias expurgetur; & proinde, quæ cum urinis educũtur, urinaria Inſtrumenta; quæ per alvum, inteſtina; quæ cum menſibus, uterum præcipuè affectum indicant: hic cap. 1. f. g. cap. 5. c.

86. Ad ea, quæ cũ dolore coniuncta ſunt, dolentemq́; partem cognoſcendã, prodeſt ſitus hoc modo: Fac, cum vomitu reiectum aliquid eſſe, quod ulcus ſignificet; & dolorem quoq́; ſentiri: ex quo ſequitur, aut œſophagum, aut ipſius ventriculi orificium affici.

87. Quia igitur œſophagus ſecundùm ſpinam dorſi deſcendit; orificium ventriculi iuxtà mucronatam cartilaginem ſitum obtinet; ventriculi capacitas loco inferiori:

Digitized by Google

feriori: idcircò ſi devorando acria quadam, aut vomendo, dolor percipiatur iuxtà dorſum œſophagus; ſi iuxtà mucronatam cartilaginem, ventriculi orificium; ſi loco inferiori percipiatur, ventriculus ipſe affectus erit. hic cap.5.d.

88. Affectuum verò ſigna ſumuntur ex Situ, quatenus per eum partes ſitum obtinentes intelligimus: quâ ſignificatione dixit Galen. hic c.5.d. A Locis ipſis morborum indicia ſumuntur, eò quòd locis quibuſdam ſolis, hic illéve morbus accidat. Soli enim oculi ſuffuſione laborãt: lapis communiter in renibus & veſicâ: lumbrici in inteſtinis naſcuntur. Ita quadam ſola talibus quibuſdam morbis non afficiuntur; Abſceſſus ſiquidem nunquam cadit in cor, neq; dolor in ligamẽta, aut pulmones graſſatur, &c.

Propria Accidentia.

89. Etſi Galenus τῇ κατὰ τὴν ὀδυνὴν ἰδιότητι, id eſt, doloris proprietati, quartum locum inter fontes ſignorũ, proprijs Accidentibus verò quintum attribuat, uti priùs prop 16. dicitur: nos tamen de proprijs Accidentibus priùs agemus, ut quæ de dolore poſteà docebuntur, cum ijs cohæreant, quæ ex lib.2. operis huius, ad hunc fontem declarandum deſumemus.

90. Vocantur autẽ propria Accidentia Gracis οἰκεῖα συμπτώματα, i. propria ſymptomata, quia certarum quarundam partium propria exiſtunt, ijsq; ſolis accidunt; quo fit, ut cùm eorum aliquod apparuerit, mox liceat arguere, eam partem eſſe affectam, cuius id ſymptoma proprium fuerit.

Digitized by Google

91. *Ex omnibus autem tribus ſymptomatum generibus exempla invenies, quæ certarum quarundam partium propria ſunt, & quorum aliquo apparente, liceat arguere, eam partem affectam eſſe, cuius id ſymptoma proprium fuerit.*

92. *Verbi gratiâ, Ex actionibus læſis viſio imminuta, abolita, aut depravata, oculum affici ſignificat: concoctio læſa, ventriculum: cibi faſtidium, eiuſdem ventriculi ſuperius orificium, innuit.*

93. *Ex ijs quæ excernuntur, fungi vocati, ex ſolis vulnerib. capitis, quib. Menynx læſa eſt, excernũtur: hîc c.1.f. loturæ carnium ſimiles per alvum deiectiones, tantũ ex hepatis affectibus prodeunt: hîc c.5.d. & l.5. huius operis, c.7.hh. Ex tertio genere ſymptomatum rubedo genarũ peripneumonicis ſupervenit: color totius corporis citrinus, hepar; niger, lienem affectum innuit. ibid.*

94. *Et ſi quæras: quomodo hæc à reliquis fontibus læſarum actionum, Excretorumq́; diſtinguantur? Brevis eſt reſponſio: v. g. deiectiones loturæ carnium ſimiles, generatim conſiderata, ſunt in genere Excretorum, & ad fontem Excretorum pertinent: quatenus verò ex ſolo hepatis affectu proficiſcuntur, eiuſdem proprium ſymptoma dicuntur.*

95. *Ex eodem verò hoc fonte, & in affirmantem, & negantem partem argumenta deſumuntur; nam quæ propoſita iam ſunt propriorũ ſymptomatũ exempla, ex ijs alijsq́; ſimilib. ſemper poteris affirmare, eas partes eſſe affectas, quib. quodq́; eorũ proprium ſymptoma fuerit; v. g. ex deiectionib. loturæ carniũ recenter mactatarũ ſimilib. affectũ eſſe hepar; ex cibi autẽ faſtidio, ventriculi orificium ſuperius, pronuntiabis.*

96. Ne-

Digitized by Google

96. *Negantia verò argumenta, ex ijſdem etiam deſumuntur, de cæteris partibus, in quas talia ſymptomata non cadunt: nam quemadmodum ex deiectionibus loturæ carnium ſimilibus, hepar affici cognoſcimus; ita eiuſdem huius ſymptomatis cauſam nō quæremus in inteſtinis, ventriculo renibus, cerebro & alijs.*

97. *Deinde ſunt etiam quædam ſymptomata, quæ in certas quaſdam partes non cadunt, ut dolor in oſſa, cartilagines, ligamenta, parenchyma pulmonum: item abſceſſus non cadit in cor, calculi communiter in renibus & veſica, non in inteſtinis, ventriculo, cerebro generantur; & proinde, quando aliquid horum apparuerit, poteris negare, ullam earum partiū affici, in quas hæc cadere nequeunt.*

98. *Cæterùm ſicuti ſymptomata quædam ſunt quarundam partium affectarum propria; ita etiam ſunt quædam propria quorundam affectuum: v.g. rubor genarum primò pulmones affectos ſignificat; deinde affectu inflammatorio, dolor lateris punctorius primò ſignificat, membranam ſuccingentem eſſe affectam, ſecundò eandem phlegmone laborare. lib. 2. huius operis, cap. 5. b. cap. 9. d.*

99. *Sunt etiam quædam ſymptomata quæ magis affectus quoſdam ſignificant, quàm partes; cuiuſmodi ſunt ſigna pathognomonica pleraq;: ut ungues adunci, tabem; rigor intempeſtivus cum febre, phlegmonem in ſuppurationem tendentem; linguæ nigredo, febrem ardentem; flavus color, icterum; lentor circa dentes, febris vehementiam notat. hîc cap. 5. d. lib. 4. aph. 53.*

Diſputatio VI.

De Dolore.

100 *Dolor Græcis communiter dicitur* ὀδύνη: *ſæpè verò etiam* ἄλγημα, ἄλγος, πόνος, *alijsq́ inſuper nominibus appellatur; ut oſtendimus in diſputat. anni 1605. prop.101. & ſequentibus: definitur autem à Veteribus* αἴσθησις ἀνιαρά: *i. triſtis ſenſatio; ſicuti eius contrariũ, Voluptas,* αἴσθησις προσηνής: *i. ſenſatio iucunda, ab iiſdẽ dicebatur lib.2. huius operis, cap.2 g.*

101. *De eiuſdem verò eſſentia, ſubiecto, cauſis immediatis, & mediatis, totâ item illâ controverſiâ, quæ variè à Medicis tàm veteribus, quàm recentioribus, de doloris cauſis agitatur, copioſè diſſeruimus in eâdem iam citata diſputatione: hìc de dolore eo ſolomodo agimus, qui tactus ſenſu percipitur, quatenus de affectu internis partibus, nobis indicium aliquod ſuppeditare poßit.*

102. *Et longâ diſputatione, toto 2. lib. de Loc. Affectis, tract. Gal. hanc materiam, partim, quòd ex omnib. ſymptomatibus dolor maximè ſoleat ægros ſimul & medicos permovere; partim quòd à Veteribus, præſertimq́ ab Archigene, Medico aliâs celeberrimo, multa malè diſputata, ineptéq́ tradita eſſent de dolorum differentijs, & modo, quo ex ijſdem partes affectas indagare oporteret.*

103. *Nos verò eandem doctrinam diffuſè libro iam citato à Gal. traditam, hìc ſummatim comprehendentes, dicimus, quòd ex hoc ſignorum fonte, cùm de parte affecta, tùm affectu ipſo argumenta deſumi queant.*

104. *De affectu partis dolentis tantò firmiùs faciliusq́ conijcere ſemper poſſumus, quòd is univerſum, tactus i-*

pſius

pſius ratione, non niſi à duplici cauſa oriatur: intemperie nimirùm, aut ſolutione continuitatis; quarum utramq; ex cauſis præcedentibus indagare licet, iuxtà ea quæ in diſputationibus priùs citatis, theſi 138. & ſequentibus dicuntur.

105. De parte affecta rurſum dupliciter ex dolore arguere licet; Primùm, quatenus adhibetur dolor, unà cũ ſitu, ad diſtinguenda ea, quæ in Excretis apparent, & foris percipiuntur: quâ ſignificatione dixit Gal. lib. præcedenti, cap 5. c. τῶν ὀδυνῶν ἑκάστη κατὰ τὴν θέσιν ἐνδείκνυσθαι τὸ πεπονθὸς μόριον. i. Quilibet dolor ipſo ſitu locum affectum commonſtrat: cuiuſmodi exempla in ſignis, quæ illic à ſitu deſumuntur, prop. 77. & ſequentibus videbis.

106. Deinde, ex doloribus, ſumuntur ſigna de partibus affectis, quatenus à Veteribus, ipſi ſecundùm ſpeciem alij atq; alij exiſtentes, in alias atq; alias partes cadere putabantur: quâ de re ex profeſſo agitur toto hoc lib. 2. de Locis Affectis.

107. Nos ut commodiſſimè hoc ipſum explicare poſſimus: Primùm, ex eiuſdem libri potiſſimùm, c. 6. 7. 8. Archigenis, Medici excellentiſſimi, doctrinam de dolorum differentijs, & modum, quo idem partes affectas ex ijs inveſtigandas docebat, compendiosè in typo ſequenti proponemus: deinde, ex Galeni ſententia, verum oſtendemus modum, quo doloris differentias diſtinguere oporteat: tertiò eodem modo, ſimul & in quo errarit Archigenes, & quæ ſint doloris differentiæ veræ: deniq;, quid de partibus affectis liceat ex ijs ſingulis arguere, demonſtrabimus.

108. *Cap. 6. 7. 8. lib. 2. de Loc. Affect. docet Galenus, Archigenem ſequentes dolorũ differentias conſtituiſſe: & docuiſſe, per eas ſignificari, illas partes affici, quas hîc ad dextram annotavimus.*

1. Σφακελώδεις πόνοι,	*Sphaceloſi dolores, pertinent ad hemicranias capitis.*	
2. Σφυγματώδεις,	*Pulſatorij,*	*ad Arterias.*
3. Διαΐσσοντες,	*Turgidi ſeu penetrantes,*	
4. Μετὰ φρίκης στρογγυλοῦντες,	*Cum horrore rotundi,*	
5. Ναρκώδεις,	*Stupidi,*	*pertinent ad Nervos.*
6. Σκληρῶς διατείνοντες,	*Durè diſtendentes,*	
7. Βύθιοι,	*Profundi,*	
8. Εμπεπαρμένοι,	*Infixi,*	
9. Στενοχωρίας πληρεῖς,	*Anguſtia pleni,*	
10. Ηκιστα κεχυμένοι,	*Parùm diffuſi,*	
11. Επὶ πλάτος διήκοντες,	*Latè penetrãtes,*	*ad Membranas cõmuniter omnes.*
12. Ανώμαλοι,	*Inæquales,*	
13. Αἱμωδίᾳ τὶ προσεοικὸς ἔχοντες,	*Hæmodiæ ſimiles*	
14 Διασπῶντες,	*Diſtendentes, ad Membranas inter carnes ſitas.*	
15. Προσυπεῖς, *quod per* βυθίους *explicatur:*	*Profundi, aliàs dependentes, ad Perioſtia.*	
16. Βαρεῖς,	*Graves, ad Venas.*	

17. Κα

17. Καθέλκοντες,	Detrahentes,	ad Venas.
18. Ὠμαλῶς ἐμπεπλασμένοι,	Aequaliter infixi,	
19. Ἀποσκιῤῥοῦντες,	Varicoſas efficientes,	
20. Κεχυμένοι,	Fuſi,	ad Carnes.
21. Χαλαρώτεροι,	Laxi,	
22. Μὴ πολὺ ἐκτεινόμενοι,	Non latè extenſi,	
23. Ὡς τραχύτητος ἐμπλέοντες,	Aſperitate ſenſum implentes,	
24. Σφίγγοντες,	Stringentes,	ad Muſculos.
25. Μετ' εὐρυχωρίας διατεινόμενοι,	Cum latitudine extenſi,	
26. Ναρκώδεις σφύζοντες,	Stupidè pulſantes,	
27. Ἑλκώδεις,	Vlceroſi,	ad ſuperficiem corporis.
28. Ἰσχνῶς ὀξεῖς,	Tenuiter acuti,	
29. Γλυκύτεροι,	Dulciores,	
30. Κνησμοῦ προσαγωγοὶ ſeu κνησμώδεις,	Pruriginoſi,	
31. Διακεντοῦντες,	Pungentes,	
32. Νυγματώδεις,	Punctorij, in profundo corporis.	
33. Ἐνερείδων πόνος,	Infixus dolor,	pertinent ad ſinus.
34. Σπαράσσων,	Diſtendens, lacerans,	

35. Ολιμμος,	Tractoriuſ,	pertinent ad hepar.
36. Εμπεφυκὼς,	Inhærens infixuſq́,	
37. Ναρκώδης,	Stupiduſ,	
38. Ατζρον ἐγκείμενος,	Ferociùs inſidens,	
39. Οὐκ ὀξὺς πόνος,	Non acutuſ dolor,	pertinent ad lienem.
40. Βάρος ἔχων,	Gravitatem habens,	
41. Διάτασιν ἔχων,	Tenſionem habens,	
42. Μετὰ σφίγξεως ἐπινύσσοντες,	Cum aſtrictione pungentes dolores,	ad renes.
43. Αὐστηροὶ πόνοι,	Auſteri dolores,	
44. Στύφοντες,	Aſtringentes,	ad veſicam.
45. Διατάσεις νυγματώδεις,	Tenſiones punctoriæ	
46. Οξεῖς,	Acuti,	ad uterum.
47. Διαΐσσοντες,	Turgidi, penetrantes,	
48. Νυγματώδεις,	Punctorij,	
49. Διατείνοντες,	Diſtendentes,	
50. Εμπίπτοντες σφοδρῶς,	Incidentes vehementer,	
51. Αλυκοὶ Αλμυροὶ,	Salſi,	
52. Γλυσχροὶ,	Viſcoſi,	

Diſpu-

Diſputatio VII.

Veræ dolorum differentiæ, quomodo diſtinguendæ?

109. *Vt autem & cognoſcere poſsimus Archigenis errores, & veras ſpecies differentiasq́; conſtituere dolorũ, qui in profundo corporis, ipſo tactus ſenſu percepti, ad partem affectam indagandam faciunt: hinc ordiri oportet, quòd eadem differentiæ dolorum deſumendæ ſint ex ſolâ proprietate moleſtiæ, quam ægri dolentes percipiunt. hîc. cap. 7. d. e. cap. 8. h. 4.*

110. *Eadem verò moleſtiæ proprietas, ſæpè eſt inexplicabilis, quamvis percipiatur ſenſu, ab homine cordato, & proin multo minùs explicari poteſt ab eo qui illam non percipit, aut qui ſentit quidem, ſed naturâ mollis eſt.*

111. *Quod in ijs apparet, quæ alijs ſenſibus percipiuntur: audientes enim v. g. in tenebris diverſos homines, illos ex proprietate vocum dignoſcimus, quamvis eam qualis ſit, verbis explicare nequeas: item, poſt longas febres, ſentimus inter guſtandum, in guſtus ſenſorio moleſtiam, cuius proprietatem verbis explicare non poſſumus.*

112. *In doloribus igitur, quicunque tales ſunt, ut eorum moleſtiæ proprietas verbis exprimi nequeat, eorum nullæ ſpecies ac differentiæ veræ poſſunt conſtitui: in quibus autem poteſt exprimi, & explicari, qualis ſit? eorum differentiæ etiam, ſpeciesq́; veræ dari queunt.*

113. Idipſum tamen præſtare perdifficile eſt: nam in dolore qualicunq; nemo meliùs novit moleſtiæ illius proprietatem, quàm is qui dolet: ijdem verò dolentes & ægrotantes (quibus tunc credere cogimur) ſæpè ſunt molles: qui neque rectè obſervare proprietatem eorum, quæ percipiunt, neq; alijs rectè enarrare poſſunt. hîc cap. 7. d. e.

114. Quòd ſi quis & Medicus eſſet, & cordatus, & minimè mollis, eſſetq́; expertus in proprio corpore omnis generis affectuum dolores, úe, is ſolus cuiuſq; proprietatem explicabilem declarare, & veras ſpecies differentiasqúe conſtituere poſſet. Sed hoc nulli unquam contigit. ibid.

115. Hoc verò etſi ita ſit, quæcunq; tamen conſtituuntur dolorum differentiæ, eæ debent ſumi ex diverſitate eorum, de quibus ægri conqueruntur, & quæ in ſemetipſis ſentire ſe dicunt: nam ut hîc cap. 8. a. Galen. ait, εἰ μὴ ἐξ ὧν οἱ κάμνοντες αὐτοὶ λέγουσι, διαγνωσόμεθα, λῆρος ἂν εἴη μακρὸς περὶ τῶν ἀλγημάτων λόγος. i. Niſi ex ijs quæ ægri dicunt ſe ſentire, dolorum ſpecies cognoſcamus, ſtulta erit longa de doloribus diſputatio.

116. Quid verò eſt, quod ſentire ſe dicunt dolentes? nùm στυφρὸν ἢ αὐστηρὸν ἢ ὁλκιμον πόνον: i. adſtringentem, auſterum, aut tractorium dolorem? Nequaquam; multoq́; minùs dulcem, ſalſum, viſcoſum, varicoſum, & ſimiles quàm plurimos, in typo Archigenis paulò antè enumeratos. ibid.

117. Quin potiùs interrogati, de modo, quo dolent, reſpondere ſolent, alij quidem, ſe ὥσπερ ὑπὸ βελόνης νύττεσθαι, i. tanquam acu pungi; alij, ſeſe ὡς ὑπὸ τρυπάνου τιτρᾶσθαι,

τρᾶσθαι, i. tanquam terebro perforari; alij, θλᾶσθαι, i. contundi; alij, ſeſe veluti διασπᾶσθαι τείνεσθαι, ἀνασπᾶσθαι, κατασπᾶσθαι, i. divelli, diſtendi, parte aliquâ ſurſum trahi; alij, detrahi.

118. Item alij βάρους τινος αἴσθησιν ἔχειν, i. ponderis alicuius ſenſum percipere; alij ſentire ſe dicunt dolorem continuum, vehementem; alij intermittentem, mitiorem, & quæ hiſce ſimilia ſunt. ibid.

119. Hæc cùm ita ſint, dicimus ex ijs quæ docet Galen. hîc, præcipuè cap. 7. bb. cc. gg. hh. præterea cap. 8. b. Dolorum quaſdam eſſe differentias univerſales, quæ non tàm ſpecies dolorum ſunt, quàm accidentia, multis diverſiſq; dolorum ſpeciebus competentia, quarum præcipua ſunt ſequentes hæ.

120. Dolores alij ſunt: βύθιοι, i. profundi, quibus contrarij ſunt, πόνοι τῆς ἐπιπολῆς, i. ſuperficiarij: alij κεχυμένοι ἢ ἐπὶ πλάτος διήκοντες, καὶ διαΐσσοντες, i. latè ſeſe extendentes; quibus oppoſiti ſunt, μὴ πολὺ ἐκτεινόμενοι, i. non latè extenſi: alij ἰσχυροὶ, βίαιοι, καὶ σφοδροὶ, i. fortes, ac vehementes; quibus opponuntur mitiores: alij συνεχεῖς, i. continui; quibus opponuntur διαλείποντες, i. intermittentes.

121. Eſſe autem hæc accidentia potiùs, quàm veras ſpecies doloris, hinc apparet; quòd ijdem dolores, v. g. punctorij, ulceroſi, modò ſunt profundi, modò ſuperficiarij, aliquando item vehementes, aliquando mitiores, aliquando continui, aliquando intermittentes.

122. Quæ autem Gal. vera eſſe cenſentur dolorum ſpecies, partim præcedenti typo ab Archigene expreſſa, partim omiſſa, ea ſunt, quas ſequenti diagrammate propone-

ponemus; primò nominibus uſitatis: deinde ad duodecimum numerum conſervandum cuiq; earum adijciemus nomina alia, quibus Archigenes (ut typo præcedenti apparet) diverſas ſpecies conſtituebat, quæ tamen ad has poſſunt referri, eo modo, ut ſequitur.

123. I. Σφυγματώδης πόνος, dolor pulſatorius. II. Ναρκώδης, ſtupidus dolor. III. Ἐμπεπαρμένος, infixus qui & ὡς σκόλοπος ἐμπεπαρμένου, i. tanquam à palo infixo: Item ἐμπεφυκὼς item ἐνερείδων, dicitur. IV. Αἱμωδία: item αἱμωδίαν τι προσεοικὸς ἔχων: i. hæmodia, ſive ſtupor dentium. V. Διατείνοντες πόνοι, i. dolores tenſivi: qui etiam dicuntur διάτασιν ἔχοντες, διατάσεις νυγματώδεις: item σκληρῶς διατείνοντες: item διασπῶντες: item σπαράσσοντες: item ἀλγήματα τονώδη. VI. Βαρεῖς πόνοι, dolores gravativi; qui etiam βάρος ἔχοντες: item καθέλκοντες, i. detrahentes; & circa ſtomachum θλίβοντες, i. prementes vocantur: item ὀδύνη βαρεῖα: item βάρους αἴσθησις. VII. Ἑλκώδεις πόνοι, dolores ulceroſi: qui & ἐμπλέοντες τραχύσμασι τὴν αἴσθησιν, i. ſenſum aſperitatib. implentes: item διακεντοῦντες, i. pungentes dicuntur. IIX. Κνησμοῦ προσαγωγοὶ, ſive κνησμώδεις, i. pruriginoſi, pruritus ipſe. IX. Νυγματώδεις πόνοι, i. dolores punctorij. X. Δακνώδεις πόνοι, i. dolores mordaces, qui etiam πόνοι μετὰ δείξεως; item ἀλγήματα διαβρωτικὰ vocantur. XI. Ἀσώδεις πόνοι, τῷ ἀσᾶσθαι τὸν στόμαχον, i. nauſeabundi dolores. XII. Τῷ τιτρᾶσθαι παραπλήσιοι πόνοι, ἢ ὥσπερ ὑπὸ τρυπάνου φαίνεσθαι γιγνόμενοι, i. dolores perforanti ſimiles, tanquam à terebro perforante facti.

Digitized by Google

Diſputatio IIX.

De ſingulis dolorum veris differentijs, quales ſint? & quid de parte affectâ, ipſoq; affectu nobis ſignificent?

124. Βύθιοι, *i. profundi dolores, ſunt illi, qui in profundo corporis noſtri percipiuntur: hos Gal. hic cap. 7. d. primò nervis adſcribit, profundum ſitum obtinentibus: deinde cũ Archigene, qui eoſdem nominabat* προςυπεῖς, *attribuit perioſtÿs, ut cum ÿs coincidant, qui aliàs* ὀςόκοποι, *i. oſſium dolores nominantur; quia dolentibus perioſtÿs oſſa dolere videntur.*

125. Κεχυμένοι, *i. latè fuſi dolores attribuuntur carnis muſculorum ſubſtantiæ, per quam diffunduntur, uti etiam membranis. hic cap. 7. h.* μὴ πολὺ ἐκτεινόμενοι *ÿs contrarÿ ſunt, & eodem cap. 7. d. adſcribuntur nervis, qui non lati, ſed longi ſunt, chordarum inſtar.*

126. Ἰσχυροὶ, βίαιοι, σφοδροὶ, *uti &* συνεχεῖς, *de affectu magno, ac vehementi potiùs, quàm parte affectâ arguunt; qui hiſce ſunt contrarÿ, affectum mitiorem ſignificant.*

127. Sed iam ab accidentibus dolorum, ad eorundem ſpecies propriè dictas tranſeamus, inter quas primum locum tribuimus, in ſuperiori diagrammate, πόνῳ σφυγματώδει, *i. dolori pulſatorio, qui conſtat ex dolore, & pulſu arteriarum, & præ cæteris evidentiſſimè percipitur, & frequentiſſimè.*

128. Idem verò hic arteriarum motus, qui pulſus communiter

muniter dicitur, in ſanis non modò ἀνωδυνως σφύζει, i. ſine dolore pulſat, ſed plerunq; etiam ἀναισθήτως, i. inſenſibiliter, nam perpaucos invenias, qui abſq; applicatione manus, dum ſani ſunt, nec vehementi aliquo motu ſe exercuerunt, cordis & arteriarum motum percipiant. hîc cap 3.b.

129. Quòd ſi autem, aut ſola arteria aliqua, aut pars arteriam aliquam continens, tumore phlegmonoſo laboraverit, tunc dolorificus pulſu efficitur: primùm ob affectum dolorificum, quia omnis phlegmone eſt dolorifica; tum quia motu ipſo arteriarum pulſifico, pars dolorifico affectu laborans compreſſa, adhuc magis irritatur, & ſic pulſatorium dolorem efficit. hîc cap.3.c.d.

130. Ex eodem verò pulſatorio dolore ſigna ſumuntur de partibus affectis quidem, quòd arterias affici tunc oporteat, & partes maximè muſculoſas, in quibus Arteriæ continentur. Quædam verò partes ſunt, quæ pulſatorio dolore non afficiuntur, ut Pulmones, Hepar, Renes, quia ſenſu carent: quædam etſi ſenſum habeant, arterijs tamen evidentibus carent. ibid.

131. Affectus autem ex pulſatorio dolore, ſignificantur inflammatorij, & quidem magni: item ex maximis ſignificatur phlegmonas ſuppurari ibid.

132. Πόνος ναρκώδης, i dolor ſtupidus, ſecundum obtinet locum, & à Galen. hîc c.2.g dicitur eſſe δυοῖν συνδρομος πραγμάτοιν, πόνου, καὶ νάρκης: i. duarum rerum, doloris ſc. atq; ſtuporis, coniunctio in eâdem parte.

133. Quicunq; ergò ſtupidi doloris naturam cognoſcere cupit, ei neceſſe eſt ſingillatim doloris ſimul atq; ſtuporis eſſentiam cognoſcere: agit autem Gal. de dolore ex

re ex profeſſo lib.1.de cauſ.ſymptomat.c.6 toto, & nos in diſput.anni 1605. propoſ.75 & ſeqq De ſtupore docuit idem Galen. eiuſdem lib. cap. 5. item lib. 2. cap. 2 eiuſdem operis, & nos in diſputat. anni 1606. theſi 46. & ſequentibus.

134. Quia verò ſtupidus dolor cadit in omnes partes ſenſu tactus præditas præſertim muſculoſas: idcirco non rectè docuit Archigenes, ex hoc dolore nervos affectos ſignificari. hic cap. 2. g. De affectu ipſo ergo potiùs hinc iudicandum: nempe ut partem huiuſmodi dolore conflictantem, aut refrigeratam, aut compreſſam, aut diſtentam eſſe dicamus hic cap.2.h.a.

135. Tertius inter veras doloris ſpecies eſt ἐμπεπαρμένος, i. infixus dolor, ſub quo etiam continetur ὡς σκόλοπος ἐμπεπαρμένου, i. dolor, tanquam à palo infixo proveniens, item ἐνσφειδῶν, καὶ ἐμπεφυκώς: in omnibus enim hiſce percipitur, rei alicuius inhærentis atq; infixæ ſenſus: & proinde cap.8.f dicitur hæc doloris ſpecies διαΐσσοντι πόνῳ contraria, in quo dolor à loco primariè affecto, ad vicinas partes penetrat.

136. Tales ſunt in primis dolores colici, & nephritici: in quibus enim colicis, aut craſſa pituita, aut flatus, craſſas inter tunicas inteſtinorum hærent, in iis percipitur ſenſus alicuius veluti clavi infixi: uti etiam in renibus & ureteribus, quando calculus fixus manet: uti è contrà quando eædem materia moventur, doloris ſpeciem perforanti ſimilem exhibent. hic. cap. 5 g h.

137. Deinde accidunt inſuper huiuſmodi dolores auribus, oculis, dentibus molaribus, ut dicitur hic cap. 7. d. Itaq; ex iis, & de affectibus iam commemoratis, & affectis partibus pronuntiare licebit.

138. Ai-

Digitized by Google

138. Αἱμωδία, Latinis ſtupor dentium vocatur: non quilibet tamen ſtupor dentium eſt hæmodia, ſed is qui ab acidis, auſteriſq; cibis, præſertimq; fructibus immaturis, in gingivæ dentibuſq; oritur, talis etiam, quem ſenſu percipere potiùs, quàm verbis exprimere queas. hîc initio cap 6.

139. Oritur etiam quandoq; in iiſdem partibus ex vomitione, aut fluxione, aut ſtridore ſerræ, peculiares res quaſdam ſecantis; item audiendo cultrum ſecantem, affectus hæmodia veræ, priori ſimilis, qui etiam nomine eodem inſignitur: vide in lib. de optimâ ſectâ cap. 13. h.

140. Hic dolor igitur, ut in prædictas partes ſolas cadit; & cauſis iam commemoratis oritur: ita de iiſdem cauſis partibuſq; nobis indicia ſuppeditat.

141. Quinta ſpecies continet πόνους διατείνοντας, i. dolores tenſivos. Sub quibus comprehenduntur omnes illi, qui in typo præcedenti, ei aſſcripti ſunt: nempe διάτασιν ἔχοντες, & reliqui, in quibus omnibus & ſingulis tentio quædam, ſive diſtentio percipitur: ſive ut loquitur lib. 3. huius operis, cap. 9. b. ἀλγήματα τονώδη καλεῖται οἷς αἴσθησις συνέχεται τάσεως: i. Tenſivi dolores vocantur iis quibus tenſionis ſenſus percipitur.

142. Præ cæteris autẽ tenſionibus, evidentiſsimæ ſunt illa, quibus καὶ αὐτοῖς τοῖς κάμνουσιν, καὶ ἡμῖν τοῖς ὁρῶσιν φαίνεται τεινόμενα: i. & ægris ipſis, & nobis inſpicientibus, tenſæ apparent partes dolentes: ut in tumoribus partium ſenſu præditarum, phlegmonoſis præſertim, qui, ſi nervos attingunt, convulſiones excitant. hîc cap. 7. a. b

143. Maximè dolorifica autem eſt tenſio in convul-

ſionibus

ſionibus partium infrà caput: integro ſc. cerebro: nam in epilepticis, quia cerebrum etiam afficitur, & ſenſus eſt abolitus: idcirco contingit, ut tenſio illa vehementiſſima non percipiatur.

144. Huiuſmodi dolorum cauſa proxima, eſt tenſio partis dolentis: cauſa autem tenſionem efficiens, eſt plerunq; repletio, aliquando verò etiam inanitio: nam quæ cauſæ maximam tenſionem, ipſam ſcilicet convulſivã, poſſunt excitare, eæ reliquas etiam efficiunt. 6. aph 39.

145. Quia verò tenſio & tenſivus dolor in omnes partes tangendi ſenſu præditas cadere poteſt, quæcunq; intumeſcere, aut aliàs diſtendi queunt: idcirco de affectu magis, repletione ſcilicet, atq; inanitione, quàm de parte affectâ hinc iudicabimus.

146. Sexta ſpecies continet dolores gravativos appellatos: quorum varia nomina in typo præcedenti expreſſa habes. commune eſt omnibus, ut per eos βάρους αἴσθησις, ponderis & gravitatis ſenſus aliquis percipiatur: hîc initio cap. 4.

147. Idem hic ſenſus fit præcipuè ratione tenſionis quâ membranæ inveſtientes parenchymata quædam (hepatis ſcil. pulmonum, renum, lienis, & ſimilium) intumeſcentia diſtenduntur. In his enim dolor, in parenchymate carente ſenſu, non percipitur: membrana autem ſentiens, ipſa diſtentione, gravitatis ſenſum percipit. hîc cap. 8. c. item lib. 5. huius operis, cap. 7. e.

148. Ad eandem dolorũ ſpeciem retulimus etiam καθέλκοντας, i. detrahentes dolores, ſpectando ad eos, quibus in magnis hepatis inflammationibus iugulum, reſpirando quaſi detrahi videtur. hîc cap. 8. c. item lib. 5 huius

operis,cap.7.d.gg. poſſis enim hos tenſionis ipſius ratione,ad tenſivos etiam referre.

149. Pertinent hûc quoq; illi dolores, quos ægri circa ſtomachum percipiunt: v.g. ubi eo debili exiſtente,avidiùs comederunt. Quòd etſi ita ſit, ægri tamen ſolent eos θλίβοντας, i. prementes vocare: nam ut hîc cap. 8. b. c. inquit Galen. θλίβεσθαι τὸν στόμαχον πολλάκις λέγουσι πάμπολλοι: i. multi conqueruntur, premi ſibi ſtomachum: in his enim etiam βάρους αἴσθησις percipitur.

150. Ex huiuſmodi ergo doloris ſpecie, quid de partibus,atq; earundem affectibus conijcere debeamus, ſatis ex iam dictis apparet.

151. Septimam ſpeciem conſtituunt dolores ἑλκώδεις, i. ulceroſi: quibus adnumeramus διακεντοῦντας ab Archigene vocatos, i. pungentes, & præterea ἐμπλέοντας τραχύσμασιν τὴν αἴσθησιν, id eſt, ſenſum aſperitatibus implentes.

152. Sunt autem dolores ulceroſi, tàm Gymnaſtis, quàm Medicis illi, quibus ἐν τῷ κινεῖσθαι τὶς ἢ ψαύειν τῶν κεκοπωμένων μορίων αἴσθησιν ἴσχει τοῖς ἡλκωμένοις μέρεσιν ὅμοιαν: i. cùm movendo, aut tangendo partes laſſatas, quis tale quid ſentit, quale in partibus exulceratis percipitur. hîc cap.7.aa.

153. Idem verò oritur ab acribus & tenuibus humoribus, quibus partes ſenſu prædita, in ipſo motu ac tactu irritatæ, talem doloris ſpeciem percipiunt. hîc cap.7.bb. Et lib.3.de tuenda ſanitate,cap.5.f. docet eoſdem acres humores, quibus ulceroſus ſenſus efficitur, naſci ex humoribus craſſioribus, ipſo exercitio fuſis, & attenuatis, non autem ex corpore penitus evacuatis, aut liquatâ aliquâ pinguedine,carnéve.

154. Hu-

154. Huiuſmodi igitur tenuibus atq; acribus humoribus, cùm neceſſe ſit, pungi & vulnerari quodãmodo cutem & partes ſubiectas, unde quoq; horror & rigor conſequuntur: idcirco διακεντοῦντας, καὶ τραχύσμασιν ἐμπλέοντας τὴν αἴσθησιν, dolores ab Archigene nuncupatos, meritò ad ulceroſos reduximus.

155. Hinc verò etiam conſtat, quòd ex tali doloris ſpecie, de affectu iam deſcripto potiùs, quàm de certis quibuſdam partibus affectis, iudicare liceat; quoniam ulceroſa diſpoſitio, & in cutem, & omnes partes ſubiectas, tangendi ſenſu præditas, cadere poteſt, ut dicitur hîc cap.7.ut & lib 3 de tuenda ſanit.c 5.

156. Octavâ doloris ſpecie, continetur κνησμὸς, i. pruritus: qui, qualis ſit? ſenſu potiùs quàm verbis percipi ſolet, præſertim quòd frequenter incidat.

157. Cauſæ eius dicuntur κνησμώδη περιττώματα, i. pruriginoſa excrementa, in cute præcipuè contenta: ſunt autem ea nitroſa, amara, ſalſa, quæ tactum intus eodem modo afficiunt, ut foris eum afficit urtica. lib. 2. de cauſis ſymptom. cap.5.d.e.

158. Eſt igitur pruriginoſus dolor eiuſdem eſſentiæ cum ulceroſo, ſed mitior; ſoletq; ulceroſus ſæpè à pruriginoſo incipere, & in eundem terminari. Differunt tamen, quòd ulceroſus, tàm cuti quàm partibus ſubiectis ineſt: pruriginoſus ad ſolam cutem pertinet. hîc c.7.bb.

159. Punctorius verò dolor, quem Græci νυγματώδες ἄλγημα vocant, is eſt, in quo pars dolens, tanquam à re quadam acutâ & pungente affici videtur: adeoq; ut dicitur hîc cap.8.h. ὡς ὑπὸ βελόνης νύττεσθαι δοκεῖ, i. tanquam ſi ab acu pungatur.

Digitized by Google

160. Hic membranarum proprius eſſe putatur, unde dixit Gal. hîc cap. 5 b. cum περὶ τὰς ὑμένας συνίσταϑαι μάλιστα: i. maximè circa membranas conſiſtere, quas ita ſolet afficere, tanquam ſi ex centro, quo punctio fieri videtur, in ambitum diffundatur.

161. Hinc fit, ut pleuritici punctorium dolorem ſentiant, qui quandoq; ad iugulum uſq;, aliquando ad præcordia extenditur.

162. Decimâ ſpecie continentur dolores mordaces, qui Græcis dicuntur δηκτώδεις: item πόνοι μετὰ δήξεως, καὶ ἀλγήματα διαβρωτικά: hiſce omnibus talis dolor ſignificatur, qui unà cum quodam veluti morſu percipitur.

163. Huiuſmodi dolores percipiuntur in inteſtinis, incipiente ſcilicet dyſenteriâ atq; etiam in eâ quæ eſt abſoluta, quando à bilioſis acribuſq; humoribus quaſi raduntur. lib. præcedenti. cap. 4. b. & hîc cap. 5. a.

164. Eadem doloru ſpecies ſolet etiam in ſuperius ventriculi orificium cadere, atq; καρδιαλγίας vocatas excitare. lib. 1. de cauſ. ſymptom. cap. 7. In eundemque ſenſum lib. 2. de Placitis c. 8. a. dicitur, illas ſolas eſſe veras καρδιαλγίας, in quibus os ventriculi ſuperius ὑπὸ δριμέων ὑγρῶν ἐρεθίζεται, καὶ ἀναδάκνονται, i. ab acribus humoribus irritatur & mordicatur.

165. Atq; ex hiſce iam facilè colligis, quid talis dolor nobis de parte affectâ, affectuq; ipſo ſignificet.

166. Πόνος ἀσώδης, i. nauſeabundus dolor, conſiſtit ἐν τῷ ἀσᾶσθαι τὸν στόμαχον, i. in eâ moleſtiâ, quam ſentimus in ventriculo cibos per nauſeam faſtidiente, eoſq; à ſe unà cum alijs contentis pravis humoribus reijcere ſurſum conante. hîc cap. 8. b.

167. A

167. A quibus autem cauſis nauſeæ & vomitiones oriuntur: ab iiſdem quoq; fiunt πόνοι ἀσώδεις; docetq; de iis Galen. ex profeſſo lib.3.de cauſ. ſymptom.cap.2.c.d.gg. aſſerens, eas conſiſtere penes pravos humores, in ventriculi tunicis immerſos, partim in eius capacitate fluitantes: item penes ciborum quantitatem aut qualitatem ventriculo adverſantem.ibid.

168. Ex tali ergo dolore conijcimus:primùm de parte affecta,ipſo nempe ventriculo, & præſertim ſuperiori eius orificio.hîc cap.9.e. Deinde de affectu tali,qualem diximus nauſeas excitare.

169. Τῷ τιτρᾶσθαι παραπλήσιος πόνος,*i.dolor perforans aut perforanti ſimilis, is eſt, quo dolentes ſe* οὕτως ἀλγεῖν λέγουσιν, ὡς ὑπὸ τρυπάνου τιτρᾶσθαι*:i.ita ſe dolere aiunt, ac ſi terebro perforentur hîc cap.8.h.*

170. Huiuſmodi dolores cadunt in craſſa inteſtina,ut etiam ureteres: inteſtina enim craſſa dolore colico laborantia, cauſam ferè habent pituitam frigidam & craſſam,quæ ſi hæret fixa inter earum tunicas, dolorem ἐμπεπαρμένον,*i.fixum excitat,de quo priùs dictum eſt; ſin vi expultricis moveatur ad excretionem, ipſo tranſitu difficiliori dolorem perforanti ſimilem efficit. hîc cap.5.g.h.& lib.6.huius operis,cap.2.a.b.*

171. Eadem ratio eſt ureterum, nam & iis quandiu impacti calculi hærent,dolor fixus appellatus percipitur; ſi deorſum difficulter propellantur, perforanti ſimilem efficiunt dolorem. ibid.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Digitized by Google

Σημειωτικῆς particularis

CAPVT I.

De Affectibus cerebri, & quibus Signis cognoſcantur?

Ex diexodica enarratione Libri III. de Locis Affectis ſummatim excerptum, in Theſes, digeſtum & menſtruis Diſputationibus Anni 1610. dicatum.

Ad

Illuſtr: & Generoſos Dominos, D.D. Petrum & Samuelem de Zavada & Bolesraſzyce, fratres germanos.

Reſpondentibus,

D. Guilielmo Buleto Yuerdunenſi Helvetio.
D. M. Andrea Hendelio Zyllentiano Brandeb: Marchico.
D. Andrea Papio Græcenio Styro.
D. Ioann Berchtholdo Rivio Francofurtenſi.
D. Andrea Malacreda Caſpanenſi Vulthureno Rheto.
D. Ioan. Iacob Friſio Tigurino.
D. Zacharia Doldero
D. Emmanuele Stupano } Baſilienſib.

Diſ-

Diſputatio I.

In Σημειωτικῇ particulari, qua Methodo progrediendum?

THESIS I.

QVia in ſuperioris Anni Diſputationibus, univerſalem Semeiotices partem propoſuimus, ex binis prioribus libris de Loc. affectis, quinq; ſignorum fontes univerſales enarrando: Idcirco iuxta Methodi ſynthetica rationem, ab univerſalibus ad Particularia deſcendentes, deinceps diſſeremus de omnibus partibus internis: ut oſtendamus, quomodo per ſigna ex ijſdem fontibus univerſalibus deſumpta, de ſingulis cognoſcere poſſimus, an affi ciantur, & quomodo afficiantur?

2. Inter partes corporis internas autem primo loco ſe offert Cerebrum, de quo tertio huius operis libro præcipuè agit Galenus: noſque illius ductum ſequuti, quæremus per quæ ſigna cognoſcere liceat, utrùm afficiatur, & quomodo afficiatur?

3. Eadem verò ſigna ex læſis ipſius functionibus petuntur. Quia cerebro affecto, neq; in ſitu illius dolor aliquis neceſſariò apparet, ut in laterali Morbo, Peripneumonia, Colica, Nephritide, Veſica, Vteri, aliarumq; partium affectibus; neq; Tumor aut Excreta aliqua ſingularia. hic cap. 4. e. f. & ſequentibus.

Digitized by Google

4. *Sed neq; ex læſis functionibus rectè ratiocinari poterimus de cerebri affectu, niſi præcognitâ verâ doctrinâ de trium facultatum animal gubernantium ſedibus. Nam ſi v.g. cum Ariſtotele, & ijs qui illum ſequuntur, ſtatuas Cor ſedem eſſe omnium animæ facultatum: non poterimus aſſerere, quòd ex amiſſa memoria, cerebri affectus ſignificetur.*

5. *Itaq; fundamenti loco hîc ponere oportet, quod 1. diſput. de Animæ facult. prop. 45. & diſput. 2. prop. 4. & ſequentibus ſufficienter demonſtratum eſt. Nempe cerebrum eſſe primum ſenſorium, in eiusq; ſubſtantia fieri Imaginationem, Ratiocinationem, Memoriam, Somnum, Vigiliam. Præterea ex eadem illius ſubſtantia in Senſoria & Motus Inſtrumenta influere vim ſenſitivam atq; Motricem.*

6. *Quæ omnia vt locis iam citatis à nobis ſunt demonſtrata, ita hîc cap 5. h. ſummatim à Galeno his verbis proponuntur:* Ὁμολογούμενον ἅπασι τοῖς ἰατροῖς τοῖς ἔργοις, οἷς δρῶσιν κατὰ πάντα τοῦ λογιστικοῦ πάθη, τὴν κεφαλὴν ὑπάρχειν οἶκον αὐτοῦ. *i. In confeſſo eſt apud omnes Medicos, ex ipſis operibus, quæ in curandis vitijs facultatis animalis eduntur, caput eſſe eiuſdem facultatis animalis domicilium.*

7. *Ex quo ſequitur, ut quemadmodum rectè ſeſe habente cerebro, & partibus illi inſervientibus, omnes hæ actiones bonæ fiunt & integræ ſunt: Ita ſi quæcunq; harum læſa fuerit: neceſſariò aut cerebrum ipſum, aut earum partium aliquam affici, quarum miniſterio ad edendas ſuas functiones utitur.*

8. *Quia verò de cerebro hîc diſſerimus: Idcirco oſten-*

den-

dendum fuerit, primò omnium, per quæ cerebri eiuſq; functionum ſymptomata, aut per quos affectus, ipſum affici ſignificetur: quales item iĳdem illius affectus ſint? Deinde etiam ad eas partes veniendum, quæ cerebri functionibus edendis inſerviunt.

9. *Eadem verò læſarum cerebri functionum ſymptomata pleraq; recenſentur. hîc cap.4.e.f.cap.5.h. Videlicet Memoriæ atq; Intellectus læſio, Somni Vigiliæq; præternaturales, Phrenitis, Melancholia, Mania, Convulſiones epilepticæ, Lethargus, Carus, Catoche, Catalepſis, Coma, Cataphora: quibus, in ſequentibus capitibus adiĳciuntur Apoplexia, Hemiplexia, Vertigo, Caphalæa, Olfactus læſio: deniq; à Paulo lib 3. c.17. Amor additur.*

10. *Nam quia ſingulis hiſce affectibus exprimuntur læſæ quædam cerebri functiones: Idcircò neceſſe eſt, ut quoties eorum aliquis apparuerit: toties & affici cerebrum ſignificetur, & tali quodam modo affici, qualem uniuſcuiuſq; horum affectum natura declarat.*

11. *Quòd ſi igitur docuerimus, qualis ſit cuiuſq; horum affectuum Natura: ſimul etiam à nobis oſtenſum erit, per quæ ſigna affici cerebrum cognoſcamus? Et ſimul etiam quomodo afficiatur? Idipſum ergò deinceps præſtabimus ferè eo ordine, quem Galenus in tertio hoc libro de locis affectis ſequitur: à Memoriæ Intellectuſq; læſione exorſi.*

De Memoriæ Intellectuſq; diminutione atq; abolitione.

12. *Ex læſis functionibus, quibus cerebrum affici ſignificatur,*

ſicatur, meritò primum locum obtinent principes appellata, quibus imagines rerum comprehendimus, ratiocinamur, recordamur. Et cùm earum quæq; vel aboleri vel diminui vel depravari queat, Galenus ab abolitis & diminutis hanc doctrinam orditur.

13. Inter cæteras autem Memoria ipſa facilimè læditur, poſtmodum Ratio, ut in ſeneſcentibus nobis apparet, quibus Memoria primùm labitur: poſtmodum in extremo ſenio etiam Ratio: unde fiunt deliri ſenes: & ex utriusq; harum functionum læſione magnâ tandem Stultitia ſequitur: quæ nihil aliud eſt, quàm Memoriæ atq; Intellectus vehemens diminutio aut abolitio. hic cap. 5. h. a.

14. Eaſdem has functiones hoc modo læſas, vocat Galenus hic cap. 5. a. d primùm ναρκώδεις, id eſt, ſtupidas: deinde paulo pòſt, ἀπολωλυίας καὶ μεγάλως βεβλαμμένας, abolitas aut vehementer læſas.

15. Et quia ferè coincidunt hæ tàm Rationis quàm Memoriæ læſiones, idcircò infert Galenus, quòd cauſam habeant ὁμογενῆ, id eſt, eiuſdem generis. ibidem. Nam ut affectus contrarij ferè à contrarijs cauſis oriuntur, neq; coincidunt, ita eos qui coincidunt, à ſimilibus cauſis oriri oportet.

16 Quòd ſi quæras autem, quænam ſit illa διάθεσις ὁμογενὴς, ex quâ, tanquam cauſâ, Memoria ſimul & Ratio ita lædantur? Reſpondet Galenus ibid. eam eſſe intemperiem cerebri: Propterea, quòd ſicuti omnes actiones à convenienti temperie partium ſimilarium eduntur bonæ; ita malæ, ab earũdem intemperie dependent,

dent, quod in multis locis demonſtravit Galenus; nempe 2. Methodi, cap. 4. 6. item 7. Method. cap. 2. Item 1. de Natur. facult. cap. 3. & lib. 2. cap. 8. e. f. & ſequentibus. Vide etiam primæ Patholog. partis theſin 21. 82. & ſequentes.

17. *Quòd ſi verò nobis objicias aut Ventriculorum Cerebri obſtructionem, ut in Apoplecticis & Epilepticis; aut compreſſionem eorundem, aut vulnus: quibus Conformatio & Unitas læſa, omnes Actiones principes tollunt: An non hinc conficitur, Cerebri functiones, non ſola convenienti temperie bonas fieri, & lædi ab intemperie, ſed etiam ratione Conformationis, & Unitatis.*

18. *Reſpondeo, Multa eſſe, quæ Actiones aliquas impedire queant, quamvis eas non edant. De Unione verò ipſa certum eſſe, quòd æquè ad ſimilares quàm inſtrumentarias partes pertinet. Sed formam Cerebri organicam, penes ipſius cavitates conſiſtentem, non efficere Imaginationem, Ratiocinationem aut Memoriam (quæ à ſola Cerebri uniti temperie convenienti bonæ fiunt, & ab intemperie læduntur) ſed eò pertinere, ut Cerebrum cum reliquis binis Principiis, ſenſoriis item atque Motus Inſtrumentis, commercium habere queat: quo penitus ſublato, non tantummodo læduntur Imaginatio, Ratiocinatio & Memoria, ſed unà cum Senſu, Motu, totaque Vita pereunt: non aliter atque flamma interit, ubi Aëris commercio privatur.*

19. *Et ut hoc intelligas, primū cogita, animalē facultatē*

uti

uti animali ſpiritu, tamquam inſtrumento, ad functiones ſuas edendas. Secundò, eundem ſpiritum ſemper eſſe in fieri, perpetuoq; in fluxu; perinde ut Lumen in hæc inferiora ex Sole influit. lib. 7. de Placit. c. 4. a. c. 5. e. Tertiò quòd ἀεικινήτῳ οὐσίᾳ τὸ στῆναι θάνατος: id eſt, Subſtantiæ, quæ in perpetuo motu conſiſtit, ex motu intercepto interitus accidit. de Rigore & Convulſ. cap. 6. gg.

20. Sed cùm intemperies multæ ſint, rurſum quæritur: Qualis ſit illa, à quâ hæ actiones ita diminuantur, aut etiam planè aboleantur? Cenſet autem Galenus, eam eſſe frigidam, argumentis multis permotus.

21. Primùm enim videmus, Memoriam & Ratiocinationem in lethargicis quoq; ita affici, & omnibus ſoporoſis affectibus, quales ſunt Comata, Catalepſes, Cataphoræ, Apoplexiæ & ſimiles, quos omnes affectus conſtat à frigidâ causâ oriri, cum quibus quia iſtæ mentis læſiones coincidunt; à ſimilibus cauſis etiam oriuntur. hîc cap. 5. a.

22. Deinde apparet per experientiam frigidis medicamentis ſtultitiam induci, in quâ eſt utriusq; harum functionum vehemens læſio aut abolitio: v. g. uſus cicutæ, itẽ cibi frigidi, ut lactuca copioſiùs ſumpta, graves inducit ſomnos. ibid. & quòd mores animi ſequantur temperamenta corporis, cap 3. item lib. 2. de cauſ. ſymptom. capite 7.

23. Atteſtantur hiſce animantia naturæ frigidæ, ut ſerpentes, & ſimilia alia, quæ totâ hyeme in cavernis latitant, à ſomno oppreſſa, & veluti ſemimortua, ſatiſq; docent, ſoporoſos affectus à frigidis cauſis provenire: Uti è contrà capitis ardores, febres acutæ, Phrenitides, quia vigi-

Digitized by Google

vigilias excitant, nobis documēto ſunt, ſopores à frigidis, vigilias à al dis aufis oriri. ib. & l.2. de cauſ. ſympt. c.

24. *Demq; morbis acutis, ac vehementibus febribus (in quibus à calore præternaturali nativus calor abſumitur) conſtat ſupervenire oblivionem & ſtultitiam, cuiuſmodi exempla habes eodem cap.7. de cauſis ſympt. iam citato, ex Thucydide lib.2. belli Peloponneſiaci deſumpta, eorum qui ex magna peſtilentia convaluerant, & omnium rerum obliti erant.*

25. *Hæc argumenta ſufficienter probant, frigidam intemperiem poſſe Rationem & Memoriam imminuere, ac tandem etiam abolere. Docet autem Galenus, quòd ab eâdem hâc intemperie frigidâ, quandoq; ſolâ, quandoq; coniunctâ cum humidâ, nonnunquam etiam coniunctâ cum ſiccâ, eædem Rationis & Memoriæ læſiones oriri poſſint.*

26. *Et ut loquitur hîc cap.5 b.* δευτέραν ἔχειν χώραν, εἰς ἀργίαν τῆς ψυχῆς τὴν παρὰ φύσιν ὑγρότητα, πρωτεύουσαν δ' αὐτῆς εἶναι τὴν ψυχρότητα: *id eſt, ad functionem animæ ignaviam inducendam, ſecundum locum obtinere intemperiem humidā, principalem autē primariūq; obtinere frigidam. Et paulò pòſt ſiccæ, ad eādem ignaviam efficiendam, parùm minùs tribuit, atq; humidæ: Vt ad Torporem Rationis & Memoriæ inducendum, una ſit cauſa primaria, intemperies ſcilicet frigida; binæ ſecūdariæ, humida & ſicca: quarum utraq; ſeorſim, ad eoſdem effectus inducendos, cum primariâ coniungi queat.*

27. *Quòd ſi enim abſq; frigidâ cerebri intemperie non torpida redduntur ullæ actiones animales, (à calore enim nimio motu depravantur, non torpeſcunt) ſed poſ-*

ſunt

ſunt tamen torpeſcere ſine ſiccâ; ut in Lethargis: & abſq; humidâ; ut in ſenibus: ijs item qui ob nimia ſtudia, labores, & victum tenuem in eoſdem affectus incidant: Sequitur, quòd frigida intemperies, principalem vim habeat ad eoſdem effectus producendos; alia bina ſecundariam. ibid.

28. Sed ſi quis quærat, quomodo binæ contrariæ qualitates ſicca & humida, alternatim coniunctæ, cum frigidâ, eoſdem effectus producere queant? Reſpondemus, Abſurdum poſſe videri, ſi harum utriq; primaria vis adſcriberetur, ſed quia primaria vis adſcribitur intemperiei frigidæ; ſecundaria, & quaſi coadiuvans, humidæ; ſiccæ deniq; talis, quæ actionem frigidæ non impediat: proinde nil habes hîc abſurdum. ibid.

29. Vtq; hæc certiùs meliuſq; intelligamus, iubet nos Galenus obſervare, cum quibus affectibus huiuſmodi principum functionum torpores copulentur: quòd ſi enim balneæ caput humectando, ſomnum inducunt, & vini potio moderata, & cibi humidi, item cataphorici & ſoporoſi affectus, qui omnes ſunt humidi, non ſomnos tantùm, ſed tàm Intellectus, quàm Memoriæ, torpores maximos inducunt; ſequitur, hos torpores mentis tunc cum humidâ cerebri intemperie eſſe coniunctos.

30. Et rurſum ſi ijdem aliquando coincidunt, cum affectibus quibuſdam vigilibus, ut in ſenibus ac ijs qui ob labores, ſtudia, curas, victum tenuem, Memoriam & Rationem amiſerunt, quorum exempla habes hîc capite 5. d. ſequitur, hos torpores tunc cum ſiccâ intemperie, eſſe coniunctos.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio II.

De cauſis Soporis & Vigiliæ, ſecundùm & præter naturam.

31. Somni & Vigiliæ, tàm naturalis, quàm præternaturalis, ſubiectum eſt itidem cerebrum, ut priùs prop. 5. & ſequentibus dictum eſt. Et quemadmodum Vigilia eſt actus quidam animalium facultatum; ita Somnus eſt earundem quies aliqua, maior, aut minor, prout Somnus levior, aut profundior fuerit. lib. 2. de motu muſculor. cap. 4. 5. 6.

32. Eſt autem ſomnus omni animali neceſſarius; inprimis ut vires ipſius cerebri, deinde ſenſoriorum & voluntarij motus inſtrumentorum, longâ functione exhauſta, nutrimento reficiantur. Et quod cordi præſtat quies illa inter ſingulos pulſus intercedens, id cerebro per ſomnum ſuppeditari oportuit. lib. 1. de cauſis ſympt. cap. 8. e.

33. Ariſt. in lib. de ſomno & Vigiliâ ferè à principio, idipſum cùm alijs, tùm hiſce verbis teſtatur: Ὅσων ἔργον τὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὅταν ὑπερβάλλει τὸν χρόνον, ἀνάγκη ἀδυνατεῖν: *id eſt, Quæcunque partes habent à naturâ ſibi demandatam aliquam functionem; eæ, ſi actio illa in longius tempus protrahatur, neceſſariò fatigantur, & proinde quiete indigent.*

34. Vt autem moderati Somni & Vigiliæ propter cauſas iam enarratas, utiles ſunt & neceſſarij, ita immoderati præternaturales evadunt: Vnde dixit Hippocr. Somnus & Vigilia, ſi modum exceſſerint, malum. 2. Aphoriſmor. 3.

35. Eiuſ-

35. Eiuſdem autem Vigiliæ atq; Somni (qui modum excedentes præter naturam evadunt) cauſas Galenus ſummatim hîc c.5.a.b. his verbis exprimit: ἡ πρώτη δύναμις ἐν τῇ κατὰ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἐστι δυσκρασίᾳ τῶν ἀγρυπνητικῶν καὶ καταφορικῶν νοσημάτων: Ἐφεξῆς δὲ αὐτῆς, ἡ καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα. i. Primariæ cauſæ vigiliarũ præternaturalium, & ſoporoſorum affectuum, ab intemperie cerebri calidâ aut frigidâ dependent; ſecũdariæ, ab humidâ & ſiccâ.

36. Tanquam ſi diceret: Soporoſorum affectuum cauſa principalis eſt frigida cerebri intemperies; ſecundaria eſt eiuſdem cerebri intemperies humida: & vigiliarum præternaturalium cauſa principalis eſt cerebri intemperies calida; ſecundaria, intemperies ſicca: nimirũ quia, ut de calidâ & frigidâ ibidem loquitur Galenus, ἀγρυπνητικαὶ μὲν αἱ ἐγκαύσεις, καταφορικαὶ δ' αἱ ψύξεις: id eſt, calor Vigilias, frigiditas Somnos inducit.

37. Et frigidam quidem cerebri intemperiem ſomniferam eſſe, patet primùm ex ijs, quæ paulò antè prop. 21. & ſequentibus dicta ſunt, de abolitæ aut debilitatæ animalis functionis cauſis; quòd ſi enim ea principatum obtinet ad ἀργίαν τῆς ψυχῆς, id eſt, ad ſopiendas actiones animales: certè ſomnifera eſt; cùm ſomnus ſit quies quædam animalium functionum.

38. Deinde ſuffragatur hiſce, quòd Medicamenta frigida, & cibi frigidi, poſsint graves ſomnos inducere; poſsitq; etiam lactuca copioſius ſumpta idipſum præſtare, ut dicitur hîc c.5.a. & l.1. de cauſ. ſympt. c.8.f.g.

39. Ariſt. in medio ferè libro de Somno & Vigilia, idem teſtatur his verbis: Ὑπνωτικὰ πάντα κάρη βαρεῖν

ποιεῖ

ποιεῖ, καὶ τὰ ποτὰ, καὶ τὰ βρωτὰ, μήκων, μανδραγόρας, οἶνος, αἶρα. i. *Soporifera omnia caput aggravant tam in cibo, quàm in potu ſumpta, ut papaver, mandragora, vinum, lolium. Et quæ theſi 20. de animantibus frigidis dicta ſunt, hiſce conſentiunt.*

40. Experientia quoq; docet eos qui hyemali tempore alpes Helvetiorum ſuperant, ſi quando magno frigore afficiuntur, in ſomnum incidere, à quo niſi excitentur, & cogantur ambulare, facilè pereunt.

41. Humidam verò intemperiem etiam magnam vim habere ad ſomnum inducẽdum, hinc apparet, quòd naturalis quoq; ſomnus tunc ſoleat obrepere nobis, quãdo cerebrum à largiori potu & cibo, humido præſertim, aut balneo dulci, vapore largo perfunditur: puerilis item ætas, ipſaq; infantia quæ humidiſſima eſt, ſomnolenta planè exiſtit. hic & 1. de cauſ. ſympt. cap. 8.

42. Itaq; quibus cauſis modum ſervantibus, naturalis ſomnus conciliatur, iiſdem ſuprà modum auctis, fiunt ſomni immoderati.

43 Vigilias econtrà excitat inprimis calida intemperies, ut apparet in iis, quibus caput ardore Solis vehementiùs incaluit, qui febribus ardentibus laborant, aut Phrenitide aliisq; ſimilibus morbis conflictantur.

44. Siccitas quoq; & per ſe efficit vigilias; ut apparet in ſenibus, melancholicis, multoq; magis ſi cum calore fuerit coniuncta, ut in commemoratis iam febribus apparet. Poteris etiam videre, quæ in diſputat. Anni 1605. theſi 64. & ſequentibus, de primi ſenſorii Affectibus, eorumq; cauſis dicuntur.

Digitized by Google

Qualiter Cerebri affectus dignoſcendi, à quibus principes actiones imminutę aut abolitæ fuerint.

45. *Oſtendimus prop. 20. & ſequentibus, Memoriam, & Intellectum, aboleri aut diminui poſſe, ab intemperie Cerebri, ſive frigidâ ſolâ, ſive frigidâ & humidâ, ſive frigidâ & ſiccâ; Sed ad curationem methodicè inſtituendam, non id generatim tantùm cognoſcere oportet, ſed definitè neceſſum eſt ſcire, ex quâ harum, aut quibus, dependeat affectus? Nimirùm, ut contraria cuiq; Remedia adhibere poſſis. hîc cap 5. c. d.*

46. *Idipſum iubet Galenus diſtinguere, primùm ex Somno & Vigiliâ, tanquam à proprijs Accidentibus: quia ſi hæc ſint moderata, in ſolam frigidam intemperiem, eamq; non admodum vehementem, referendus erit Affectus; Si ſomni ſunt immoderati: frigida intemperies erit coniuncta cum humida, ut in Lethargicis. Si vigilijs vexentur, ab intemperie frigidâ ſiccâq; proveniet; ut in eo, qui nimijs ſtudijs, curis victuq; tenui, in huiuſmodi Affectus inciderat. ibid.*

47. *Secundò, ex loco Excretorum iubet obſervare, nùm per os, aut per nares multa, pauca, aut nihil excernatur? quòd ſi enim multa, eaq; pituitoſa reijciantur, intemperies erit frigida humida, cum frigidis humoribus coniuncta; ſi nihil, aut parum reijciatur, contrario modo ſe res habebit. ibid.*

48. *Tertiò conſiderabis cauſas procatarcticas, item iuvantia & nocentia: qui enim v. g ex laboribus, curis, victuq; tenui, in huiuſmodi affectus incidunt, & iuvantur*

Digitized by Google

tur calefacientibus, atq; humectantibus, non humidâ, ſed frigidâ ſiccâ intemperie laborant. ibid.

Diſputatio III.

De ſoporoſis affectibus.

49. Diximus de Cerebri affectibus, quibus principes actiones ſolæ imminuuntur aut abolentur; uti etiam de cauſis vigiliæ & ſomni præternaturalis: deinceps verò, quia ut hic c.5.a. loquitur Galenus, eædem principes actiones, etiam κατὰ τοὺς ληθάργους τε, καὶ τὰ καρώδη πάθη πάντα, *i. lethargis, & ſoporoſis affectibus omnibus, eodē modo læduntur: de ijſdem ſoporoſis affectibus, qui & quales ſint? diſſeremus quàm breviſſimè.*

50. Sunt autem ferè hi: Ἀποπληξία, Ἡμιπληξία, Ἐπιληψία, λήθαργος, κάρος, κατοχὴ, καὶ κατάληψις, κῶμα καὶ καταφορά: *i. Apoplexia, alterius lateris totius Paralyſis, Epilepſia, Lethargus, Carus, Catoche & Catalepſis, Coma & Cataphora.*

51. Et ex ijs quæ docet Galenus hîc c.5.a. cap.7. eee. itē l.4. huius operis, c.2.c.d.e. l.3. de methodo, c.21.f. alijsq; locis, commune eſt omnibus hiſce affectibus, ut in ijs cerebrum afficiatur; ſecundò, ut à frigidâ cauſâ, frigidisq; humoribus afficiatur; tertiò deniq;, ut per eos principes actiones ſopiantur, aut torpidæ reddantur.

52. Ob quam cognationem contingit, ut à Græcis, præſertim recentioribus, poſteriores eorum ſex ſæpenumero promiſcuè uſurpentur, uti vides in verbis theſi 49. iam citatis, quibus omnes hi vocantur λήθαργοι καὶ

Digitized by Google

καρώδη πάθη, & ijs quæ ſequenti theſi productâ, in eandem ſententiam dicuntur.

53. Diſtinguuntur autem primùm reſpectu Reſpirationis, quæ in Apoplexiâ, Epilepſiâ, Hemiplexia læditur, & ſæpè cum ſtercore ſit: in reliquis integra manet: Vnde dixit inter cætera Galen. hic cap. 5. f. Ἐν τοῖς καρώδεσιν πάθεσιν ἅπασι, μήτε αἰσθανομένου, μήτε κινουμένου τοῦ σώματος, ὅμως ἡ διαπνοὴ μόνη διασώζεται. i. In caroſis affectibus omnibus, quamvis nec ſentiat, nec moveatur corpus, Reſpiratio tamen ſola ſervatur.

54. Secundò, ex loco affecto, quia in Apoplexiâ, & Epilepſiâ, tàm anterior, quàm poſterior cerebri pars tota utrinq; afficitur; ita tamen ut in Apoplexiâ Corpus, in Epilepſiâ Ventres eiuſdem magis afficiantur. In Hemiplexiâ itidem magis corpus quàm ventres, ſed in altero tantùm afficiatur latere.

55. In reliquis ſoporoſis affectibus, præter Lethargum, aut anterior cerebri pars ſola, aut ſola poſterior, aut ſolus medius ventriculus afficitur: Quò fit ut hi affectus ſint leviores & rariores; Apoplexia & Epilepſia frequentiores ac difficiliores. Deniq; Apoplexia non curatur aliter, quàm in Hemiplexiam tranſeundo. Carus ſi curatur, in bonam valetudinem tranſit.

56. Singulorum verò naturam ex citatis iam locis explicaturi, dicimus primùm de Lethargo ſecundùm Phavorinum: λήθαργος ἡ ληθώδης νόσος: i. Lethargus læſæ memoriæ morbus eſt; nam etſi cum profundo ſomno ſit coniunctus, cuius ratione de Cari naturâ & principum functionum torpore participat, tamen Oblivio proprium ipſius ſymptoma cenſetur.

57. Ortum

57. *Ortum habet ab humore frigido, in Cerebri ſubſtantiâ putreſcente, unde fit, ut cum febre continuâ ſit coniunctus, qua diſtinguitur à Caro & Catoche: hunc Galen. lib. 13. Methodi, cap. 21. aſſerit Phrenitidi contrarium affectum eſſe.*

58. *Κάρος nomen obtinuit ἀπὸ τοῦ καρόω, i. ſopio, tãquam ſi ſomni vehementiâ, ceu proprio ſymptomate ſit deſcribendus. A Lethargo diſtinguitur, primùm, quòd ſine febre ſit; ſecundò, quòd in Caro anterior cerebri pars tantùm, in Lethargo totum id afficiatur.*

59. *Oritur non tantùm à frigidâ Cerebri intemperie, frigidoq; humore, ſed etiam affectis muſculis temporũ: & frequenter, ſi aut perforando oſſa Calvariæ, aut aliter medius Cerebri ventriculus comprimatur; nonnũquam etiam poſt vehementes dolores, exhauſto ſpiritu.*

60. *Κατοχὴ, καὶ κατάληψις, i. Catoche, & Catalepſis, pro eodem affectu accipiuntur, & qui eo laborãt, κάτοχοι, καὶ κατεχόμενοι, Veteribus dicebantur, tanquam ſi detentos, aut comprehenſos nomines, de pulſibus ad Tyrones, cap. 11.*

61. *Differunt hi à Caro, partim loco affecto, quòd in his poſterior, in Caro anterior Cerebri pars afficiatur; partim quòd in Caro oculi ſunt clauſi, in Catoche ac Catalepſi maneant aperti. l. 4. huius operis c. 2. dd. ee.*

62. *In eandem ſententiam 1. prorhet. com. 2. text. 56. & 2. Aph. 3. docet Galenus, hos affectus ab omnib. caroſis & comatoſis affectibus differre, quòd in his propter humoris abundantiam oculi ſint clauſi; ſed in Catoche propter ſiccitatem apertos conſervari.*

63. *Eodem loco ex 1. prorhet. iam citato docet Gale-*

Digitized by Google

nus, Cacochos in eodẽ permanere ſtatu, & omnia membra ita conſervare, ut erant tunc, quando hoc affectu cõprehendebantur; eiuſdem huius rei cauſâ ſit, ut à Recentioribus vocentur Congelati: Exempla & ibidem habes, & apud Paulũ l.3.c.10. apud Aëtiũ 2. tetrab. ſerm. 2. cap. 4. & apud Fern. l.5. Path. c. 2. Montinus, vir doctiſſimus, ex Bucellæ, Medici regij, relatu narravit, Stephanũ, Poloniæ regem ſereniſſ. tali affectu obijſſe.

64. De Comate & Cataphora ſcripſit Galen. libellũ ex Hipp. ſententiâ, & utroq; nomine unum affectum ſignificat, talem, qualis eſt ebrioſorum, poſt multam crapulam, & quem Germanicè exprimimus per voll vnnd voll. cap. 2. 4. eiuſdem libri iam citati.

65. Omnes enim Comatoſi & Cataphorici, capitis gravitatem quandam obtinent, ut nec Pes, nec Manus faciat officium. Sed interim quemadmodum ex ebrijs quidam ob eandem capitis gravitatem profundo ſomno occupantur, quidam nec dormire poſſunt, nec vigilantium munere fungi: Ita ex Cataphoricis quidam tàm profundè dormiunt, ut vix queant excitari, alij dormire nequeunt. ibidem, & 2. aph. 3.

66. Priorem illam ſomnolentiam, ſimplicem Cataphoram ac ſimplex Coma nominant, quæ ortum habet à frigiditate & frigidis humoribus, eiq; in lib. de ſympt. diff. cap. 3. c. aſſcribitur principum functionum, & præſertim imaginativæ, diminutio.

67. Poſterior ἀγρυπνῶδες κῶμα dicitur, in quo ægri nec dormire poſſunt, nec vigilantium munere fungi, ſed volutant ſe hinc inde in lecto, & interrogati ineptè reſpondent: ut dubitarit Hipp. nùm eos Phreneticos vocare oporteret?

68. Ut

68. Vt autem prior ex intemperie frigidâ, frigidisq; humoribus ſolis oritur; ita poſterior hæc ex pituitoſis ſimul ac bilioſis humoribus cerebrum occupantibus, fit, ut habes locis iam citatis, & inprimis etiam hîc cap. 5. c.

Diſputatio IV.

De Apoplexiâ, Hemiplexiâ, Epilepſiâ.

69. Soporoſis affectibus, qui cũ principum functionũ abolitione aut diminutione coniuncti ſunt, adnumerantur etiam Apoplexia, Hemiplexia, & Epilepſia, de quib. quia egimus copioſè, in diſp. Anni 1606. prop. 8. & ſequentib & partim etiam in diſp. Anni 1605. theſi 41. & ſequentib. Idcircò ſummatim ex ijs, quæ hîc cap. 7. & 10. & alijs in locis dicuntur, qualis quisq; eorum cerebri affectus ſit, oſtendemus: copioſiorem doctrinam deſiderantes, ad loca iam citata remittimus.

70. Apoplexiam igitur ipſam docet Galen. hîc c. 10. c. his ſignis cognoſcere: παύτων ἅμα τῶν νεύρων ἔργα ἀπολεσάντων αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν, ἀποπληξία τὸ πάθος ὀνομάζεται. *i. Cũ omniũ nervorũ functio ſenſitiva ſimul, & motrix perierit, tunc vocatur affectus ille Apoplexia.*

71. Nimirùm ἀπὸ τοῦ ἀποπλήττειν, *quod cadere ſignificat, uti &* ἀπόπληκτος, *qui veluti caſus eſt, ſumptâ appellatione à victimis, quæ olim ante aras Deorum iuxtà ſpinæ principium caſæ, cadebant ſine ſenſu & motu; Vnde etiam attonitus morbus, & Sideratio, vocatur. Nam in Apoplecticis primùm actiones principes, deinde ſenſus motusq; omnium partium periêre, ſolâ Reſpiratione ſervatâ, quâ pereunte Mors ſequitur.*

Digitized by Google

72. *Apparent autem hæc ſymptomata in omni Apoplexia, & nihilominus tamen docuit Ratio, binas eius eſſe differentias planè diverſas, quarum una eſt frequēs & paßim nota de quâ ſolâ agit Galenus hîc cap.10. Altera rarior & minùs nota.*

73. *Poſterior hæc lib.4 de victu acut. tex 23. dicitur fieri quando* τῶν φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσιν*: id eſt, Venarum Interceptiones nocent. Id ipſum verò contingit, ut Galenus docet ibid. in Commentario: item in lib. de Cauſ.morb c.3 b. quando Vena & Arteria tantopere replentur, ut Evētillatione prohibitâ, calor nativus ſuffocetur: ſive in illâ repletione aliquid ſanguinis ex Cerebri ſinubus in ventriculos incidat, ſive non.*

74. *De ea verò quæ frequentior eſt, docet Galenus, quòd ab intemperie frigidâ Cerebri, tanquam cauſâ* προηγουμένη*. fiat. v.g. hic cap.7. eee.* τὰ εἰς κατάπληξιν ἄγοντα χωρὶς κινήσεως σπασμώδους ἢ παλμώδους ἐπὶ καταψύξει γίνεται σφοδρᾷ*: id eſt, Qui cadunt ſine motu convulſivo aut palpitante, ij à vehementi refrigeratione id patiuntur. Idem dicitur lib. de Cauſ Morbor. cap.3.g. & 4. de Locis Affect. cap.2.dd.*

75 *Ad cauſam verò coniunctam proximamq́ſpectans, dicit Apoplexiam fieri à frigido, craſſo viſcoſoq́ humore in ventriculos Cerebri incidente: ut ijs quæ ſubijciuntur, verbis, loco iam citato adductis, hoc modo:* Ἀποπληξία διὰ τὴν ἐξαίφνης γένεσιν ἐνδείκνυται ψυχρὸν χυμὸν, ἢ παχὺν ἢ γλισχρὸν, ἀθρόως πληροῦντα τὰς κυριωτάτας τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κοιλιῶν, οὐ κατὰ δυσκρασίαν*. i. Apoplexia ob ſubitam invaſionem, ſignificat quòd ortus ſui cauſam habeat frigidum humorem, aut*

craſſum,

craſſum, aut viſcoſum, ſubitò replentem præcipuos cerebri ventriculos, non intemperiem. Idem dicitur etiam l. 2. de Cauſ. ſympt. c. 7. h. item 2. aphor. 42. ubi etiam tumorem phlegmonoſum addit.

76. Ἡμιπληξίαν docet idem Galenus dignoſcere, & ab Apoplexiâ cæteriſq; ſimilibus affectibus diſtinguere, hîc c. 10. c. verbis quæ theſi 70. citatis ſubjiciuntur hoc modo: Κατὰ θάτερον μέρος, ἤτοι τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερὸν, εἰ συμβαίνει τοῦτο, παράλυσις καλεῖται, τοῦ μέρους ἐκείνου δηλονότι καθ' ὃ συνέστι, ποτὲ μὲν τοῦ δεξιοῦ, ποτὲ δὲ θατέρου. i. Si nervorum functio motrix & ſenſitiva in altero latere ſolo, dextro aut ſiniſtro perierit, tunc eſt eiuſdem lateris, dextri ſcilicet aut ſiniſtri Paralyſis.

77. Paralyſis autem eſt hæc talis, quam Paulus l. 3. c. 18 & reliqui Græci recentiores Ἡμιπληξίαν vocant, tanquam ſi Semiapoplexiam dicas; Galenus etiam παραπληξίαν nominat, ut theſi ſequenti vides. Oritur ex capitis affectu, & coniunctam habet mentis interceptionem, cùm tamen multæ ſint ſpecies aliæ Paralyſeos, quæ abſq; mentis læſione conſiſtunt, ut locis theſi 69. citatis apparet.

78. Affectus Cerebri in Hemiplexia ſimilis eſt ei, à quo oritur Apoplexia, ſed mitior, & qui alteram tantùm Cerebri partem afficit: hinc l. 4. de loc. affect. c. 2 cc. ſic loquitur Galenus: Ὅταν ἀμφότερα τὰ μέρη τοῦ ἐγκεφάλου, τό τε δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερὸν, ᾖ πεπονθότα, τοὺς ἀποπλήκτους ἐπιφέρει κινδύνους, ὅταν δὲ θάτερον μόνον, εἰς παραπληξίαν τελευτᾷ. Senſus eſt: Cùm utraq; cerebri pars afficitur, dextra ſiniſtraq;, Apoplexia ſequitur. Sin altera

tantùm afficiatur. in παραπληξίαν terminatur affectus.

79. Linguæ Motrix facultas derivatur ex ſeptimâ Nervorum coniugatione, non procul à ſpinalis medullæ exortu, quo loco ſi utraq; Cerebri pars afficiatur, apoplecticâ pericula eveniunt: ſi afficiatur in alterâ parte tantùm, dextrâ ſiniſtrâve, in Paraplexiam terminatur.

80. Epilepſia autem, ut dicitur hîc initio c. 7. Σπάσμος ἐστιν ἁπάντων τῶν τοῦ σώματος μορίων, οὐ συνεχὴς, ὡς ἐμπροσθότονος τε καὶ ὀπισθότονος καὶ τέτανος, ἀλλὰ ἐκ διαστημάτων χρόνου γινόμενος μετὰ βλάβης τῆς διανοίας καὶ τῆς αἰσθήσεως: id eſt, convulſio omnium totius corporis partium, non continua, ut in Emproſthotono, Opiſthotono & Tetano, ſed ex intervallis facta, cum Intellectus & Senſus læſione.

81. Ἐπιληψίας vocabulo inſignitus eſt autem hic affectus, teſte Tralliano, initio c. 15. l. 1. διὰ τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ κρατεῖσθαι αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις: i. eò quòd, ipſis, tempore paroxyſmi ſenſus detineātur. Vocatur etiam morb. ſacer, eò quòd cerebrum occupet, tanquam ſacram mentis ſedem: Item morbus magnus, quia eſt vehemens: item Herculeus. Latinis dicitur comitialis, à Recentioribus lunaticus, caducus, & in pueris infantilis.

82. Quatenus igitur Epilepſia eſt convulſio, eatenus de communi naturâ cæterarum convulſionum participat; neceſſumq; eſt in eâ quoq; muſculos contrahi verſum ſuam originem, & ſimul attrahi partes in quas inſeruntur, ſicuti in motu voluntario quidem, ſed præter voluntatem. Deniq; ſicuti convulſiones cæteræ omnes cauſam obtinent Repletionem, aut Inanitionem: Ita epilepticis ab earundem aliquâ fieri oportet. hîc c. 7. b. c.

805. Qua-

Digitized by Google

83. *Quatenus autem eſt Convulſio epileptica, eatenus habet peculiaria hæc: Primùm, quòd per eam omnes totius corporis partes convelluntur. Secundò, quòd coniunctam habeat Intellectus & Senſus læſionem. Tertiò quòd fiat ἐν διαςημάτων χρόνου, ex temporum intervallis. ibidem.*

84. *Eadem temporum intervalla duplicia ſunt; alia reſpectu plurium paroxyſmorum conſiderata, alia in unoquoq; paroxyſmo, quatenus convelluntur quidem omnes Muſculi, ſed non ſimul, eò quòd ex oppoſitis Muſculis cuiuſq; partis hi quidem convellantur, illi autem relaxentur, prout materia, quæ vi Expultricis expellitur, ſecundùm ſpinam modò contrahentiũ, modò extendentium nervorum, muſculorumq; principia irrigaverit: quò fit, ut in reliquis convulſionibus, quibus continua eſt eorundem muſculorum contractio, partes convulſæ fiant rigidæ, in Epilepticis horrendo motu concutiantur. ibid.*

85. *Quia verò in Epilepſia Cerebrum affici conſtat, iuxtà ea quæ dicta ſunt antè prop. 5. 46. & ſequentibus: & Galenus etiam hîc c. 7. b. hh. diſertis verbis aſſerit: videndum, qualis illius affectus Convulſiones epilepticas efficiat?*

86. *Hâc de re dicimus primùm, quòd videatur Gal. & Hipp. Cerebrum in Epilepſiâ maximè ſecundùm ſuos ventriculos affici, & quidem præcipuè poſtremum, poſtea medium: quo ſenſu explicat Galen. hîc c. 7. g. Hipp. verba in fine fere 6. Epidem. aſſerentis, melancholiam ſi in corpus cerebri ſerpat, facere Epilepticos: ſi in mentem feratur, deliria melancholica efficere. Item l. 4. de loc. affect. c. 2. dd. inquit, in Apoplexia magis cerebri*

corpus

corpus affici, Epilepſiam magis ad ventres pertinere.

87. Secundò, quòd etſi Convulſiones fiant à Repletione, aut Inanitione; proprium tamen eſſe epilepticarum, ut fiant à ſolâ Repletione partis affectæ, propterea quòd ſubitò invadunt, & mox ſolvuntur: quæ enim talia ſunt, ea cauſam obtinent talem, quæ ſubitò poſita poßit effectum producere, & mox ſublata, eundem tollere queat. hîc c. 7. b. c. item l. 2. de Cauſ. ſymptom. c. 7. b.

88. Ea autem non Intemperies aliqua eſſe poteſt, ſed humor aliquis, aut vapor malignus, qui ſubitò in partem aliquam irruere, & huiuſmodi ſymptomata excitare queat; ac paulò pòſt vi Expultricis expelli & convulſiones finire poßit. ibidem.

89. Eadem verò hæc Repletio, partim fieri poteſt per ἰδιοπάθειαν ab humore craſſo pituitoſo aut melancholico, in ipſo cere bro genito, quo in ventriculos cerebri influente, obſtructionem aliquam efficiente, aut minante, contingit ut ἑαυτὴν κλονούσης τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων, ὑπὲρ τοῦ διώξασθαι τὰ λυποῦντα i. concutiente ſe nervorum princ pio, ad expellenda quæ nocent, huiuſmodi motus epileptici fiant. ibidem.

90. Partim fit per ſympathiam vapore aliquo maligno ad cerebrum aſcendente, ut plurimùm quidem ex ventriculo, quandoq; ex utero, nonnunquam aliâ aliquâ parte, maligno morbo, aut alio quopiam ulcere laborante, à quo irritatum, inſurgit, expellitq; ea, quæ nocent, quoquo verſum, unde eadem ſymptomata, ſed leviora ferè excitantur. ibidem.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio V.

De functionibus principibus depravatis, præſertimq; de Phrenitede.

91. *Hactenus de ijs Affectibus Cerebri egimus, quibus ferè principes functiones imminuuntur: ut penitùs abolentur, ſive ſolæ, ſive unà cum motus læſione: Deinceps agemus de ijs, quibus eadem depravantur: Ex quorum numero ſunt Deliria omnia, & præcipuè Phrenitis, Melancholia, Mania, Lycanthropia, & ſi qui hiſce ſimiles exiſtunt.*

92. *Comprehenduntur autem deliria omnia uno* παραφροσύνης *nomine: nam quicunq; delirant, ij videntur* παρὰ τοὺς φρένας, *i. præter Rationem agere. Et ſicuti* φρὴν *inter cætera Mentem & Intellectum ſignificat; &* φρονεῖν *ſapere: ita* παραφροσύνη *eſt, quod* παρὰ τοὺς φρένας, *i. à mente alienum exiſtit. Hinc 1. prorhet. comm. 1. text. 4. b. ait Galenus, Phrenitidem conſiſtere in affectu, quo* τὰς φρένας ὁρῶσι βεβλαμμένας, *i. cernunt mentem eſſe læſam.*

93. *Vt verò Deliria omnia in hoc conveniunt, quòd* πλημμελεῖς ὑπάρχουσι κινήσεις τῆς ἡγεμονικῆς δυνάμεως, *i. depravatæ ſunt principis facultatis functiones, l. 2. de cauſ. ſympt. c. 7. b. ita rurſum differunt ſecundùm quod docet Galenus, & loco iam citato, & hic l. 3. c. 5 d. cap. 7. e. f. quòd earum aliqua ſunt coniuncta cum febre, aliqua febre carent.*

94. *Sine febre conſiſtunt ferè Melancholicorũ omnis generis deliria; ſecundò quæ vocantur* παραφροσύναι θη-ριώδεις.

εὐώδεις καὶ μανίαι: i. ferina deliria, maniæ & inſaniæ: hinc 1. prorhet. com. 1. text. 1. b. dicit Galenus, μαίνεσθαι ὀνομάζουσιν πάντες ἄνθρωποι, τοὺς ἄνευ πυρετοῦ παραφρονοῦντας: i. Omnes homines inſanire dicũt eos, qui ſine febre delirant. Talia ſunt etiam deliria quorundã ſenum.

95. Cum febre coniuncta ſunt Deliria Phreneticorum. Secundò παρακοπαὶ, i. mentis errores, qui ſuperveniunt poroxyſmis febrium, in quibus ægri dicuntur παραχθῆναι, παραληρῆσαι, παρακόψαι, i. errare, deſipere, delirare: Phrenetici tamen non dicuntur. hîc c. 7. f.

96. Cæterùm, & quæ coniunctam habent febrem deliria, & quæ febre carent, ex cerebri affectu proveniunt, ſed ita ut vel per ἰδιοπάθειαν eiuſdem, aut per συμπάθειαν contingant. V.G. ex ijs quæ cum febre ſunt coniuncta, παρακοπαὶ vocata, fiunt cerebro conſentiente corpori univerſo, aut uni alicui parti, & calidos vapores ab eâdem ſuſcipiente, ſuntq; febris ſymptomata. Contrà Phrenitis eſt ex Cerebri ἰδιοπαθείᾳ, & febris cauſa exiſtit.

97. Sive autem ex συμπαθείᾳ ſive ἰδιοπαθείᾳ Cerebri, Deliria febri coniuncta dependeant, tamen ſicuti utriuſq; commune eſt τὸ μετὰ πυρετοῦ παραφρονῆσαι: i. ut febricitando delirent; ita rurſum contingit, ut pleruníq; in huiuſmodi delirijs omnes principes actiones ſimul lædantur, non tamen ſemper. Interdum enim fieri poteſt, præſertim ubi eſt tantùm συμπάθεια, ut unâ læsâ, reliquæ integræ maneant. Exempla vide l. 4. huius operis, c. 2. h. de ſymptom. different. cap. 3. d. item diſput. noſtras Anni 1604. theſi 38. & ſequentibus.

98. Diſtinguenda autem erunt Deliria per Συμπάθειαν,

θείαν, ab ijs quæ fiunt per Cerebri ἰδιοπάθειαν, ex ijs quæ dicuntur l.2.huius operis,cap.9.b.c. lib.3.cap.5.d.e. item 1. prædictionum,text.1 b. & ſummatim lib.5. huius operis, c.4.f.g.his verbis : Deliria, quæ per conſenſum fiunt ex febribus ardentibus,ἐν ταῖς παρακμαῖς καθίσταται: ταῖς φρενίτισιν δὲ ἴδιον ἐξαίρετον ὑπάρχει, τὸ μηδ' ἐν ταῖς παρακμαῖς τῶν πυρετῶν παύεσθαι τὴν παραφροσύνην:id eſt, Remittunt, mitiganturq́; in febrium declinationibus;ſed veræ Phrenitidis proprium eſt, ut non deſinant eius deliria , mitigatis febrium paroxyſmis.

99. Peculiaria verò Phrenitidis indicia duplicia nobis proponit eodem loco iam citato Galenus, alia fientis, alia facta ; Fientis quidem , Vigiliæ , Somni turbulenti, Oblivio , Reſponſiones præter conſuetudinem feroces, Potus exiguus,Reſpiratio rara,magna, Pulſus parui,duri.Ex quib. multa etiam in facta Phrenitide apparent.

100. Factæ iam Phrenitidis ſigna ferè hæc eſſe dicit:Febris abſq; magnis mutationibus,Oculi ſqualidi,ex eorũ altero Lacrymæ acres , in oculis poſt lachrymas λῆμαι, Venæ turgentes ſanguine, Stillatio ſanguinis è naribus, ineptè reſpondent,floccos vellunt, lingua eſt arida , audiendo falluntur,dolorificos affectus non percipiunt.

101. Sed à quo Cerebri affectu fiunt Phreneticorum deliria? Reſpondeo , primùm quidem fieri ab Intemperie,nam ſi bonum cuiusq; partis ſimilaris temperamentum bonarum actionum cauſa eſt ; ſequitur , pravas actiones ab Intemperie oriri,ut dicitur 1.de Temperam.c. 9.h.& lib.2.c.1.h.

102. Secundò,quia ut dicitur hîc lib.3.c.3.a. ἀγρυπνιτικαὶ αἱ ἐγκαύσεις, καταφορικαὶ δὲ αἱ ψύξεις: id eſt, calidæ

In-

Intemperies Vigilias; frigida Somnos efficit profundos; Idcirco ſequitur, Phreneticorum deliria oriri ab Intemperie calidâ, ſive ſolâ, ſive cum acribus calidisq; humoribus coniunctâ. Idem dicitur hic lib. 3. c. 7. e. f. & lib. 1. de Cauſ. ſymptom. c. 8. g. item 10. Meth. c. 21.

103. Cenſet autem Galenus, non ſimpliciter tantùm eſſe Intemperiem calidam, cum acribus humoribus coniunctam, ſed Phlegmonem: In quam ſententiam lib. 2. de Cauſ. ſymptom. c. 7. h. ita loquitur: ἡ φρενῖτις οὐδ᾽ ἁπλῶς ἐπὶ θερμοῖς συνίσταται χυμοῖς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι κατὰ τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς μήνιγγας αὐτοῦ. i. Phrenitis non ſimpliciter conſtat ex calidis ſuccis, ſed talibus, qui Phlegmonem in cerebro & circa illius membranas efficiunt. Idem ſentit Paulus lib. 3. c. 6. & Aëtius ex Poſsidonio, tetrabiblo ſecundo, ſermone 2. cap. 2.

104. Sed quomodo fieri poteſt in febricitantium Delirijs, ut unâ functione principe læſâ, aliæ conſerventur, ut priùs theſi 96. dictum eſt? Reſpondeo. Si cum Avicennâ lib. 3 fen. 1. tract. 4. c. 7. 15. & cum Averrhoë 3. colliget. cap 40. alijsq; multis Neotericis dicamus, principes functiones diſtinctis cerebri locis fieri, facilè poterit huic quæſtioni reſponderi. Sed vide, quæ hâc de re docuimus in Diſput. Anni 1606. theſi 157. & ſequentibus.

Diſputatio VI.

De Melancholicorum delirijs.

105. Ex delirijs febre carentib. quæ ſunt mitiora. Melancholia vocantur ab humore melancholico nomen obtinen-

tinentes, quarum ſignum certiſsimum expreſsit Hipp. 6. aphoriſmor. 23. his verbis: ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. *id eſt, Si Metus & Triſtitia longo tempore durant, Melancholia eſt.*

106. Cenſet autem Galenus, partim hinc quoq; dependere cauſam metus in omnibus Melancholicis, quòd atrabiliarius humor, Mentis ſedem occupans, nigredine ſuâ eam tenebricoſam quaſi reddat, ut ſc. quemadmodum à tenebris extra nos exiſtentibus, homines pleriq; timent: ita Melãcholicos ob tenebricoſam factam mentis ſuæ ſedem, timere. hic c. 7. gg.

107. Quam rationem etſi Auerrhoës lib. 3. collig. c. 40. derideat, multiſq; argumentis oppugnet, nos tamen in diſp. anni 1606. theſi 160. & ſequentibus oſtendimus, eam nihil abſurdi continere.

108. Eſt ergò Melancholia, de quâ hîc agimus, talis quædam mentis perturbatio, quâ ægri ſine cauſâ timẽt, contriſtantur, & abſq; febri, varia abſurdaq; imaginantur, loquuntur, & faciunt.

109. Hinc Ariſt. 30. Problem. 1. inquit, Humorem melancholicum vino quid ſimile obtinere; nam, ut & id copioſiùs ſumptum, alios audaces, alios timidos, miſericordes, feroces, altercantes, lætos, lachrymantes, aut aliter affectos reddit: Ita Melancholiam, prout aliter atq; aliter humani Cerebri temperamento miſcetur, diverſa deliria efficere.

110. Vt autem in omni Delirio Melancholicorũ, Cerebrum affici oportet, ita poteſt idipſum fieri, vel per ἰδιοπάθειαν; *eamq; duplicem; partim ſc. ſi ſolius cerebri*

ſanguis, partim ſi univerſi corporis ſanguis melancholicus evaſerit; vel per Συμπάθειαν, aſcendente ex partibus, circa ventriculum ſitis, ad Cerebrum vapore quodam melancholico, & mentem turbante. hic cap. 7. g. h. & ſequentibus.

111. *Diſtinguenda autem ſunt Ἰδιοπάθειαι à Sympathijs, conſiderando Deliriorum vehementiam, & ea quæ circa ventriculum apparent ſymptomata; Quòd ſi enim magna fuerint deliria, circa ventriculum autem nihil adverſi ſentiatur, Ἰδιοπάθεια erit ob abundantiam humoris melancholici, Cerebrum occupantis. ibidem.*

112. *Eadem verò melancholici humoris abundantia, ut Deliria excitat, Cerebrũ, tanquam partem ſimilarem alterando: ita ſi Cerebrum, tanquam partem inſtrumentalem afficiat, eius Cavitates obſtruendo, Epilepſiam generat; Idipſumq́ue voluit Hipp. 6. Epidem. ſub finem, inquiens: Si Melancholia in Mentem, facit Deliria; ſi in corpus Cerebri ſerpat, facit Epilepſiam. ibidem.*

113. *Contrà verò ſi non ſint admodum vehementia deliria, ſed circa ventriculum & hypochondria appareant ſymptomata, præſertim poſt ſumptum cibum, flatus, fluctuatio, ructus acidi, æſtus in hypochondrijs, ventriculi dolores, & ſimilia, quæ peractâ coctione, aut etiam poſt vomitum aut alvi deiectionem mitigentur, hæc Melancholia eſt tantùm per Sympathiam, & hypochondriaca vocatur. ibidem ex Diocle.*

De Mania & Lycanthropia.

114. *Et quæ iam recenſuimus Deliria Melancholicorum,*

rùm, mitiora ſunt, & propriè vocantur Melancholiæ; Quæ autem vehementiora atq; deteriora exiſtunt, ea dicuntur à Galeno hîc c.7.e. παραφροσύναι καὶ μελαγχολίαι θηριώδεις, i. ferina Melancholicorum Deliria, & 2. de Cauſ.ſympt.c.7.h. μανίαι, i. Inſania.

115. Vtroq; iam citato loco dicūtur fieri huiuſmodi Deliria κατοπτηθείσης τῆς ξανθῆς χολῆς, i. à flavâ bile ſuperaſſatâ, & in acriorem quandā Melancholiam conversā.

116. In eundem ſenſum inquit etiam idem 1. prorhet. com.1.tex.10. ὅταν ἡ τοῦ πυρετοῦ σφοδρότης ὀπτῶσα τὸν χυμὸν τοῦτον, ἐργάζηται μελαγχολικὸν, αἱ παραφροσύναι γίγνονται σφοδραὶ διὰ τὴν κακοήθειαν τῆς μελαίνης χολῆς, ἃς μανιώδεις Ἱπποκράτης ὠνόμασεν, i. Quando febris vehementiâ humores aſſando eos melancholicos efficit, tunc ob humoris malignitatem vehementiâ Deliria fiunt, quæ maniaca ab Hipp. vocantur.

117. Trallianus etiam in curatione Melancholiæ quæ ab infarcto ſanguine oritur, c.ultim.lib.1.inquit: οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ μανεία ἢ ἐπίτασις τῆς μελαγχολίας ἐπὶ τὸ ἀγριώτερον. i. Mania nihil aliud eſt, quàm Melancholia, ad ferocitatem quandam aucta.

118. Hæc referunt Paulus l.3.c.16. & Aëtius 2. tetrabiblo, ſermone 2.c. 11. Lycanthropiam, quâ noctu domos egreſſi, lupos imitantur, circa defunctorum monumenta verſantur, ac alia abſurda faciunt. Vide autem de hiſce Delirijs etiam quæ diſputata ſunt Anno 1604. theſi 34. Item Anno 1606. theſi 46. & ſequentibus.

De Amore.

119. Delirijs quæ ex Cerebri affectu proveniunt, adnumerat Paulus lib.3.cap.17. etiam Deliria amantium,

Digitized by Google

eaq́; dicit eſſe curas affectusq; animi, Ratiocinatione in motu laborioſo occupatâ. Idem facit ex Recentioribus Iaſon Pratenſis, cap. 19. libri de morbis Cerebri, longamq́; de Amore diſputationem inſtituit.

120. Vt autem ex veris fundamentis intelligas amatorij Delirij eſſentiam, neceſſe eſt, præſcire ea, quæ in diſput. de Animæ humanæ facultatibus, docuimus de tribus Animæ noſtræ potentijs, quarum una vocatur τὸ ἡγεμονικὸν ἢ λογιστικόν: altera θυμοειδές: tertia τὸ ἐπιθυμητικόν. Item quæ ſit cuiuſq; harum propria functio, vide ibidem Theſin 26. & ſequentes.

121. Cùm enim τοῦ ἐπιθυμητικοῦ in Hepate conſiſtentis officium ſit, appetere ea quæ ſunt iocunda, aptaq; tàm ad Nutritionem, quàm Generationem: V.G. in cibis, potionibus & Venereis conſiſtentia: non errat hac actione Anima in Amore, dum frui re amatâ cupit; fungitur enim ſuo munere, & expetit τὸ φαινόμενον ἀγαθόν, i. quod videtur bonum, ad quod naturâ ſuâ fertur. lib. 4. de Placit. c. 6. f.

122. Sed quia τοῦ λογιστικοῦ in Cerebro conſiſtentis munus eſt, præeſſe ijs quæ appetuntur, ea dijudicare, moderari, & quæ bona, honeſtaq́;, perſequi; mala, pericuroſa, inutiliaq́; exiſtunt, repudiare, & Cupiditatibus reſiſtere: idq; in amantibus non efficit; Idcirco quicquid in Amore eſt vitij, id totum Rationi adſcribendum, quæ ob mollitiem non obſtat Cupiditatibus, quibus reſiſtere debebat.

123. Nam ſi Ratio Cupiditates non moderatur, ſed habenas laxat, tunc ut beſtia Rationis expers, augetur ſubinde concupiſcentia: Vnde fit ut quamvis agnoſcant ſuos

ſuos errores, Cupiditatibus tamen reſiſtere nequeant, ob mollitiem, & Rationem debilem, minimeq; ad reſiſtendum Affectibus exercitatam: quo ſenſu inquit in Eunucho, Actu 1. Scena 1. Phædra de ſuâ Amaſia: Nunc ergo & illam ſceleſtam, & me miſerum ſentio, & amore ardeo, & prudens, ſciens, vivus vidensq; pereo.

Diſputatio VII.

De Vertigine.

124. Vertiginem vocarunt Latini Affectum Cerebri, ex quo laborantibus verti & in gyrum rotari omnia videntur; eundemq; affectum Δῖνον *Græci, à* Δινέω*, ſive* Δινεύω*, quod Circumverto & Circumago ſignificat, ex quo etiam* Δίνην*, aquarum Verticem appellarunt.*

125. Et quia Vertiginoſis, dum in gyrum omnia converti videntur, ſimul etiam tenebræ quadam oculis obverſantur; Idcirco ex utriusq; Symptomatis coniunctione totus hic Affectus Σκοτόδινος*, i. obſcura vertigo appellatur. Quia denique huiusmodi tenebræ ex levi occaſione cauſam exhibent Vertiginoſis cadendi; Idcirco totus hic Affectus* σκότωμα καὶ σκοτωματικὸν πάθος *appellatur, ut habes hîc cap. 8. g.*

126. Et in eundem ſenſum lib. 4. de Victu acutor. textu 42. dicitur: Ὅταν ἡ κεφαλὴ περιφέρεσθαι φαντάζηται, δῖνος ὀνομάζεται τὸ πάθος· ὅταν δὲ καὶ σκοτώδης ἡ ὄψις ἅμα τῷδε φαίνεται, σκοτόδινος καλεῖται. *Id eſt. Cùm caput circumagi videtur,* Δῖνος*, i. Vertigo vocatur: cùm autem ſimul etiam tenebræ oculis obverſantur,* σκοτό-

 δινος,

δῖνος, id eſt, obſcura Vertigo nuncupatur.

127. Cognoſcitur Vertigo primùm ex eò, quòd abſq; cauſâ manifeſtâ, eâ laboranti in gyrum omnia circumagi videantur. Secundò quòd eidem quædam veluti tenebræ oculis objiciantur, interim dum videntur omnia circumagi. Tertiò quòd cadant, aut cadendi periculum ſuſtineant.

128. Sine cauſâ manifeſtâ diximus, reſpicientes ad id quod Galenus hîc cap. 8. g. ait, ἐπὶ σμικραῖς προφάσεσιν, id eſt, ex leviuſculâ occaſione id illis evenire: Nam ſunt quædam cauſæ fortes, quæ poſſunt Vertiginoſa huiuſmodi Symptomata producere, etiam in iis, qui non laborant vertigine.

129. Exempli gratiâ, ſi quis rapidũ flumen tranſire, ex alto & præcipiti loco ſpectare, rotarum gyros continuè intueri vellit, aut ſi ipſe in gyrum ſæpiùs convertatur.

130. Affici verò in hiſce Cerebrum, docet Galenus, partim Senſu, partim Ratione. Senſu quidem, propterea quòd ægrotantes ſimul ſentiunt manifeſtè quippiam adverſum in capite, ex quo Vertigine corripiuntur. Idem Ratio etiam indicat, nam ſi viſus illis hebetatur, omnisq; motus debilitatur, ut de caſu periclitentur, neceſſe eſt, ſenſus motusq; principium affici; quibus accedit, quòd idipſum maximè patiuntur, ubi caput iis incaluerit. hîc cap. 8.

131. Sed qualis eſt cerebri affectus, à quo vertiginoſa Symptomata oriuntur? Ad eum inveniendum ponit Galenus, per hypotheſin, quòd internam vertiginoſorũ Symptomatũ cauſam eodem modo afficere Cerebrũ oporteat, quo eam afficit cauſa externa, ea ſcilicet, quæ in ſanis

quoq;

Digitized by Google

quoq; hominib. Vertiginem efficit. Nimirum quòd ſimiles effectus à ſimilib. cauſis oriri oporteat, non contrarijs.

132. Ex cauſis externis facillimè vertiginoſa Symptomata ſanis quoq; hominibus excitat corporis in gyrum crebra converſio ſive rotatio: Qua procul dubio humores & ſpiritus in Cerebro inordinatè commoventur.

133. Itaq; neceſſe eſt, primam imediatamq; Vertiginis cauſam in vertigine laborantib. eſſe inordinatum humoris & ſpiritus Motum in Cerebro: & quæ eundem efficit, eſſe cauſam præcedentem. Poteſtque hæc eadem cauſa etiam tenebras oculis offundere, perturbare ſpiritus, qui puri ferri debebant in oculos, aut ut quidam volunt, efficiendo ut tranſverſim ferantur, qui rectà ferri debebant.

134. Quòd ſi quæras autem de cauſa illa præcedenti; & unde fiat ut humores & ſpiritus in Cerebro inordinatè moveantur? Reſpondeo, id fieri διὰ τὴν κίνησιν ἄτακτον φυσώδους πνεύματος, ἢ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἔχοντος τοπικὴν γένεσιν ἢ κάτωθεν ἀναφερομένου: *i. propter inordinatum motum flatuoſi ſpiritus, ſive in cerebro geniti, ſive ex partibus ſurſum delati. hîc cap. 8. & 4. de Victu acutor. text. 42.*

135. Id ipſum hinc probat Galenus, quia multi à vertigine liberati ſunt ſectione Arteriarum poſt aures, quæ tota tranſverſim diviſa, effecerunt ne huiusmodi flatuoſus ſpiritus ſurſum aſcendere poſſet.

De Incubo qui Ephialtes Græcis dicitur.

136. Ephialtem inquit Paulus lib. 3. c. 15. Pnigalionem

vocatum eſſe, à ſuffocando, quòd eo correpti imaginentur, ſe ab aliquo invadi & ſuffocari.

137. Razes ad Almanſorem lib. 9. cap. 12. quàm breviſſimè hunc affectum & evidentiſſimè deſcripſit, hoc modo: Cùm quis in ſomno ponderoſum quiddam ſibi incumbere imaginatur, vox ei ſupprimitur, aut incerta indiſcretáque editur: Incubone correptus dicitur.

138. Cauſæ illius recenſentur & à Paulo loco iam citato, & Aëtio 2. tetrabib ſerm. 2. c. 12. ab aliiſq; recentioribus: primùm prava victus ratio, cruditates frequentes, quibus deinde vapores craſſi, ad cerebrum aſcendentes, illiusq; ventriculos replentes, prohibent facultatem, ne influere per nervos liberè queat.

139. Attenuatis verò iiſdem vaporibus longâ luctâ, atq; diſſipatis, expergiſcere hominem, & ſolui paroxyſmũ. Vicinum igitur eſſe hunc Affectum Epilepſiæ, aut etiam Apoplexiæ, & qui niſi in tempore curetur, in eorum aliquem terminari queat.

De capitis dolore.

140. Dolorum capitis differentiæ iam inde à temporibus Galeni tres recenſentur, tribus diverſis nominib. nuncupatæ: nempe κεφαλαία, κεφαλαλγία καὶ ἡμικρανία: *i. Cephalæa, Cephalalgia & Hemicrania; quas omnes, ad caput, ſive totum, ſive partes eius aliquas, pertinere, ipſe ſenſus Moleſtiæ, quem offerunt, evidenter oſtendit.*

141. Ex hiſce propriè loquendo κεφαλαλγία *ſe habet ad binas reliquas, ſicuti genus ad ſpecies; nam idem ſignificat, atq; ſi dicas,* τὸ κεφαλῆς ἄλγος, *i. capitis dolorem*

rem: quo ſit ut κεφαλαία & hîc cap. 9. h. uti etiam lib. 2. de localib. Medicamentis, cap. 2. a. per κεφαλαλγίαν tanquam per genus definiatur.

142. Hoc etſi ita ſit, uſus tamen obtinuit & apud veteres & recentiores, ut mitiores minusq́; inveterati capitis dolores κεφαλαλγίαι: difficiliores magisq́; inveterati κεφαλαίαι vocentur: Et deniq; tàm mites quàm difficiles, ſi quidem tantùm partem capitis dimidiam affligant, Hemicraniæ appellentur.

143. Quo ſenſu definit Galenus Cephalæam locis iam citatis hoc modo: Κεφαλαία χρόνιός τε καὶ δύσλυτός ἐστι κεφαλαλγία, ἐπὶ μικραῖς προφάσεσιν μεγίστους ἔχουσα παροξυσμούς. i. Cephalæa eſt dolor capitis inveteratus, difficulter ſolubilis, qui ex levi occaſione magnas habet exacerbationes: ut ſcilicet neq; ſtrepitum, neq; vocem vehementiorem, neq; lumen aut motum ferre queant. Iidem habent etiam intermiſſiones aliquando, ut ſani videantur poſtmodum ex levi occaſione rurſus redeunt dolores.

144. Ἡμικρανία verò initio cap. 3. iam citati lib. 2. de localib. Medicamentis, dicitur eſſe πάθος ὀδυνηρὸν κατὰ τὸ ἥμισυ μέρος τῆς κεφαλῆς: id eſt, Affectio dolorifica, dimidiam partem capitis occupans, dextram ſcilicet aut ſiniſtram, quæ iuxtà ſuturam in longitudinem porrectam terminatur.

145. Afficitur in hiſce omnibus caput, ſive totum, ſive ſecundùm partes aliquas, intra & extra cranium: non tamen ſecundùm omnes partes dolet: quia cerebrum & cranium ſenſu carent.

146. Intrà cranium dolore affici poſſunt, membranæ

Digitized by Google

potiſſimū: Extra frequentiſſimè pericranium, & cū pericranÿs etiam quandoq; muſculi temporū & cutis ipſa: Diſtinguendaq; erunt partes dolentes, conſiderando, nū ægri dicant ſe dolore in profundo, & dolores ad radices uſq; oculorum pervenire, an tantùm ſuperficie?

147. Qui enim in profundo percipiuntur dolores, quiq́; ad radices uſq; oculorū pertingunt: Cerebri membranarum proprÿ cenſentur: Contrà qui in ſuperficie percipiuntur, partibus extra craniū exiſtentibus inſunt. hic cap.9 a.lib.2.de loc.Medic.cap.1.g. cap.2.b. cap.3.g.

148. Quòd ſi quæras autem qualis eiuſmodi partium affectus Cephalææ, Cephalalgiæ & Hemicraniæ cauſa ſit? Reſpōdeo primùm generatim: Quia omnibus hiſce Dolor ſignificatur: Idcircò quæ cauſæ alios dolores excitant; ab ÿſdem etiam Cephalaicos, Cephalalgicos & Hemicranicos oriri. oportet.

149. De cauſis autem doloris in genere omnis ex profeſſo egimus in Diſp. Anni 1605. Theſi 64. & ſequentib. & oſtendimus, doloris omnis unam primam immediatamq́; cauſam eſſe, quam ex Platonis Timæo Gal.lib.1. de cauſis ſymptomatum cap.6.c. expreßit per τὸ παρὰ φύσιν καὶ βιαίως γιγνόμενον ἀθρόως ἐν ἡμῖν πάθος, id eſt, violentam ſubitamq́; alterationem partis ſentientis è ſtatu naturali in præternaturalem.

150. Et quia partium ſimilarium ſenſu præditarum naturalis ſtatus ſubſtantiaq́; ipſa conſtat ex calidi, frigidi, humidi ſicciq́; contemperatione atq; unione: Idcircò ſive temperies ſive unio illarum ſubitò alteretur ac corrumpatur: neceſſe eſt naturam partium corrumpi & dolorē oriri. Atq; hinc ex univerſaliſſima cauſæ diviſione

bina

binæ itidē primariæ deducūtur, Intēperies & Cōtinui ſolutio: ad quas omnes reliquæ particulares reduci poſſunt.

151. *In hanc ſententiam Galenus & hîc cap. 9. & apertiùs lib. 2. de local. Medic. cap. 1. f. inquit: Vna affectio capitis dolorifica eſt ſecundùm intemperiem ſimplicem: Alia iuxtà humorum qualitatem. Tertia iuxtà eorundem multitudinem. Quarta propter obſtructionem impedientem vaporum humorumq; tranſitum. Quinta ob ſpiritum flatuoſum in aliqua parte imbecilliori natum. Sexta à cauſis externis refrigerantibus aut calefacientibus, ebrietate, plagâ, & ſimilibus.*

152. *Et quas hîc recēſuimus cauſas capitis dolorificas, eæ omnes aut temperiē deſtruendo, ut calefacientes, refrigerantesq; qualitates, humores, vapores, aut continuū ſolvendo, ut quæ diſtendunt, ſecāt, pulſant, aut aliter lædunt, per ſe dolorē inferunt. Quæ verò hiſce utroq; iam citato loco adÿciuntur,* τῆς κεφαλῆς ἀσθένεια ϗ συμπάθεια, καὶ περιττὴ αἴσθησις, *i. debilitas capitis, aptitudo ad patiendum & ſenſus tangendi exactiſſimus: eæ per accidens tantummodò poſſunt dolorem capitis excitare.*

153. Ἀσθένεια καὶ συμπάθεια *quidem, quatenus Actiones naturales debiliores efficiendo, plura excrementa colligunt, facilè autem ſuſcipiunt aliarum partium excrementa, nec propria à ſe repellunt. Exquiſitior ſenſus, quatenus non tantùm cauſas vehementes: ſed etiam leviores cum moleſtiâ percipiunt.*

Diſputatio IIX.

De Olfactus læſione.

154. *Ex cerebri affectu oritur etiam Olfactus læſio, quod*

quod Galenus proprio libro hac de re ſcripto, contra Ariſtotelem demonſtravit: Nos igitur ex eodem libro, primùm quodnam ſit verè olfaciendi inſtrumentum? deinde ex quo affectu Olfactus ipſe lædatur? quàm breviſsimè oſtendemus.

155. De Olfactus inſtrumento eiuſq; functione docuit Ariſtoteles primùm lib. 3 de Anima cap. 9. Præterea in libro de ſenſu & ſenſibilibus, paulò ante mediam partem, quo poſteriori loco inter cætera ſic ait: τοῦ ὀσφραντοῦ αἰσθάνονται οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον: ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀναπνέουσιν τὸ πνεῦμα ἀναφορεῖ τὸ ἐπικείμενον ὥσπερ πῶμα τι, διὸ οὐκ αἰσθάνονται μὴ ἀναπνέοντα, τοῖς δὲ μὴ ἀναπνέουσιν ἀφῄρηται τοῦτο καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν. id eſt, Odores non eodem modo ſentiunt Animalia. Nam quæ reſpirant, ijs ſpiritus aperit operculum, obtegens inſtrumentum olfaciendi: nec poſſunt odorare niſi inter reſpirandum. Illis qui non reſpirant, nullo operculo tegitur olfactus organum, uti neq; oculi in ijs quæ σκληρόφθαλμα, id eſt, duris oculis prædita vocantur.

156. Hic non expreſsit evidenter Ariſtoteles, quodnam ſit iſtud organum. Galenus tamen exiſtimat, ex hiſce & alijs quæ utroq; loco iam citato dicuntur, Ariſtoteli viſum eſſe, Quòd tunica naribus intus ſubſtrata ſit Olfactus organum, non ſecundùm ſuperficiem, ſed in profundo, tectum velamine, quod attrahendo ſpiritũ aperiatur. Vide de Olfactus organo, cap. 4 c. cap. 5. d. e.

157. In hac Ariſtotelis ſententia reprehendit Galenus primùm obſcuritatem, eò quòd non explicet disertè, quodnam ſit olfaciendi Organum. Secundò oſtendit, neq; tunicam naribus ſubſtratam, neq; eam quæ oris

cælum

cœlum palatumq; integit,& multò minùs oſſa colatoria,pro inſtrumento Olfactus habenda. ibidem.

158. Oſſa non poſſunt eſſe olfaciendi inſtrumentum, quia omni ſenſu carent. Neq; membrana,quæ os palatumq; integit, quia clauſis inter digitos naribus,attractoq; ex rebus odoratis ſpiritu per os,nullus odor percipitur. ibidem cap.3.f.h.

159. Tunicam naribus intus ſubſtratam,per ſe non eſſe Inſtrumentum odorandi, hinc probatur: quia ſi maximè nares rebus odoratis impleveris, nõ percipies tamẽ ullum odorem, niſi attrahas per eaſdem nares ſpiritum reſpirando.ibid.cap.1.c. cap.2.h. cap 5.f.

160. Item ſi hæc tunica per ſe eſſet odorandi Inſtrumentũ, neceſſe foret eã recipere nervos craſſos & molles. Item oporteret proportionem habere eam cum obiecto odorabili. ibid. cap.3 f g.& 7. de Placitis.cap.6.g.

161. Sed neq; poteſt eadem Tunica eſſe Olfactus inſtrumentum, reſpectu partis alicuius in profundo ſitæ, quæ velamine ſit tecta: Primùm enim Natura omnia meliori modo facit,ſatiusq; eſt,ſenſoria ſenſibilibus patere,eaq́; ſemper poſſe ſentire,quàm aliquando impediri tegumento.

162. Deinde abſq; abſurdi conſequentiâ concedi nõ poteſt,velamen illud aut voluntario motu, aut naturali,aut ſola impulſu aëris aperiri; Quia nunquam odorem percipimus,abſq; aëris attractione, nec quidem ſi res odoratas per fiſtulam in narium cavitatem inflaveris. ibid. cap.5. toto.

163. Quòd ſi igitur ex ijs quæ iam diximus,conſtat, Olfactus Organum neq; in Narium cavitate, Oſsibus illi

illi ſubiectis, Ore, aut Palato, exiſtere; relinquitur, ut in ſuperiorum partium aliquâ ſit collocatum. ibid. cap. 1. c. cap. 2. h.

164. De eâdem verò ſi quæras, quænam illa ſit? Reſpondeo, Galenum quandoq; ſimpliciter olfaciendi functionem anterioribus Cerebri ventriculis aſſcribere, ut hic in text. cap. 10. h. item lib. de Olfactus organo, cap. 4. toto: item lib. 8. de uſu part. cap. 6. a.

165. Aliquando autem non ſimpliciter ventriculis hiſce attribuit olfaciendi vim, ſed eorum extremitatibus, quibus parte poſteriori anguſtiores facti, deorſum & in anteriora reflectuntur, tandemq; finiuntur in proceſſus quoſdam albicantes, qui ad Oſſa colatoria pertingunt.

166. In hunc ſenſum initio cap. 2 libri toties citati, oſtendit, Narium foramina ſupra media naſi loca bifariam dividi, & alteram partem ad intimas oris partes ferri, alteram ſurſum rectà ad Oſſa colatoria tendere, ad quæ loca δύο ἀποφύσεις, προμήκεις τε καὶ κοῖλαι, *id eſt, bini proceſſus, longi & cavi, ex anteriorib. Cerebri ventriculis perveniant.*

167. Evidentiusq; adhuc l. 7. de Plac. c. 5. inquit: τὸ τῆς ὀσφρήσεως ὄργανον οὐκ ἐν τοῖς κατὰ τὴν ῥῖνα πόροις, ὡς πολλοὶ νομίζουσι, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐμπροσθίων ἐγκεφάλου κοιλιῶν, εἰς ἅπερ ἀνήκουσι οἱ κατὰ τὴν ῥῖνα πόροι. *i. Inſtrumentum olfaciendi non eſt in narium meatibus, ut multi putant, ſed in extremitatibus anteriorum Cerebri ventriculorum, ad quas pertingunt Narium foramina. Idem dicitur 1. de Cauſ. ſympt. cap. 4. d. e.*

168. Hanc ſuam ſententiam probat Galenus multũ argu-

argumentis, quorum hæc ſunt præcipua: I. Ex cognatione huius Senſorij cum Obiectis odorabilibus deſumitur, ſunt enim hi proceſſus valde vaporoſi. II. Ex ſtructurâ, quia videmus unam partem cavitatis narium ferri ad Oſſa colatoria. III Quia non percipimus odores abſq; attractione ſpiritus. IV. Quòd ſicuti per colatoria oſſa Cerebri excrementa expurgantur, ita per eadē aër odoratus attrahitur intra Calvariā. V. Quòd ex odoratis his, aut illis, cōmodū, aut incōmodū percipitur in Cerebri affect. lib. I. de Olfactus organo, c. 2. c. d. e. c. 3. f. g. c. 4. b. c. 5. h.

169. Oſtendimus, quæ pars ſit olfaciendi Inſtrumentum? deinceps conſiderandum, qualiter eiuſdem functio lædatur? Ad id verò explicandum neceſſe eſt ſcire id, quod de omni ſenſorio docet Galenus lib. I. de Cauſ. ſympt. cap. I. & 2. Videlicet, quòd ad ſenſum quemq; edendum triplex genus partium requiratur: Immediatū Inſtrumentum; id quod huic largitur ſenſificam facultatem; & quæ alium quempiam eidem immediato ſenſus organo uſum ſuppeditant.

170. Immediatum olfaciendi Inſtrumentum ſunt ipſæ ventriculorum Cerebri extremitates, de quibus iam dictum eſt: Iiſdem facultatem odoratricem largitur Cerebrum. Vſum conferentia ſunt Narium cavitates, & foramina oſſium colatoriorum, per quæ vapor odoratus ad Inſtrumentum odorandi fertur.

171. Cerebrum ipſum igitur ſi aut magnâ Intemperie, aut Obſtructione ventriculorum, aut Compreſſione, aut Inciſione, afficiatur; non Olfactum tantummodò, ſed omnes Senſus Motuſq; lædit. Viæ, per quas odorabiles qualitates ad Inſtrumentum odorandi perferūtur ſi obſtruan-

ſtruantur, ut in Gravedine, Coryzis, Polypo, Phlegmone, & ſimilibus, Olfactum lædunt, impediendo, ne odores ferantur ad Inſtrumentū odorandi, illicq́; percipiantur.

172. In iiſdem viis ſi prava ulcera, pravi & maligni humores exiſtant, depravatur Olfactus, ſicuti Guſtus à pravis humoribus in Linguâ inhærentibus.

173. Ipſum deniq́; immediatū odorandi Inſtrumentum, aut magnâ Intemperie calidâ, frigidâ laborans; aut vaporoſi ſpiritus copiâ, aut frigidorum humorum abundantiâ, aut nimiâ morâ ſub Sole, Olfactum immediatè lædit. lib. 1. de Cauſ. ſympt. cap. 4. d. e.

(* * *)

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

Σὴμειῶ

Συμφωτικῆς particularis CAP. II.

De cognoſcendis Affectibus partium capitis extra Calvariam conſiſtentibus, & tamen à ſenſu remotis:

Item ſpinalis Medullæ, Pulmonum, aliarumq́; partiũ Reſpirationi & Orationi ſervientium:

Ex diexodicâ Enarratione Libri IV. de Locis affectis ſummatim excerptum, in Theſes digeſtum; & menſtruis Diſputationibus Anni 1611. dicatum.

Ad

Illuſtr: & Generoſos Dominos, D.D. Julium & Alexandrum Pronſcios, Dominos in Bereſteczko, Riezan, &c. fratres germanos.

Reſpondentibus,

D. M. Emmanuele Stupano, Baſilienſi.
D. Ioachimo Burſero, Camentio Luſato.
D. Samuele Rümpler, Sileſio.
D. M. Germano Obermeiero, Baſilienſi.
D. Caſparo Schœnaik, Sileſio.
D. Michaele Rhidio, Schorndorfenſi VVirtenbergico.
D. Daniele de Combis, Helvetio Gallo.
D. M. Emmanuele Vriſſio, Baſilienſi.

Digitized by Google

Diſputatio I.

De Oculorum, Linguæ & Aurium Affecti-bus cognoſcendis.

THESIS I.

Totius doctrinæ de Locis affectis ſcopus eſt, modū & rationem tradere, ſecundū quem cognoſcere liceat in ægris hominibus, quanam ex internis & ſenſus noſtros fugientibus partibus afficiatur? & quomodo afficiatur?

2. Eandem verò nobis tradit Galenus hiſce ſex libris, partim univerſalibus præceptis, quorū ſummam ex prioribus binis libris deſumptam, in diſp. Anni 1609. propoſuimus. Partim exemplis particularibus ſingularū partium internarum: oſtendendo qualiter univerſalibus præceptis adiuti, de ſingulis cognoſcere oporteat, nùm afficiantur? & quomodo afficiantur?

3. Particularem verò hanc Doctrinam auſpicatus eſt lib. 3. huius operis à cerebro: de cuius Affectibus cognoſcendis nos ex eodem libro in ſuperioris anni diſputationibus egimus. Deinceps præcipuè ex quarto eiuſdem operis libro docebimus, primùm de cognoſcendis reliquis partibus capitis, extra calvariam quidem exiſtentibus, ſenſus tamen noſtros fugientibus. Poſtea de ſpinali Medulla, Pulmonibus, cæteriſq; partibus Reſpirationi & Orationi ſervientibus: ut dicitur hîc cap. 1. Item libro 2. huius operis, cap. 9. ſ.

4. Sunt

Digitized by Google

4. Sunt autem partes illæ extra calvariam conſiſtentes, & tamen à ſenſu remotæ, quadruplices: Quædam circa oculos ſitæ ſunt: Aliæ ad Linguam pertinent: Nōnullæ ad auditum faciunt: Aliquæ ipſius faciei ſunt partes internæ.

De cognoſcendis partibus Oculorum.

5. In Oculis lædi poteſt Viſio, aut Motus, aut utrumq; ſimul. Et viſio quidem vel per ἰδιοπάθειαν affici poteſt, ex affectu alicuius ſuarum partium proprio: aut per συμπάθειαν ex affectu ventriculi. hîc cap. 2. ee. & ſequentibus.

6. Partes Oculi, ut & cæterorum ſenſoriorum, triplices ſunt. Nempe immediatum videndi Inſtrumentum, ipſe cryſtallinus humor: Quæ eidem immediato Inſtrumento viſoriam facultatem conferunt, ut nervi optici & cerebrum: Præterea quæ uſum aliquem utriq; communicant, ut cætera Oculi partes omnes. De earundem verò Oculi partium Affectibus, Affectuūq; cauſis, ex lib. 2. de cauſ. ſympt. cap. 2. in diſputat. anni 1605. theſi 7. & ſequentibus, abundè diſputavimus. Hîc ſigna proponemus per quæ liceat cognoſcere, quænam earum partium afficiatur?

7. Quòd ſi igitur Viſio læſa ſit ex affectu cerebri: tunc non ipſa ſola læſa erit, ſed unà cum illa alij quoq; Senſus & Motus, ut in apoplecticis, epilepticis, paralyticis, alijsq; ſoporoſis Affectibus apparet. Quòd ſi ex Affectu Nervi optici ſolius viſio perierit, tūc foris intuenti Oculum, nihil in eo vitij apparebit. hîc cap. 2. c.

Digitized by Google

8. Ex humoris cryſtallini proprio Affectu læſam eſſe viſionem conijcies, ſi cauſæ quæ illius temperiem lædere potuerint, appareant. Temperiem enim lædit v. g. ſenectus aut febris vehemens, quarum illa ſiccitatem, hæc ſiccam calidamq; intemperiẽ, cùm huius tùm reliquorũ humorum inducit. 1. de cauſ. ſympt. cap 2 b. Huc pertinet etiam Oculorum glaucedo, quam γλαύκωσιν Galenus, & proprium ſiccitatis indicium aſſerit. 10. de uſu partium, cap. 6. g.

9. Vnionem cryſtallini ſolvunt, nõ tantùm cauſæ externæ, aut acres humores, ſed etiam lucis ſplendidiſſimæ intuitus; Vt contingit ijs quoq;, qui per nives, Solis lumine illuſtratas iter faciunt. 10. de uſu partium, c 3. g. h.

10. Loco movetur cryſtallinus, primùm ex paralyſi Muſculorum, qui Nervos opticos ambiunt, ex qua totus Oculus ſenſim prominet: & principio quidem ſine viſionis noxa: poſtmodum ſuccedente viſus interitu. In Oculorum perverſionibus ſi dextrorſum aut ſiniſtrorſum rectà Oculus convertatur, viſus non læditur. Si ſurſum, deorſum aut obliquè vertantur, dupla apparebunt, quæ Oculis obijcientur, omnia. hìc cap 2. d.

11. Ex partibus uſum aliquem conferentibus cryſtallino & optico Nervo, præcipua vis eſt humoris aquei, per quem ſi purus eſt, poſſunt ſpecies viſibiles ad cryſtallinum per pupillam pervenire, & rectè cerni. Si craſſior fiat, obſcuratur viſio. Si iuxtà pupillam planè incraſſetur, viſum tollit, ut in ſuffuſione abſoluta contingit. 1. de cauſ. ſympt. cap. 2. d. e. Paulus lib. 6. cap. 21. in eundem ſenſum inquit: Suffuſio eſt lenti humoris in Cornea iuxtà pupillam concretio.

12. Apra-

12. A pravis præſertimq́ bilioſis humoribus, circà ſuperius Orificium ventriculi conſiſtentibus, aſcendunt ad Caput Vapores, ſimiliaq́ veris ſuffuſionibus ſymptomata efficiunt. Quæ ab ijs ſic diſtinguenda erunt. I. Vera ſuffuſio rarò utrumq́ Oculum ſimul afficit. II. Eadem ſenſim eodem tenore augetur. III. Pupilla in vera ſuffuſione tandē incipit turbari. IV. Vſu Hieræ picræ non iuvatur. In ſuffuſione quæ per conſenſum fit, contrario modo eveniunt hæc omnia. hic cap.2.e.f g.

13. Sympathiâ præterea afficitur Oculus ex affectu Cerebri calido, ut in phreneticis & ardentium febrium paroxyſmis: Vt putent homines ſe videre ea, quæ non vident: & proinde floccos carpunt, & feſtucas evellunt. hic cap.7. h.a. Item ex reliquo corpore, præſertim Ventriculo atq́ Hepate, ante criſin, ut dicitur 3. progneſt. textu 30. 33 Sed quæ huiuſmodi ſympathiæ ſunt, ea ex præſentia huiuſmodi febrium, ſequentibusq́ criſibus facilè dignoſcuntur.

14. Contingit etiam, aqueum humorem alieno colore imbui: v.g. in Ictericis flavo. Atq́ illinc accidit, ut quæ foris ſunt, eiuſdem coloris eſſe videantur. 1 de cauſ. ſympt. cap.2.f. & ſequentibus.

15. Et ſicuti color alienus aquei humoris viſum lædit, ita eiuſdem quantitas nimiùm aucta aut imminuta, alio modo eundem afficit. Aucta quidem, pupillam diſtendendo. Imminuta, oculum corrugando. ibid. & 10. de uſu part. cap.5.6.

16. Albugines in Cornea; Pupilla dilatata, aucta nimiùm aut imminuta: item Coniunctivæ inflammatio, & ſimiles affectus unà cum affectis partibus, ſenſibus ob-

rij ſunt, nec opus habent, ut rationibus dignoſcantur. hic cap. 2. b.

17. Ad motum Oculi faciunt Muſculi ſex (præter eos de quibus diximus ſuprà prop. 10.) Eorum bini dextrorſum ac ſiniſtrorſum: bini ſurſum deorſumq́: bini deniq́ in gyrum eundem trahunt: habentq́ ſinguli ex ſecunda Nervorum cerebri coniugatione portiones ſibi inſertas: ac proinde vel Nervi, vel propriæ Eſſentiæ ratione affecti Motum Oculi lædere poſſunt. hic cap. 2. d.

18. Ita autem lædi poſſunt horum Muſculorum Motus, ut vel aboleantur per paralyſin: vel depraventur per convulſionem. Frequentiùs verò contingit alicui eorum Paralyſis, quæ ita dignoſcitur: Si is paralyſi laborat, qui Oculum attollit; ab oppoſito deorſum trahetur. Et è contrà ſurſum trahetur Oculus, ſi inferior Muſculus ſit reſolutus. Vtroq́ verò modo duplicia apparebunt, quæ oculis obijcientur, omnia. ibid. De Muſculis, in gyrum trahentibus oculum, idem iudicandum.

19. Si verò is Muſculus ſit reſolutus, qui trahit ad maiorem angulum; ab oppoſito Muſculo trahetur Oculus ad minorem angulũ: & è contrà: ſed citra viſionis detrimentum. ibid. niſi ſ. vehementior fiat tractio, qua pupilla obtegatur ab ea parte, in quam trahitur oculus.

20. In convulſione horum Muſculorum alicuius, contrà quàm in Paralyſi, ſemper trahitur Oculus in eam partem, in qua eſt Muſculus convulſus: ſicuti κατὰ τὴν ἰλλωσιν ἢ στραβισμὸν, id eſt, in Strabonibus apparet. 2. de cauſ. ſympt. cap. 2. d.

21. Et quod de Muſculis moventibus Oculos dictum eſt: idem eſt ſentiendum de ijs, qui movent palpebram ſupe-

ſuperiorem: quorum ſi reſolvatur is, qui eam ſurſum trahit, aperiri oculus non poterit: & ſi reſolvantur bini eam detrahentes, claudi non poterit. Si unus reſolvatur altero integro: trahetur palpebra à ſano, ut fracta eſſe in medio videatur. ibid. Cõtrario modo ſe habet res, ſi convellantur.

De Lingua.

22. *Ad dignoſcendas partes, circa Linguam conſiſtentes, à ſenſu noſtro remotas; Vtrùm afficiantur, & quomodo afficiantur? ordiri oportet ex fonte læſarum functionum, & perpendere, Vtrùm ſenſus Linguæ, aut Motus, aut uterq; ſit læſus? Item utrùm ſola Lingua, an unà cum alijs partibus faciei, aut parte poſteriori ſub facie, Senſus Motúſve aliquam læſionem habeant? hîc cap. 2. cc. dd.*

23. *A partibus ergo facultatem deferentibus exorſi, dicimus: Si guſtus perierit, aut valde imminutus ſit; Nervum tertiæ coniugationis affectum eſſe ſignificat: minùs quidem, ſi ſolus guſtus; magis verò, ſi quoq; tactus perierit. Requiritur enim exactior vis ad guſtandum quàm ad tangendum. Adhuc magis verò læſus erit idem Nervus, & cum eo pars cerebri, unde oritur: ſi unà cum lingua guſtu tactuq; altera pars faciei Senſum Motúmve amiſerit.*

24. *Motu verò læſo citra guſtus aut tactus impedimentum (quod in Meyeri noſtri Avia ex intervallis fiebat) neceſſe eſt ſeptimæ coniugationis Nervum affici: ſolum quidem, ſi ſolius linguæ Motus perierit: cum cerebri verò utraq; parte, ſi Apoplexia; alterutrâ verò ſolâ, ſi Paralyſis acceſſerit. ibid.*

25. *Læditur etiam guſtus ex proprio Linguæ affectu. Primùm ab humoribus pravis, amaris, ſalſis, in lingua ex præcedenti aliquo morbo relictis: qui ab accedentibus forinſecùs ſaporibus moti, guſtatrici facultati offeruntur guſtanturq́; ipſi. & cauſa ſunt, ut proprij ſapores putentur eſſe rerũ, quæ forinſecùs offeruntur. 1. de cauſ. ſympt. cap. 4. c. a.*

26. *Poſſunt deniq; tàm Motus quàm Senſus linguæ, coniunctim aut ſeorſim lædi, & præſertim imminui, à magna aliqua intemperie, cum humoris affluxu præſertim, tumoribus item phlegmonoſis, atq; alijs ſimilibus, qui ſub ſenſum cadunt. hic cap. 2. ee. ff.*

De Auditu.

27. *In Auditu habemus immediatum Inſtrumentum audiendi* τὸ ἀεροειδὲς ὄργανον, *i. aëreum Organum, ſive Aërem ingenitum, in intima aurium cavitate, quæ cum nervo dilatato copulatur. 7. de Plac. cap. 6. g. Item 1. de cauſ. ſympt. cap. 3. b. Habemus præterea partem, eidem aëreo Inſtrumento vim ſenſificam ex cerebro deferentem, Nervum ſcilicet quintæ coniugationis. Et alias partes quæ utriſq; uſum conferunt, ut tota Aurium cavitas, ipſumq́; meatum auditorium.*

28. *Vt autem ad benè audiendum omnia hæc rectè ſe habere oportet: ita ex ſingulis hiſce ſingillatim aut cõiunctim affectis, læditur Auditus. Quòd ſi igitur in auditorio meatu, aut ipſa auriũ cavitate, tumor aut aliud quippiam ſit, quod impedire queat, ne vox ad Inſtrumentum audiendi pervenire, audiriq; poſſit: ſenſu ipſo poterit idipſum cognoſci, nec rationibus opus erit.*

29. Nullo,

29. *Nullo autem vitio apparente circa auditorium meatum, & tamen nihilominus perierit Auditus, aut debilitatus fuerit: cauſam aſcribere oportebit immediato Inſtrumento, aut Nervo quintæ coniugationis, qui illi vim ſenſificam largitur. Idipſumq; tantò audaciùs facere poteris, ſi cauſa aliqua procatarctica præceſſerit, quæ id potuerit efficere, v.g. vehemens ſonitus bombardarum iuxta aures emiſſarum, tonitru, & ſimilia. 1. de. cauſ. ſympt. cap. 6.dd.*

30. *Quòd ſi non Auditus tantùm, ſed alij quoq; Senſus læſi fuerint, aut Motus partiũ faciei, tunc cerebrum affici neceſſe eſt. hic cap 2 ff.*

Diſputatio II.

De faciei partibus, & medulla ſpinali.

31. *Faciei partibus contingit, lædi SenſumMotumq;.per Paralyſin. Idq; vel* ἰδιοπαθείᾳ, *à cauſa in parte conſiſtente, quod ex eo cognoſces, ſi unica aliqua pars ſit reſoluta. Et unici lateris eſſe eam inde intelliges, ſi in oppoſitam partem trahatur. hîc cap.2.gg. hh.*

32. *Aut Sympathiâ ex Affectu Nervorum, qui illis Senſum Motumq; ſuppeditant. Idq; inde intelliges, ſi in uno tantùm latere plures affecta ſint. Quinam autem ſint ijdem Nervi affecti, hinc dignoſcendum, quòd ex tertia coniugatione Muſculi temporales, manſorij, Labra, narium Pinnæ, ſenſum ſimul atq; motum; Lingua ſenſum guſtandi tangendiq; ; internæ Oris partes Tactum accipiunt; Buccæ à Vertebris Cervicis Nervum obtinent. ibid.*

33. Aut Sympathiâ deniq; ex Affectu Cerebri, veluti cùm plures partes in utroq; latere fuerint reſolutæ. ibid.

De ſpinali Medulla,& Spina ipſa.

34. Hæc de partibus capitis, extra Calvariam exiſtentibus. Deinceps Medulla ſpinalis prima occurrit. Quia verò eadem affici poteſt, vel Sympathia ex luxatione vertebrarum, vel Ἰδιοπαθείᾳ *in propria ſubſtantia, ut dicitur hic cap.3.h. Idcirco primùm de eiuſdem Sympathia, & vicinarum partium, quæ illam in collo præſertim conſequuntur, Affectibus ex hoc tertio capite; poſtmodum ex capite quarto de proprijs illius Affectibus diſſeremus.*

35. Contingunt autem luxationes Vertebrarum Spinæ, frequentiùs pueris quàm adultis, rariùs etiam in collo, quàm partibus inferioribus, ut dicitur hic c.3. a. molliora enim vincula ſunt in pueris, quibus vertebræ coniunguntur, & proinde faciliùs luxantur.

36. Difficillimè autem curantur omnes, propterea quòd γεγιγγλυμῶνται πρὸς ἀλλήλυς οἱ σφόνδυλοι: *i. cardinatæ ſunt inter ſe vertebræ: & fit ut cùm qualibet quatuor habeat proceſſus: duos alterius in ſuos ſinus recipiat, duobusq; ſuis in alterius cavitates inſeratur, ut proinde luxatæ difficillimè reponantur. Com. 3. de Articulis, text.34. & ſequentibus.*

37. Cauſa verò huiuſmodi Luxationum in genere omnium, partim ſunt internæ, ut Morbi & ex Morbis orti tumores, quibus ligamenta intumeſcentia tenduntur, trahuntq; vertebras in eam partem, in quam fit Luxatio: Partim externæ, ut ictus, caſus ab alto, & ſimiles.

hic

hîc cap.3.d.lib.& 3. de Articulis,text.2. & ſequentibus.

38. Differentiæ earum generatim omnium ſunt quadruplices, eò quòd Spina aliquando extrorſum incurvetur, tractu ſ. per huiuſmodi tumores ad interiora ſuperioribus atq; inferioribus vertebris, & intermediis ſeſe foras incurvantibus: talis propriè eſt Gibbus, qui κύρτωσις, κύφωσις καὶ ὀπισθοκύφωσις *dicitur. Quandoq; introrſum trahuntur quædam vertebræ, efficiuntq;* λόρδωσιν, *quam Repanditatem nominant. Nonnunquam in alterutrum latus flectuntur, & ſic efficiunt* σκολίωσιν, *quam Obſtipitatem aliqui vocant. ibid.*

39. Harum ſingulæ rurſus vel ſunt κυκλώδεις, *i. Circulares; vel* γωνιώδεις, *i. angulares. Priores ſunt illæ, quæ conſtant multis vertebris cohærentibus, & in ſemicirculi formam ſenſim flexis, minusq; ſunt periculoſæ.* Γωνιώδεις *verò ſunt,* ὅταν μὴ κατὰ βραχὺ καμφθέντος, ἀλλ᾽ ἀθρόως καθ᾽ ἓν μόριον οἷον κλάσιν τινὰ λαβόντος: *i. quando non paulatim flectitur ſpina, ſed uno loco affatim quaſi rumpitur, & Medullam comprimit.*

40. Ex iiſdem rurſus alia fiunt εἰς ὀρθὸν, *i. in rectum, Partem ſcilicet anteriorem aut poſteriorem, ut* κύφωσις καὶ λόρδωσις: *eæq; niſi anguloſa ſint, poſſunt abſq; paralyſi conſiſtere: quòd per tales neq; Nervorum exortus, neq; medulla comprimatur. Aliæ fiunt* εἰς ἑτερόῤῥοπον, *i. in latus alterutrum, ut* σκολιώσεις, *ex quib. facilè paralyſis aliqua conſequitur: quia etſi non comprimatur Medulla, facilè tamen comprimuntur Nervi, qui inter luxatas vertebras prodeunt. ibid.*

De Angina.

41. Quæ in Collo fiunt Vertebrarum luxationes, ut

rariſſi-

Digitized by Google

rariſsimæ, ita ſunt maximè periculoſæ: Primò propterea quòd tantò præſtantior eſt Medulla, quantò eſt cerebro vicinior. Deinde quòd etſi in rectum fiant huiuſmodi luxationes: verſus anteriora tamen comprimunt corpora, gulam ſcilicet, laryngem & muſculos Linguæ ſubiectos, quibus caput in anteriora trahitur, & Anginam periculoſiſs. efficiunt. hîc cap. 3. a. Item 3. de. Articulis, text. 39. Paulus lib. 3. cap. 27.

42. Hanc autem ex luxatione vertebrarum cervicis ortam Anginam, ab alijs Anginis diverſam, docuit Hipp. dignoſcere: I. Ex cavitate in collo foris apparente. II. Ex dolore, quem ægri ſentiebant, quando eo loco tangebantur. III. Quòd in iiſdem fauces inflammatione carerent. IV. Quòd partes quæ ſub genis erant, tumebant. V. Quòd difficulter deglutirent, difficulterq; reſpirarent. ibid.

43. Anginæ nomine enim ex Hipp. ſententiâ, ut apparet hîc cap. 3. a. bb. item 3. Prognoſticorum, textu 16. & ſequentibus, appellantur omnes partium iam commemoratarum Affectus, quibus anguſtiæ ſenſus in gutture, & reſpirandi difficultas cum ſuffocationis metu coniuncta eſt, nullo exiſtente in Pulmonibus aut Thorace vitio.

44. Cæterùm præter eam quæ iam propoſita eſt, quatuor adhuc ſunt Anginarum differentiæ, quatuor diverſis nominibus expreſſæ. Nempe κύναγχη, συνάγχη, παρακυνάγχη, παρασυνάγχη. In prima percipitur maxima anguſtia inter reſpirandum, abſq; ullo tumore aut rubore in ore aut foris apparente. Hæc peſſima eſt, quia tunc phlegmone intus exiſtit in laryngis muſculis.

45. Altera itidem mala eſt, quæ intus in faucibus phlegmone

gmone apparet. Tertia, quando laryngis partes tàm interna quàm externa ſunt affecta. Quarta deniq; quando exterius circa fauces apparet inflammatio. ibid. & 4. Aph. 34. item 6. Aph. 37. item 7. Aph. 50.

De ſpinalis Medullæ alijs Affectibus.

46. Diximus quomodo ſpinalis Medulla per Sympathiam ex luxatione vertebrarum afficiatur. Item de affectibus partium vicinarum in collo. Deinceps alij eiuſdem affectus explicandi ſunt, ut cognoſcamus, an afficiatur, & quomodo afficiatur?

47. Affici ſpinalem Medullam, ex læſarum Actionum fonte potiſſ. cognoſcemus. Sicuti enim integro ſenſu motuque omnium partium, ſequitur, tàm Cerebrum, quàm Medullam ſpinalem, & Nervos Muſculosq; ſanos eſſe: Ita ſi qua harum Actionum læſa ſunt: de aliqua harum partium ſenſui motuiq; ſervientium affectu conijcimus. hîc cap. 3. hhh. cap. 4. e. f. Item lib. 1. huius operis, cap. 6 g. h. lib. 3. cap. 6. g. cap. 10. e. f. & ſequentibus.

48. Quia verò una ſentiendi movendiq; Actio, multarum partium miniſterio abſolvitur: Idcirco cùm Motus aliquis Senſusve læſus fuerit: diſtinguendum erit, utrùm tunc Medulla, Cerebrum, Nervi, an Muſculi afficiantur, ex ijſdem iam citatis locis, hoc modo.

49. Si cerebri ratione læſi ſint Motus aut Senſus: neceſſe eſt, læſionem hanc ad omnes totius corporis partes pertingere (utriuſq; lateris quidem, ſi totum: in altero tantùm, ſi ex dimidio Cerebrum afficiatur) & mentis quoq; functiones eſſe læſas, uti in Apoplexijs, Hemiplexijs & Epilepſiis cernere eſt.

50. Cere-

Digitized by Google

50. *Cerebro ſano exiſtente, ſiquidem medulla rationi Motus aliqui aut Senſus lædantur: tunc mens conſtabit: item Senſus Motusq́ capitis totius ac partium illius. Sed cæterarum partium inferiorum tantò plures aut pauciores læſæ erunt, Senſus Motusq́ abolitos, debiles aut depravatos obtinebunt, quantò Medulla altiori aut inferiori loco, item tota tranſverſim, aut in altero latere ſolo læſa fuerit.*

51. *Vbi tota ſpinalis medulla tranſverſim, aut intemperie nuda, aut phlegmonoſo affectu, aut vulnere, aut aliter affecta fuerit: tunc utriusq́ lateris partium functiones infra locum affectum læſæ erunt. In altero autem latere ſolo ubi ex dimidio tantùm fuerit affecta.*

52. *Si plures Actiones, à pluribus muſculis fieri ſolitæ, læſæ ſint in altero latere tantùm: tūc verſimile eſt, Nervos qui in illos inſeruntur, affectos eſſe: Exemplo illius cui ex Peripneumonia cōvaleſcenti, Motus Senſusq́ per totum brachium usq́ ad extremos digitos diminutus erat, ob affectos nervos inter primum & ſecundum ſpacium intercoſtale prodeuntes. hic cap. 4. h.*

53. *Quòd ſi deniq́ unica tantùm functio, ab uno quodam muſculo fieri ſolita ſit læſa: tunc cauſa neq́ in Nervis ſuperioribus, nec ſpinali Medulla, neq́ Cerebro quærenda erit, ſed in ipſo Muſculo latebit: exemplo Secundi Athletæ: itemq́ illius qui in præcordijs calcitratus fuerat: ambo enim circa diaphragma læſi, difficulter reſpirabant. ibid.*

54. *Et hæc quidem de diſtinguendis harum partium affectibus ſummatim hic nobis dicta ſufficiant: accuratiorem de ijſdem doctrinam ex diſput. anni 1605. theſi*

52. item

52. *item ex diſput. anni 1606. theſi 36. & ſequentibus petere licebit. Vide etiam cauſas, propter quas contingat, aliquando perire Motum, Senſu conſervato: & è contrà in eiuſdem anni 1605. diſput. theſi 59.*

Diſputatio III.

De Thoracis Affectibus.

55. *Spinali Medullæ proximus eſt Thorax, quo multæ partes continentur, ſpinæ adhærentes, & ad varios uſus factæ: ita quidem, ut ſæpe una actio plurium miniſterio abſolvatur, ſicuti de Reſpiratione, Voce & Oratione oſtendemus.*

56. *Vt igitur in ijs, quibus una functio ab una quadam parte corporis perficitur, ex eiuſdem functionis læſione facilè cognoſcitur pars affecta: ita in ijs actionibus, quæ fiunt multarum partium miniſterio, accuratiori diſtinctione opus eſt,* καὶ τῇ ποικιλίᾳ τ̃ ἄλλων συμπτωμάτων, *i. ex varietate aliorum ſymptomatum, partem affectam indagare oportet. hic cap. 4. e.*

57. *Neq; enim ſicuti læſa ſanguificatione, Hepar affici neceſſe eſt: ita læſa reſpiratione, potes certò aſſerere, Pulmones eſſe affectos: quia idipſum poteſt etiam fieri ex affectu Cerebri, aut ſpinalis Medullæ, aut Nervorum à ſpinali Medulla prodeuntiũ, aut Membranæ ſuccingentis, aut Cordis, aut aliarum quarundam partium.*

58. *Cùm igitur difficiliores cognitu ſint partes, circa Thoracem conſiſtentes: Idcirco duplicem modum proponit nobis Galenus, ad eorum affectus cognoſcendos.*

Vnum

Vnum ἀπὸ τ̃ φαινομένων συμπτωμάτων, i. à poſteriori; quo ex apparentibus ſymptomatis, partem affectam in ipſo practico medendi actu indagamus. Alterum ἀπὸ τ̃ τȣ̃ σώματος μορίων, i. ex partibus corporis, & tamquam à priori, magisq; theoricè; quo ſcilicet aſſerimus, affecti Pulmonis hæc eſſe ſymptomata: affecti cordis, illa eſſe ſigna: & ſic de cæteris.

59. Exorditur autem Galenus modum dignoſcendi has partes, ab eo ordine, qui procedit à poſteriori: cumq; triplicia ſint magni momenti ſymptomata, quæ ex illarum affectibus oriuntur: nempe cruentæ Excretiones per os factæ: Vocis & Orationis laſiones, Reſpiratio vitiata: de ſingulis ſingillatim docet; quas partes affectas ſignificent.

De cruentis Excretionibus.

60. Cruentarum Excretionũ variæ ſunt differentiæ, partim deſumptæ ex diverſitate partium corporis, viarumq; per quas ſanguis dimanat: partim ex diverſitate ſanguinis excreti: partim deniq; ex eiuſdem quantitate. De quibus omnibus, earumq; cauſis, copioſè egimus in diſput. anni 1607. theſi 51. & ſequentibus. Hic ad affectas partes circa Thoracem cognoſcendas, ea tantùm nobis conducunt, quæ per os reÿciuntur.

61. Quia verò omnis cruenta Excretio præter naturam eſt, ſolis menſibus muliebribus exceptis, 3. de cauſ. ſympt. c. 2. ec. Idcirco non reÿcitur ſanguis ab ulla parte, niſi propter aliquem illius affectum. Et proinde ſi cognoveris, ex qua parte ſanguis excernatur: ſimul quoq; eandem affectam eſſe cognoſces.

62. Ergò

62. Ergò ſi ſanguis, qui per os excernitur, ab una tantùm certa quadam parte prodiret: facilis eſſet eiuſdem cognitio. Sed quia poteſt vel ex ipſis internis Oris partibus excerni: vel ex Oeſophago & Ventriculo: vel ex faucibus & larynge: vel ex aſpera Arteria & Pulmonibus: vel Thoracis aliqua parte interna; vel deniq; ex capite in Os delabi: idcircò accurata diſtinctione opus eſt ad cognoſcendam partem, à qua ſanguis profluit per Os.

63. Eadem accurata diſtinctio deſumenda erit, partim ex modo Excretionis: partim ex ſanguinis qualitate, & quantitate: partim deniq; ex iis, quæ hanc Excretionem præcedunt, comitantur aut conſequuntur accidentibus.

64. Modus quo ſanguis per Os excernitur, eſt quádruplex. Videlicet ἀποπτύεσθαι, ἐμεῖσθαι, μετὰ βηχὸς ἀνάγεσθαι, χρέμπτεσθαι. *i. ſimplex Sputio, Vomitio, Tuſſis, Screatus. hîc initio cap. 5.*

65. Simplici ſputione ſi Sanguis per Os reiiciatur: ex internis illius partibus provenit, ſive ex iis ipſis læſis profluat, ſive ex capite in Os delabatur. Qui ſcreatu educitur, is ex faucibus aut larynge venit: ſive ex iis ipſis læſis proveniat, ſive ex capite delabatur. Sive autem ex Faucibus, ſive internis Oris partibus educatur: hiante ore, & linguâ ſpecillo depreſsâ, apparebit aliqua ſolutio continui, minoriq; quantitate erit, quàm ſi ex capite deſcendat. ibid.

66. Qui vomitu reiicitur ſanguis: is aut ex Oeſophago aut Ventriculo educitur: ſive ex ipſiusmet ventriculi ſubſtantia educatur: ſive in Ventriculum ex Hepate aut aliis vicinis partibus influat. ibid: item lib. 5. huius operis, cap. 6. b.

Vu 67. At

67. *At qui tuſsiendo educitur ſanguis, eum ex partibus reſpirationi ſervientibus dimanare oportet. ibid. eadem verò ſunt aſpera Arteria, Pulmones & Thorax: inter quas diſtinguere convenit potiſs. ratione quantitatis & qualitatis ſanguinis. Qui enim ex aſpera Arteria reÿcitur ob ulcus aliquod, exigua quantitate eſſe ſolet, ob capillares quaſi illius venas. lib. 1. huius operis, cap. 1. d. & hic cap 3. a. b.*

68. *Ex pulmonibus reÿcitur ſanguis ruber & ſpumoſus, aliquando exiguus, nonnunquam copioſus, ſine dolore. hic cap 5. e. f item 5. aph. 13 Et ſi cum ſanguine aliquando ephelcis, aut bronchion, aut portio carnis pulmonum excernatur, tantò certior eris de Pulmonum affectu. ibid. & lib. 1. huius operis, cap. 1. c. d.*

69. *Qui ex Thorace educitur ſanguis per Pulmones & aſperam Arteriam tuſsiendo, primùm ſolet dolorem habere coniunctum, qui in aliqua Thoracis parte ſentitur: deinde ſolet idem ſanguis exiguus eſſe, niger & grumoſus. ibid. & 5. Methodi, cap. 8. ſ. h.*

70. *Diximus quomodo ex cruentis excretionibus per per os reiectis, partes circa thoracem conſiſtentes affici cognoſcantur: reliquum eſt, ut de earum affectu inquiratur. Is verò eſt aliqua continui ſolutio, aut ſolutioni quid ſimile, quarum ſunt differentiæ tres præcipuæ:* Ἀναστόμωσις, Ῥῆξις, Διάβρωσις: *1. Orificÿ venarum apertio, Ruptio aut Eroſio partium ſanguinem continentium.* Διαπήδησιν *cenſet Galenus ſub* Ἀναστομώσει *contineri. 3. de cauſ. ſympt. cap 2 ff. gg.*

71. *Quid ſit harum unaquæq; & à quibus cauſis fieri ſoleant, oſtendimus in diſput. anni 1607. theſi 52. & ſequen-*

Digitized by Google

quentibus. Hoc loco indicia tantùm proponemus, quibus illæ in pulmonibus præcipuè cognoſcantur.

72. Si cui bono corporis habitu, & Plethorico, ſanguis tuſsiendo magna copia affatim reÿciatur; indicium eſt Ἀναστομώσεως. v.g Mulier nobis familiaris ſanguinea, poſtquam fœtum ablactaſſet, diſtentis lacte mammis, magnam ſanguinis copiam affatim tuſsiendo reiecit: quæ venæſectione eodem die iteratâ, linctu aſtringente, in quiete & ſilentio curata, nihil ampliùs paſſa eſt quod certè factum vix fuiſſet, ſi id illi ob ῥῆξιν aut διάβρωσιν contigiſſet.

73. Διάβρωσιν ſignificant Cachexia & acrium humorum abundantia. v. g. ſi priùs multis diebus quis ex intervallis exiguum ſanguinis tuſsiendo ſine dolore reiecerit: poſtea ex improviſo eidem ſuperveniat multi ſanguinis per tuſsim reiectio, absq; cauſa externa, quæ ῥῆξιν facere potuerit. hîc cap.5.e.

74. Ῥῆξιν efficiunt in Pulmonibus cauſæ externæ potiſsimùm, ut caſus ab alto, percuſsio, grave pondus thòracem comprimens, vociferatio præſertim ſubitò facta, non præmollitis priùs pulmonibus per voces leviores. ibid. Item 2. de cauſ. ſympt. cap. 2. ee. & 2. de tuenda ſanit. cap. 2. e.

Diſputatio IV.

De Voce & Oratione.

75. Alterum genus ſympt. quod ad partium thoracis internarum affectus cognoſcendos facit, penes Vocis

& Orationis læſiones conſiſtit. Vtq; meliùs ex iis ratiocinari queamus: de Voce ſimul & Oratione diſſeremus, quatenus ſe habent ſecundùm naturam, tum quatenus præter naturam afficiuntur.

76. Naturalem autem cuiusq; harum explicationem ordiri oportet à diſtinctione vocabulorum φωνῆς καὶ διαλέκτου, i. Vocis & Orationis. Nam etſi perſæpe tàm Græcis quàm Latinis promiſcuè uſurpentur, in quam ſententiam Phavorinus inquit; φωνὴν παρὰ τὸ φῶς καὶ νοῦν, ὡς τὰ ἐν τῷ νῷ φωτίζουσαν, i. tanquam quæ explicet illa quæ in animo ſunt: tamen in doctrina de locis affectis differunt, ut materia, & quod ex materia conſtat.

77. φωνὴ enim eſt ſonus ille, qui motu laryngis inter exſpirandum editur, dum unam aliquam aut plures è quinq; vocalibus exprimimus. Διάλεκτος eſt Nominum, Verborum, totiusq; Orationis compoſitio, ex voce in larynge fabricatâ conſtans, per peculiaria Inſtrumenta facta.

78. In utraq; autem formanda tria requiruntur, Materia ſcilicet, Artifex & Inſtrumenta. cap.2. de vocalibus Inſtrumentis. item 11. de uſu partium, cap.10.h.

79. Vocis materia eſt copioſi aëris exſufflatio, quæ ἐκφύσησις dicitur. Inſtrumentum, Larynx. Artifex eſt facultas Animalis, quæ Muſculis Laryngis communicatur per Nervos ex ſexta coniugatione ortos, partim in cervice ab ea diviſos, partim poſtquam ad thoracem pervenerunt, ſeparatos & ſurſum ad Laryngem recurrentes. hic cap. 6. a. d. & prius cap.2.c.

80. Materia verò τῆς διαλέκτου eſt ipſa vox in Larynge formata. Inſtrumenta ſunt illa quæ vocantur ὄργανα

δια-

διαλεκτικά, i. Inſtrumenta Orationis formatricia, inter quæ Lingua præcipuum locum obtinet, ita muſculis inſtructa, ut pro arbitrio noſtro in omnes partes moveri queat. Artifex rurſus eſt animalis facultas, quæ ei per nervos, ex ſeptima coniugatione derivatos, influit. ibid.

81. Præter Linguam non parùm etiam conferunt ad vocabula formanda, motus labiorum, maxillarum, totiusq; genæ inferioris, ut quiuq; in ſemetipſo obſervare poteſt. Quibus deniq; tamquam principalibus Inſtrumentis, palatũ, gurgulio, dentes, narium foramina, uſum quoq; non exiguum præbent. ibid.

82. Vt verò διάλεκτος materiam habet φωνὴν, & φωνὴ τὴν ἐκφύσησιν: utraq; item peculiaribus Inſtrumentis, motu voluntario præditis, per Nervos iam propoſitos perficitur: ſic ipſa ἐκφύσησις nihil aliud eſt, quàm aër copioſius, inter expirandum per aſperam Arteriam emiſſus: poterisq; in temetipſo experiri, quòd aëre per ordinariam Reſpirationem emiſſo, nec vocem, nec verba formare poteris. ibid.

83. Hoc verò ut rectè intelligas, cogita, omnem Reſpirationem fieri aëre in pulmones, thoracis dilatatione, attracto: & thoracis conſtrictione eodem per aſperam Arteriam emiſſo; & binas eſſe Reſpirationis partes, εἰσπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν, i. Inſpirationem & Expirationem: atq; hinc in Comment. ſuper Platonis Timæo, text. 16. inquit Galenus: ſe totum id quod conſtat ex εἰσπνοῆς καὶ ἐκπνοῆς, vocare ἀναπνοὴν.

84. Idipſum verò tripliciter fieri, & triplicem eſſe Reſpirationem. Vnam ordinariam, quæ fit homine ſa-

no tacente & quieſcente, ſolius Diaphragmatis motu, per Nervos ex quarta, quinta, ſextaq; vertebris colli, ad ipſum pervenientibus, facta: in qua non plus aëris inſpiratur aut expiratur, quàm ad nativi caloris eventillationem, in eodem homine ſano requiritur.

85. Altera maior eſt, ob calorem quocunq; modo auctum, atq; etiam ad ἐκφύσησιν pro vocis materia efficiendam parata: quæ non ſolo Diaphragmate perficitur, ſed inſuper eget motu muſculorum intercoſtalium.

86 Tertia deniq; Reſpiratio eſt maxima: quæ in ſumma neceſſitate uſurpatur: ſive ob caloris præternaturalis vehementiam: ſive ob anguſtiam aliquam in Reſpirationis vijs exiſtentem: ſive ob Motricis facultatis debilitatem: ſive etiam ad voces quaſdam, ſonituſq; vehementiſſ. edendos.

87. Ad quam abſolvendam, præter iam commemorata Inſtrumenta etiam muſculi ſuperiores accedunt, qui à collo deferuntur, ab eodemq; Nervos accipiunt; præterea muſculi ſeptem iuxta ſpinam porrecti, & muſculi abdominis octo. Vide libell. de cauſis Reſpirat: item lib. 2. de motu muſcul. cap. 9. item lib. 8. de anatom. Adminiſt. cap. 2.

88. Hæc cùm ita ſe habeant, comperiemus quòd ad Orationem efficiendam, quinq; Actiones ordine quodam ſe conſequantur, ita inter ſe affectæ, ut quæ præcedit, illius quæ ſequitur, cauſa quodammodo exiſtat: ut pereunte eâ quæ præcedit, reliquas omnes quæ ſequuntur, perire: oporteat non autem è contrà. hîc cap. 6. c. d.

89. Sunt autem Actiones hæ: ἐκπνοή, ἐκφύσησις ἄψοφος, ἐκφύσησις ψοφώδης, φωνή, διάλεκτος: i. Expiratio

aëris,

aëris, in Reſpiratione ſ ordinaria: Expiratio aëris copioſioris, ſed citra ſonitum: Expiratio ſonora: Vox & Oratio. Quibus verò Inſtrumentis cætera ſingula fiant: ex præcedentibus ſatis conſtat. De ſonora tamen hic, & ſonitu carente expiratione, ſcire oportet, quòd muſculis faucium fiant: hiantibus enim faucibus non eſt ſonora expiratio, ſed conſtrictis ibid.

Qualiter de partibus circa thoracem affectis, ex læſa Oratione & Voce iudicandum?

90. Diximus de præcipuis cauſis, quibus Vox & Oratio formantur: deinceps ſummatim dicendum, qualiter earum qualibet læſa, partes circa thoracem & in thorace ipſo conſiſtentes, has aut illas affici ſignificet. Atq; hic imprimis obſervare oportet, quod antè theſi 56. de partibus circa thoracem conſiſtentibus pronuntiavimus.

91. Ab Oratione ipſa igitur exorſi, dicimus quòd omnis illius læſionis cauſa referendæ ſint vel in Inſtrumenta, vel in Artificem, vel in Materiam, ut dicitur theſi 78. & ſequentibus.

92. Si Oratio ſit læſa ob propriorum Inſtrumentorum affectus ſenſu idipſum ferè apparebit. Nam lingua præciſa, in tumorem ſublata, vinculum illius immoderatum, labiorum mutilatio, polypus in naribus, dentium priorum extirpatio, & ſimilia, ad ſenſum apparent.

93. Ad Artificem pertinet imprimis facultas animalis, quæ per Nervos his Inſtrumentis communicatur. Quòd ſi enim aut non influat, aut debiliter influat, neceſſe eſt perire, aut aliâs lædi loquelam, quamvis reliqua omnia integra ſint: ſive id fiat ex affectu cerebri, ſive ob affectum propriorum linguæ nervorum.

 94. Deinde

94. Deinde pertinent ad eundem Artificem cauſæ ſine quibus non diſcimus loqui, ut Auditus & Intellectus, quorum uterq; abolitus aut depravatus, cauſa eſt ut Oratio aboleatur aut depravetur.

95. Si Materia loquelæ, ipſa ſcilicet Vox perierit, ipſam quoq; loquelam perire oportet, aut vitiari, ſi Vox vitiata fuerit.

96. Vox ipſa quoq; ſi fuerit abolita, aut debilitata, aut depravata, cauſas læſionis obtinet vel in muſculis laryngis: vel nervis ſextæ cõiugationis, qui iiſdem muſculis diſtribuuntur, ſive ſolis, ſive etiam nervorum principio: vel in partibus quæ ipſam ἐκφύσησιν ſubminiſtrant.

97. Muſculi laryngis afficiuntur ſæpè intemperie calida; cum tumore, ut in Angina & anginoſis affectibus, de quibus dictum eſt ſuperiùs theſi 41. & ſequentibus, & hîc cap. 3. b. & cap. 6. b. Ipſa quoq; vehementior exclamatio aliquid in iiſdem Inſtrumentis inflammationi ſimile efficit. ibid.

98. Iidem muſculi, & præſertim tunica linguam intus ſuccingens, ex Catharro Vocem raucam efficit. ibid. Item in vehementibus febribus eadem exſiccata, Vocem efficit clangoroſam, qualis eſt in avibus longũ collum habentibus. 7. de vſu partium, c. 7. f. item 1. prorh. com. 1. tex. 19.

99. Nervi, qui muſculis laryngis communicantur, & præſertim recurrentes vocati, quandoque vulnerantur ſtrumas exſecantibus, aut refrigerantur per Chirurgiam hyeme iis locis factam: atq; ita poſſunt Vocem tollere, quamvis reliquarũ partium nulla patiatur. lib. 1. huius operis, cap. 6. c. & hîc cap. 6. b. In magnis autem

ſem cerebri affectibus non tantùm hos nervos, ſed alios omnes privari contingit influxu facultatis. ibid.

100. Etſi autem vocis propria Inſtrumenta omni labe careant, influatq; ijs facultas animalis per Nervos: tamen poteſt vox perire aut vitiari defectu materiæ, nempe τ͂ ἐκφυσήσεως. Idq; contingit vel ob vitium Inſtrumentorũ, quibus ſive ipſa ἐκφύσησις, ſive ſimplex ἐκπνοὴ, ſive utraq; perficitur: vel deniq; quòd eadem Inſtrumenta priventur influxu facultatis per Nervos.

101. Affectus Inſtrumentorum, tàm Εκφυσήσεως quàm Reſpirationis ſimplicis, Vocis materiam auferẽtes, ſunt, magna muſculorum thoracis perfoſſiones, aſpera Arteria inciſa, laqueus collo iniectus. hîc cap. 6. a. item 1. huius operis, cap. 6. a. b.

102. Influxu facultatis privantur Reſpirationis Inſtrumenta, partim ob cerebri affectus, ut in Apoplexia, aut ob affectus ſpinalis Medullæ, quæ læſa ſuprà quartam vertebram colli, tollit omnem Reſpirationem: infrà octavam læſa, ſervat ordinariam Reſpirationẽ, ſed Muſculos intercoſtales ἐκφύσησιν efficientes reſolvit. ibid.

Diſputatio V.

De Reſpiratione.

103. Quid Reſpiratio ſit, quas habeat partes præcipuasq; differentias: quibus item Muſculis Nervisq; differentiæ illæ ſingulæ perficiantur: diximus paulò antè, theſi 83. & ſequentibus. Deinceps docebimus, quomodo ex Reſpirationis læſione partes circa thoracem affectas, præcipueq; earum affectus, oporteat indagare.

104. *Cuius diſputationis initium hinc deſumemus, quòd eadem prius propoſita tres differentiæ Reſpirationis, ordinaria, maior, maxima, ex quantitate diſtentionis organorum, aërisq; per eandem attracti & expirati copiâ, deſumpta ſunt.*

105. *Et quòd præter has binæ adhuc ſunt eiuſdem differentiæ, penes celeritatem & tarditatem Motus conſiſtentes: nempe celer & tarda Reſpiratio: Et binæ item aliæ, conſiſtentes penes quietem, inter binos Thoracis Motus intervenientem: frequens videlicet & rara Reſpiratio. Deniq; quòd ut hæ differentiæ principales exiſtunt, ita aliæ ex harum compoſitione oriuntur. lib. 1. de Reſp cap. 3.*

106. *Deinde quòd etſi Reſpiratio ſit Actio voluntaria, quæ fit à facultate animali per Nervos & Muſculos thoracis; non autem, ut multi ex Veteribus & quidam ex Recentioribus exiſtimarunt, Actio naturalis: Tamen cùm voluntariarū Actionum quædam ſint liberæ, quædam verò affectibus corporis obligatæ; Reſpiratio ad poſteriores has pertinet.*

107. *Liberæ actiones voluntariæ ſunt illæ, quas poſſumus pro noſtro arbitrio facere aut omittere, ut ambulare, ſcribere, loqui: Obligatæ verò affectibus corporis ſunt illæ, quas poſſumus quidem aliquandiu differre: item maiores minoresq; facere: omittere tamen omninò non poſſumus. lib. 2. de motu Muſcul. cap. 5. 6.*

108. *Hiſce ita conſtitutis, pro Regula ponere oportebit Reſpirationem naturaliter ſe habentem: cuiuſmodi in quantitate ea eſt, quam antè theſi 84. ordinariam vocavimus, quæ tacentibus ſanisq; ſolo diaphragmate perficitur;*

ficitur; loquentibus adiuvatur Muſculis intercoſtalibus: in celeritate verò & frequentiâ mediocris. Deinde illius reſpectu conſiderare eas, quæ ab illa recedunt: quas omnes Galenus vocat Δυσπνοίας, *id eſt, Dyſpnœas, hîc, præter abolitam, quam vocat* Απνοιαν.

109. In eadem comparatione, cuiuſq; Dyſpnœa, cum Reſpiratione moderata. prout videris recedere ſingulas à moderata, magnitudinis, Parvitatis; Frequentia, Raritatis; Celeritatis Tarditatis; atq; etiam aliorum accidentium ratione: ita de partibus circa Thoracem affectis affectibusq; earum iudicabis.

110. Exemplum proponit nobis hîc Galenus, primùm cap.4. e.f. & repetit. c.7. e.f. & ſequentib. evidentiſſima Dyſpnœæ, quæ omnibus Thoracis Muſculis perficitur: & cui alia quoq; affectiones penes Celeritatem, Frequentiam, Magnitudinem, aliaq; accidentia, modò hæc modò illa coniunguntur: pro quorum diverſitate aliter atq; aliter de partibus affectibusq; iudicare oporteat.

111. Cognoſcitur autem huiuſmodi Reſpiratio, quæ omnibus Thoracis muſculis perficitur, ſi laborans inter reſpirandum Thoracem totum movere videatur: parte anteriori uſq; ad Claviculas in utroq; latere uſq; ad Epomidas; poſteriori parte uſq; ad ſcapulas. Vnde factum ut talis Reſpiratio ſecundùm Hipp. 1. prognoſt. text. 24. vocetur μετέωρος, *id eſt, ſublimis.*

112. Talis Reſpiratio multas partes varioſq; earum affectus ſignificare poteſt: quæ tamen pro accidentium varietate, quæ eidem coniungi poſſunt, diſtinguere oportebit.

113. Poteſt enim talis Reſpiratio fieri ob Cordis, vel ob

Pul-

Pulmonis, vel Laryngis, vel Thoracis, vel Cerebri, vel ſpinalis Medullæ affectum: ſive ſingillatim, ſive coniunctim. Tantoq́; magis periculoſa erit huiuſmodi Reſpiratio, quantò ex plurium harum partium affectu orietur. ibidem.

114. Cordis ratione poteſt fieri huiuſmodi Reſpiratio ob vehementiam febris. Pulmonũ reſpectu, ſi ijdem phlegmonoſo aliquo affectu, obſtructione à viſcoſis humoribus, aut crudo aliquo tuberculo laboraverint. Ex Thoracis affectu in ſuppuratis. Laryngis causâ in Anginis. Cerebri & ſpinalis Medullæ ratione in frigidâ utriuſq; eorum intemperie, cum Motricis facult. debilitate coniunctâ. ibid. & hîc cap. 8. c. f.

115. Diſtinguendum autem fuerit hoc modo: Si ratione febrilis caloris in corde talis Reſpiratio fiat: neceſſe erit illam non modò omnibus thoracis muſculis fieri, ſed inſuper magnam eſſe, ita ut thorax plurimùm dilatetur, copioſusq; aër inſpiretur & expiretur: Præterea denſam eſſe eam, velocemq́;: Tertiò ut ſpiritus exſuffletur calidus: æger de calore in pectore conqueratur: pulſus ſint magni ac celeres: oculorum & faciei rubor appareat. ibid.

116. Si pulmonum ratione fiat talis Reſpiratio, phlegmonoſo affectu laborantibus ijs: erit etiam magna, celer, denſa; calidus ſpiritus expirabitur: ſed peculiare hoc habebit, quòd decumbere non poterunt ægri, ſed ſpirare cogentur. ibid.

117. Si deniq; abſq; calore præternaturali talis Reſpiratio fiat, ob aliquam obſtructionem in bronchijs pulmonum à catarrho, tuberculo, pure, aut alia quacunq;

de

Digitized by Google

de cauſa : tunc itidem erit magna thoracis dilatatio, & reſpiratio celer denſaq́;,ſed neq́; copioſa erit aëris calidi expiratio,aut inſpiratio copioſa.ibid.

118. In Angina eſt ſimilis Reſpirationis forma, ſed abſq́; copioſi aëris Inſpiratione,& Expiratione: aderunt autē Vocis & Deglutitionis læſio, item Dolor circa partem affectam.ibid.

119. Empyematici itidem magnam habent thoracis dilatationem,abſq́; copioſi aëris attractione & emiſſione : febri carent : præceſſere ſigna pleuritidis : vires habent debiles : & ſi febris acceſſerit,ſuffocantur.ibid.

120. In magna Motricis facultatis imbecillitate, ob Cerebri aut ſpinalis Medullæ intemperiem,movetur etiam thorax omnibus ſuis Muſculis; ſed, ſi abſq́; immoderato calore ſit, neq́; magna eſt tunc Reſpiratio, neq́; denſa,neq́; velox. Et quando eſt maxima imbecillitas, etiam narium pinnæ moventur. ibid. & 3.Epid. com.2. text.4.

De Reſpiratione magna,parva ; rara denſa ; abolita,debili.

121. Hactenus de Dyſpnœa maxima egimus : deinceps de illius Accidentibus dicendum ; quorum modò hæc, modò illa coniuncta cum ea, alias atq́; alias partes, aliosq́; Affectus ſignificant. Eorum præcipua ſunt, Reſpirationis ipſius Magnitudo, Parvitas : Raritas, Denſitas : Depravatio, Abolitio, Diminutio.

122. Reſpiratio magna per ſe calorem magnum ſignificat,& parva caloris debilitatem , ut ex ſuperioribus

bus theſibus apparet: Item hic cap. 7. f. g. c. exemplo Animalium, quæ in cavernis hyeme latitãt, quibus tàm parva eſt Reſpiratio, ut Apnœâ laborare videantur.

123. Denſitas itidem per ſe calorem, & Raritas frigus ſignificant. Denſitas cum Magnitudine coniuncta, maiorem Calorem: Raritas cum Parvitate maiorem Refrigerationem arguit. ibid.

124. Magna raraq; Reſpiratio delirium ſignificat. hic cap. 7. b. & 1. Prognoſt. text. 23. Parva denſaq; Reſpiratio fit ob dolorem aliquem earum partium, quæ inter reſpirandum moventur. ibid.

125. Depravata Reſpiratio præcipuè ea eſt, quæ fit ἐγκοπτομένης τῆς ἐνεργείας τοῦ θώρακος, ἡσυχίᾳ βραχείᾳ: *i. cum interciſa thoracis actione. ſive expirando ſive inſpirando. Cuiuſmodi Reſpiratio in pueris ſæpè apparet, poſtquam offenſi plorarunt. Cauſam verò habere exiſtimatur, aut convulſionẽ aliquam muſculorũ, aut nimiũ calorem, aut Motricis facultatis debilitatem. hic c. 7. c. d. item 6. Aph. 54. item 2. de cauſ. ſympt. cap. 2. d.*

126. Vehemens autem Reſpirationis Diminutio, aut omnimoda Abolitio, Apnœa vocantur. Et quamvis ceſſante penitus Reſpiratione, ſequatur Mors: dantur tamen quidam Affectus, ex quibus Reſpiratio ita imminuitur, ut nulla appareat: partim ratione Cordis patientis, ut in hyſtericis & ſyncopis; partim ex Affectu cerebri, cuius exemplum domeſticum habuimus in Hercule filiolo, qui ex intervallis Apnœâ corripiebatur, per decimam ferè horæ partem, pulſante interim Corde & Arterijs. hic cap. 7. c. d. item 6. huius operis, cap. 5. f. g.

Diſpu-

Diſputatio VI.

De Pulmonibus: an afficiantur?

127. *Partes varias in thorace & circà thoracem contineri, quarum Affectus difficillimè cognoſcuntur: & proinde duplici via procedendum ad illas cognoſcendas, tùm ſcilicet ἀπὸ τῶν φαινομένων συμπτωμάτων, tùm ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος μορίων (quamvis hac duplici via docendi, quædam repeti oporteat, quæ priùs fuerant dicta) Id à nobis ſuprà theſi 56. & ſequentibus dictum eſt, & à Galeno hîc initio cap. 8. repetitur.*

128. *Priorem cognoſcendi rationem ex cruentis excretionibus per os rejectis, Vocis & Orationis læſionibus, itemq; ex Reſpirationis vitijs deſumptam, iam abſolvimus. Deinceps ergo ad ſecundam veniendum eſt, quæ progreditur à priori quodammodo, & quærit, Conceſſo, quòd talis quædam pars ſit affecta: quænam inde conſequantur ſymptomata?*

129. *Agitur autem hîc cap. 8. de ipſis Pulmonibus ſolis à Galeno: de quibus quæritur, qualia neceſſe ſit ſymptomata ſequi, ſiquidem afficiantur? Poſtmodum de earundem Affectibus, quales ij ſint? & cur difficillimè curentur? De Corde verò, & reliquis thoracis & vicinis thoraci partibus, ex quinto huius operis libro in anni ſequentis diſputationibus agemus.*

130. *Pulmonibus ergò affectis, qualia oportet ſymptomata conſequi? Reſpondeo. Primùm præcipueq; talia, quæ ad fontem læſarum actionum pertinent. Deinde quæ in fonte excretorum continentur. Tertiò etiam quædam, quæ ad doloris proprietatem & propria accidentia referuntur, ut ſingillatim docebimus.* 131. A læ-

Digitized by Google

131. *A læſa Reſpiratione ergò exorſi dicimus: Quià Pulmones inter Reſpirationis Inſtrumēta numerantur; Idcircò ex Affectu Pulmonum Reſpirationem lædi oportere: & ex læſa Reſpiratione primam de Pulmonum affectu coniecturam eſſe ſumendam.*

132. *Sed rurſus quia ut antè theſi 104. 112. & ſequentibus dictum eſt, Reſpiratio varijs modis læditur; Pulmones item varijs affectibus ſunt obnoxij: Idcircò ut ex læſa Reſpiratione prima indicia de pulmonum affectu ſumimus: ita ex læſionis modo, alij atq; alij earundem affectus dignoſcendi erunt. hîc cap. 8. e. f.*

133. *Tuſſis quoq; non exiguam coniecturam de Pulmonum affectu, nobis ſuppeditat. Eſt enim ipſa quoq; motus reſpirandi vitioſus. Et quamvis etiam thoracis affecti causâ oriatur tuſſis: magis certò tamen de Pulmonum affectu indicat, quàm cæteræ Reſpirationis læſiones. hîc cap. 8. f. g.*

134. *Eadem tuſſis prout alia atq; alia fuerit; magna; parva; facilis, difficilis; copioſo coctoq;, aut exiguo crudoq; ſputo, eoq; pituitoſo, bilioſo, cruento coniuncta: ita alios atq; alios Pulmonum affectus ſignificat. ibid.*

135. *In Excretorum genere primùm modus excretionis obſervandus eſt, præſertimq; utrùm tuſſiendo excernantur, aut aliter? Nam ex Reſpirationi ſervientibus organis ſolâ tuſſi fiunt excretiones, ut priùs theſi 62. & ſequentibus oſtenſum eſt.*

136. *Deinde conſideranda ſubſtantia Excretorum. Quædam enim ſunt, quæ æquè ex Thorace, atq; Pulmonibus reijci poſſunt, ut ſanguis, pus, humor pituitoſus, ſeroſus. Quædam ex ſolis pulmonibus educuntur, ut ſan-*

guis

Digitized by Google

guis copioſus cum ſpuma pulmonum portiunculæ, bronchia, Arteriæ aut Venæ tunicæ, bilis liquida, grandinis grano ſimilia corpuſcula. hîc cap. 8 a. b. c. & priùs cap. 5 f. g.

137. Quia de ſanguine qui tuſsiendo reÿcitur, diſtinguendo, nùm ex Pulmonibus, Thorace aut aſpera Arteria reÿciatur? ſuprà theſi 67. & ſequentibus dictũ eſt: reliquum eſt ut oſtendamus idipſum etiam de pure, humore pituitoſo & ſeroſo.

138. Pus colligitur ſpacio inter thoracem & pulmones, maximè in ſuppuratis, quos ἐμπύους Græci vocant: item in quibuſdam pulmonum inflammationibus ſuppuratis, quibus per tuſsim reÿcitur pus: niſi per vias quaſdam natura idem in ventrem inferiorem reÿecerit. Paulus lib. 3. cap 32. Aëtius tetrab. 2. ſermone 4. cap 65.

139. Idem verò pus eodem hoc ſpacio collectum fuiſſe, & inde reÿci, ſenſu ferè cognoſcitur: quia ſi æger affatim decubitu tranſmutetur, ſentitur pus defluere ab uno latere in aliud. Item in eodem motu ſentitur quædam fluctuatio. Item præceſsit pleuritis, per quam æger nihil expuit: & remiſsâ febris vehementiâ, gravitas inter coſtas in imo thoracis perſentitur. hîc cap. 8. f. & priùs cap. 5 f. item 5. Aph. 8.

140. Contingit etiam aliquando, ut ſeroſus aut pituitoſus humor in idem thoracis ſpatium decumbat, citra febrim: & tunc ſubitò ſpirandi difficultas oritur: ſputum quoq; cum vehementi tuſsi reÿcitur, primùm tenue: paulò poſt factâ aliquâ concoctione, copioſius magiſq; craſſum cum tuſsi mitiori. hîc cap. 8. e f.

141. Quòd ſi iÿdem humores in Pulmonum Bronchia

Xx de-

Digitized by Google

decubuerint, & tuſsiendo reijciantur, citrà febrem: tūc ſolet quoq; ſtertor audiri. ibid.

142. Poſſunt etiam ex aſpera Arteria tuſsiendo purulenta reijci ob ulcera in eâdem exiſtentia: ſed non niſi exiguâ quantitate, & cum ſenſu doloris, qui in eadem ulcerata parte percipietur.

143. Eoſdem dolores cum purulentis Excretionibus in aſpera Arteria exulcerata conſiſtere, non in pulmonibus; ut ex iam propoſitis Argumentis cognoſcimus: ita etiam diſtinguimus eoſdem, ab ijs qui ſunt in Oeſophago, præſertim per ea quæ eduntur & bibuntur acria; quæ ſi ulcus in Oeſophago ſit, dolorem in deglutiendo excitabunt. lib. 1. huius operis, c. 5. c. d. item 5 Meth. c. 12. f.

144. Et talia quidem ex fonte Excretorum habentur Argumenta, ad dignoſcendum, nùm pulmones afficiantur? Sed ex fonte quo doloris proprietas & propria accidentia continentur, ſigna nobis ſuppeditantur, ut ſequitur.

145. Quòd ſi per huiuſmodi purulentas cruentas Excretiones, & Reſpirationis læſiones, aut nullus percipitur dolor, aut certè tantūmodo gravitatis tenſionisq; ſenſus, ad ſpinam & pectus ſeſe extendens: certum habes de Pulmonum affectu indicium. hîc cap. 8. a. b. c. & priùs cap. 5. f. g.

146. Si anguſtia inter reſpirandum percipiatur, ut celeriùs crebriusq; reſpirare cogantur: proprium accidens habes Pulmonum non modò affectorum, ſed etiam tali quodam affectu laborantium, nempe inflammatorio, obſtructione, crudo tuberculo, aut craſsis humoribus anguſtiam efficientibus. hîc cap. 8. e.

Diſpu-

Diſputatio VII.

De affectibus quibus Pulmones laborant, cognoſcendis.

147. *Quando ex iam propoſitis indicijs conſtat, affectos eſſe Pulmones: Reliquum eſt, ut videamus, quali affectu, quóve morbo laborent, ut legitima curatio poſſit inſtitui.*

148. *Quia verò Pulmo eſt Reſpirationis Inſtrumentum, ex varijs partibus ſimilaribus conſtans: Idcircò obnoxius eſt inſtrumentarijs ſimilaribusq; morbis, atq; etiam communibus, qui penes continuitatis ſolutionem conſiſtunt.*

149. *Inſtrumentales Pulmonum morbi ſunt illi præcipuè, quicunq; penes viarum anguſtiam conſiſtunt: frequentiſſimè quidem in Arterijs aſperis, quam ægri quoq; ſentiunt; ſuntq; eorum pleriq; in genere Aſthmaticorum, ſiquidem febre careant. Aliquando oritur anguſtia etiam in Arterijs lævibus. hîc cap. 8. e. f. d.*

150. *Oritur autem anguſtia in aſperis arterijs pulmonum, à pituitoſis lentis craſſisq; humoribus, illic generatis, aut aliunde ad eos decumbentibus: aliquando etiam à crudo tuberculo, in iiſdem ſenſim genito. ibid.*

151. *Commune autem eſt utriq; cauſæ, anguſtiam hanc in aſperis Arterijs efficienti, ut per eam Reſpiratio fiat denſa veloxq;, cum magna dilatatione Thoracis, exigua verò aëris Inſpiratione & Expiratione: & quidem citra febrem. ibid.*

152. *Ei verò anguſtiæ, quæ fit à crudo tuberculo, peculiare eſt, ut ſenſim fiat, augeaturq; paulatim, ſtertore ca-*

Digitized by Google

reat. Contrà verò, quæ oritur à craſſis humoribus, quandoq; ſubitò invadit, decumbentibus ſcilicet aliunde ad Pulmonem humoribus: & nonnunquam ſtertorem cõiunctum habet. ibid.

153. Contingit etiam aliquando, huiuſmodi humores ſenſim incraſſari, & quaſi lapideſcere: unde grandinis grano ſimilia tuſſiendo reÿciunt. ibid.

154. In lævibus quoq; Arterÿs poteſt aliquando aut à craſſis humoribus, aut tuberculo oriri anguſtia, abſq; Reſpirationis difficultate aut febri: ſed talem comitatur pulſus omnis generis inæqualitas: eſtq; talis maximè periculoſa. Cuius exemplum propoſuit nobis Galenus in Antipatre Medico, qui ſex menſibus tali affectu laborans, poſtea ex dſpnœa & cordis palpitatione ſubitò ortâ, interÿt. hîc cap 8.d.

155. Partium ſimilarium ratione Intemperiei quoq; obnoxÿ ſunt Pulmones, præcipuè calidæ aut frigidæ, cum humoris affluxu, aut ſine humoris affluxu.

156. Calida pulmonum intemperies cum affluxu calidi humoris, frequens eſt, & vocatur Peripneumonia, ſive ſit ex pura Phlegmone, puro Eryſipelate, aut mixto ex utriſq; affectu.

157. Ad eam dignoſcendam ſymptomata occurrunt, quædam illi ſimul & Pleuritidi communia: quæ proinde Syndromen Empiricis vocatam efficiunt, tàm Peripneumoniæ quàm Pleuritidi communem. Hæc autem eſt febris acuta, reſpirandi difficultas, tuſſis & ſputum coloratum.

158. Quædam ſunt cuiq; horum affectuum peculiaria, quæ ſuperioribus iuncta, propriam cuiuſq; eorum ſyn-

Digitized by Google

ſyndromen abſolvunt. Pleuritidis enim proprius eſt dolor lateris punctorius, & pulſus durus. Peripneumoniæ, ſenſus anguſtiæ, & ſuffocationis periculum inter reſpirandum, absq; lateris dolore. hic cap. 7. g. cap. 8. g. Item de ſubfiguratione empirica, cap. 6. g. h.

159. Vtrùm verò Peripneumonia hæc Phlegmone propriè appellatâ, Eryſipelate, aut mixto ex utrisq; affectu conſtet: ex caloris vehementia & anguſtiæ ſenſu diſtinguendum erit. In Phlegmone enim maior eſt anguſtiæ & gravitatis ſenſus, quàm incendij. Contrà, in Eryſipelate magis infeſtat incendium quàm anguſtiæ & gravitatis ſenſus. Et in ijs, quæ mixtam ex utrisq; naturam habent, medio modo ſe habēt huiuſmodi ſymptomata. hic cap. 8 g.

160. Frigida Pulmonum intemperies humoribus coniuncta, parit affectus aſthmaticos, de quibus theſi 149. dictum. Nuda autem intemperies frigida parit tuſsiculam, quæ facilis eſt, & cohibita Reſpiratione curatur. ibid. & 2. de cauſ. ſympt. cap. 4. d.

161. Continui ſolutio in Pulmonibus facta, cognoſcitur potiſsimùm ab ijs, quæ tuſsiendo reijciuntur: Sive enim fuerint cruenta aut purulēta, cum dolore aut absq; dolore, ſanguis copioſus, ſpumoſus, aut Pulmonum portiuncula, aut bronchion, aut ſimile quippiam: hæc omnia certa indicia ſunt, de ſoluta in Pulmonibus continuitate. hic cap. 5. e. f. & cap. 8. h. a. b.

162. Vt autem in parte carnoſa omnis continui ſolutio vocatur ἕλκος, id eſt, Vlcus: de Morb. diff. c. 11. f. ita in Pulmonibus præcipuè id nomen obtinet. Dicunturq; exulcerari pulmones in omni earum continuitatis ſo-

Digitized by Google

lutione, ſive fiat per ἀναστόμωσιν, ῥῆξιν aut διάβρωσιν: de quibus dignoſcendis diximus antè propoſit. 67. & ſequentibus.

163. Cruenta autem ſimul & purulenta, aut portio pulmonum, aut bronchion per tuſsim reiecta, non modò certa ſigna ſunt ulceris pulmonum, ſed eiuſdem etiam inveterati & maligni indicia exiſtunt, ut dicitur hîc cap. 8. a. b.

Diſputatio IIX.

Pulmonum Morbi, præſertimq; Vlcera, cur difficulter curentur?

164. Non alienum fuerit, colophonis loco ſubÿcere huic doctrinæ cauſas, propter quas Pulmonum morbi, præcipueq; Vlcera difficillimè curentur? Id enim ad præſagiendum ſimul curãdumq; non parùm conducet. Videmusq; Galenum hîc cap. 7. f. g. & cap. 8. c. d. idipſum multis Exemplis demonſtraſſe.

165. Quærendum ergò imprimis de ÿs Pulmonum affectibus, qui cum ſolutione continui coniuncti ſunt, & qui in Vlcerum genere continentur; Primò, utrùm omnes ſint incurabiles? Deinde, ob quam cauſam difficillimè curentur?

166. Ad priorem quæſtionem reſpondeo ex lib. 5. Method. cap. 8. b. & initio capitis 14. Vlcera pulmonum, per ῥῆξιν vel ἀναστόμωσιν Vaſis alicuius facta, quibus diligentiſsima curatio adhibita fuerit, & quidem eodem ipſo die quo facta ſunt, ſanari poſſe: teſtaturq; Galenus de ſeipſo, quòd multa curaverit. 167. Cu-

167. Curationis verò eorum ſummam conſiſtere, in Venæſectione, quæ eodem die fiat in cubito, quæq; eodem die iteretur, aut etiam tertio repetatur. Præterea ut æger quieſcat, leviter reſpiret, & quàm minimùm loquatur. Cuius Curationis exemplum propoſuimus ſuprà theſi 72.

168. Quibus verò Curatio ad tertiū diem dilata fuerit: eorum pauciſſimos fuiſſe curatos: quibus deniq; ad continui ſolutionem etiam phlegmone acceſſerit, eorū nullos poſſe curari.

169. Cauſa verò huius rei dependet principaliter à malignitate humoris διάβρωσιν *efficientis, quæ ſæpè ad ſimile ei humoris malignitati obtinet, qua partes externæ exulcerantur, neq; à putredine vindicari curariq; poſſunt, niſi igni aut ferro adhibito. hic cap. 8. c. d.*

170. Altera cauſa in ſitu Pulmonum poſita eſt, qui in pectore latent, ut ijs neq; ignis, neq; ferrum, nec alia fortia medicamenta adhiberi queant. ibid.

171. Tertia ex motu perpetuo Pulmonum deſumitur. Cùm enim ſoluta partium continuitas ad ſanationem quiete indigeat: Pulmones autem Reſpirationi dicati, perpetuò moveantur: Idcircò exiſtimarunt Veteres, eorum ulcera eſſe planè incurabilia. ibid.

172. Omnium autē maxima cauſa difficultatis pendet ex modo, quo Pulmonum ulcera à ſordibus & pure expurgari oportet. Purgantur enim communiter per tuſſim ſurſum: cumq; tuſſi pulmones vehementer moveantur, contingit ipſa ulcerum labia magis quaſi lacerari, & nova phlegmonæ præbere occaſionem. Quam ſolutam, dum rurſus tuſſi ſurſum expurgari oportet;

circuitu quodam labia de novo exulcerari, & phlegmonem acceſſiri neceſſe eſt. ibid.

173. Accedit huic omnibus magna diverſitas excretionum, quæ per tuſſim fiunt: quandoq; ſcilicet facilè & levi Thoracis Pulmonũq; motu: nonnunquã difficulter & cum motu vehementi, ex quo magis irritari, atq; divelli labia ulcerum oportet.

174. Nec ulcera ſolùm, ſed alios quoq; Affectus, anguſtiam in Pulmonũ Bronchijs efficientes, uti & thoracis multos affectus, tuſſi expugari oportet, & ex ijs quæ tuſſiendo educuntur, cùm de humore peccante, tùm etiam de Natura ipſos expellentis robore, aut imbecillitate, ratiocinari cogimur.

175. Nihil enim expuere per tuſſim, tale quiddam eſt, quale in Vrinis extremè crudum. Liquida expuere, ſignificat morbum eſſe adhuc in principio. Pauca & cocta morbum ad augmentum perveniſſe. Cocta expuere ſine moleſtia, ſignificat Morbum à Natura eſſe victum. 1. de criſib. cap. 18. g.

176. Duplices enim in univerſum cauſæ ſunt facilitatis aut difficultatis expuendi. Aliæ enim penes facultatis motricis robur, & imbecillitatem conſiſtunt: aliæ pendent à natura & conſiſtentia humoris, qui expuendus eſt. hic cap. 8. f g. item 2. de cauſ. ſympt. cap. 4. b. cap. 5. e f.

177. Conſiſtentia humoris, quem tuſſi reijci oportet, aut eſt liquida & tenuis, aut craſſa viſcoſaq;, aut medio modo ſe habet.

178. Quæ planè liquida & tenuis eſt materia, difficulter tuſſiendo reijcitur, quia αὐτικα ταῤῥεῖ περιεχέμε-

γον ἀπὸ τῦ πνεύματος, i. facilè à ſpiritu eam tuſsiendo expellente dividitur, atq; ſecundùm latera arteriæ deorſum refluit. ibid.

179. Quæ craſſa eſt, ea etiam difficulter reijcitur, ὡς μὴ ἀπορυπτόμενον ἑτοίμως τῶν σωμάτων, οἷς ἐμπέπλασται: id eſt, quia difficulter avellitur à partibus, quibus adhæret.

180. Contrà autem quæ concocta eſt, ea mediam quandam conſiſtentiam obtinet inter liquidam & craſſam, viſcoſitate caret, & facilè expellitur. ibid.

181. Motricis facultatis ratione contingit etiam, ſputa fieri faciliora aut difficiliora: nam absq; vehementi thoracis conſtrictione, nemo poteſt vehementer tuſsire: absq; vehemente tuſsi autem lentos humores educi, impoſsibile eſt. ibid.

182. Hinc quidam cùm intelligerent, ſe debiliores eſſe, quàm ut fortiter tuſsiendo peccantem humorem ex Pulmonibus reijcere poſſent: nares lancinando ſternutationem ſibi moverunt, ut quod ſola tuſsi educi non poſſet, ſternutatorij motus violentiâ ſuppleretur. 2. de cauſ. ſympt. cap. 5. e. f.

(* * *)

SOLI DEO GLORIA
in æternum.

Σημειωτικῆς particularis

CAP. III.

De cognoſcendis Affectibus Cordis & partium Cordis adiacentium:

Ex diexodicâ Enarratione Libri V. de Locis affectis ſummatim excerptum, in Theſes digeſtum, & menſtruis Diſputationibus Anni 1612. dicatum.

Ad

Doctiſs. atq; ornatiſs. huius Anni Reſpondentes ſimul & Opponentes.

Reſpondentibus,

D. Ioanne Keuchenio, Clivo Veſalienſi.
D. Ieremia Erhardo, Auguſtano.
D. M. Petro Auctero, Pforzenſi.
D. Ioan. Chriſtophoro Eiſenmenger, Heylbrunenſi.
D. Ioanne Knoblochio, Babenhusâ-Hanovio.
D. Iacobo Albino, Hamburgenſi.
D. Ioan. Iacobo à Brunn, Baſilienſi.
D. Gerhardo Zuihlio, Bleidenſtadienſi Naſſovio.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio I.

De Corde.

THESIS I.

QVo ordine, Galenus ſex libris de Locis affectis tradat Doctrinam de cognoſcendis partibus Corporis, quæ à ſenſu noſtro remotæ ſunt: vtrùm afficiantur? & quomodo afficiantur? Id oſtendimus ſufficienter initio Diſputationum anni ſuperioris: uti etiam initio Diſputationum Anni 1610.

2. Quia igitur exordio ſumpto à Capite, deſcendimus uſq; ad Cor: de eodem Corde & partibus illi adiacentibus, Thorace ſcilicet, Septo tranſverſo, Oeſophago, Ventriculo, imprimiſq; illius ſuperiori Orificio, atq; Hepate, ex libro quinto huius operis, deinceps in ſequentis Anni diſputationibus agemus.

3. Cor Ariſt. lib. primo de generatione Animalium, cap. 18. aliiſq; locis (argumentis quæ à nobis in diſput. de Anima humanæ facult. theſi 45. & ſequentibus proponuntur & confutantur) docuit ſolum unicumq; eſſe gubernandi Animalis principium: in quo omnes Animæ facultates ſedem ſuam habeant.

4. Nos verò cum Galeno & Platone dicimus, Cor eſſe πηγὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας*, id eſt, Nativi Caloris: Et quòd* ὀχετοὶ ταύτης τῆς πηγῆς αἱ ἀρτηρίαι*: id eſt, rivi atq; canales, per quos hic fons in alias partes vim ſuam*

tranſ-

tranſmittit, ſint Arteriæ. Tertiò quòd idem hic nativi Caloris fons, in Corde reſidens, nuncupetur δύναμις ζωτικὴ, *item* δύναμις θυμοειδὴς καὶ ψυχὴ θυμοειδής*: i. facultas animalis; ab alijs facultas iraſcibilis: à quibuſdam Anima iraſcens. lib. 9. cap. 10. ab initio. Item lib. 6. de uſu part: cap. 7. c. Item lib. 7. de Anatom: adminiſt. cap. 8. totoq́ opere de Hipp. & Platon. decretis.*

5. Eadem hæc facultas in Corde ſedem habens, Actiones quaſdam edit per ſe in proprio domicilio: & quidem partim agendo, quatenus eſt τόνος καὶ τὸ μόνιμον, ἐν οἷς ἂν ὁ λογισμὸς κελεύσει*: id eſt, tenor, robur & conſtantia in ijs, quæ Ratio iuſſerit, exequendis: Partim patiendo in Animi Affectibus, quorum Iracundia eſt præcipua. Quaſdam edit* ἐν τῷ πρός τι*, in alijs partibus, largiendo illis Spiritum & Calorem, pro conſervanda earum temperie, ut apta eſſe queant ad ſuas Actiones edendas. lib. 1. de Placitis, cap. 3. ab initio. Item hîc cap. 1. h. Vide etiam Diſput. noſtras de Animæ facult. primam, theſi 36. 73. alteram, theſi 69. & ſequentibus.*

6. Ex hujuſmodi igitur functionum integritate potiſſ. de ſanitate Cordis conijcimus: & ægrotare id exiſtimamus, cùm harum aliqua læſa fuerint. Quo ſenſu Galen. idipſum dijudicare jubet cap. 77. artis medicæ, ἐκ τῶν τῆς δυσπνοίας εἰδῶν, καὶ παλμῶν κατ' αὐτὴν ἔτι τε τῶν κατ' αὐτὴν σφυγμῶν καὶ τὰς ἀρτηρίας, ὀξυθυμίας τε καὶ ἀθυμίας: καὶ πυρετῶν καὶ καταψύξεων, καὶ τῶν ἐν τῷ χρώματι διαφορῶν καὶ ἀλγημάτων*: id eſt, ex Dyſpnœæ differentijs, Cordis palpitationibus, pulſibus, ipſius ſimul & Arteriarum, iraſcendi facilitate & tarditate, febribus ac refrigeratione, colorum diverſitate & Cordis dolore.*

7. Hæc

7. *Hæc autem unà cum ijs, quæ duobus his capitibus traduntur, ita ſunt diſtinguenda, ut inde triplicem Cordis ſtatum cognoſcas. Vnum qui à medicoritate parùm recedit, quem neutralem poſſis nuncupare. Alterum evidenter morboſum. Tertium qui vehementes lethalesq; morbos patiatur.*

8. *Primus cognoſcitur ex Animi Affectibus: qui enim ijs facilè ſuccumbunt, vitale robur infirmum habent. Vir enim magnanimus ob timorem aut mœſtitiam nunquam ſuccumbit. hic cap.1.b. Deinde ex iraſcendi facilitate aut difficultate: item colorum differentijs. Quibus enim Cor calidius eſt, ij faciliùs iraſcuntur, magisq; ſunt rubicundi. Contrà magis pallidi minusq; iracundi exiſtunt, qui Cor frigidius obtinent. cap. 77. Artis med. priùs citato.*

9. *Secundus ex febribus dignoſcitur, præterea ex Reſpirationis & Pulſuum mutationibus, quæ ſolent cum febribus eſſe coniuncta: ſicuti etiam ex Cordis Palpitationibus. hic cap.2.c.d.f.*

10. *Tertius conſiſtit* κατὰ τὰς ἀμέτρους δυσκρασίας, *id eſt, circa immoderatas intemperies, quales ſunt febres venenatæ, peſtilentes. Item* κατὰ τὰς ὀργανικὰς δυσκρασίας, *quæ coniunctæ ſunt cum humoris affluxu, plegmone ſ. & ſimilibus. Item penes ſolutiones continuitatis per vulnera inflictas, quas Animi deliquia comitantur, ſicuti etiam pulſuum magnæ mutationes, Cordis palpitationes. Hujuſmodi enim Affectus mors ſequitur, & quidem ſubita aliquando. hic cap.2.d.e. & 2. Aph.4.*

De

Digitized by Google

De Affectibus quibus Cor afſici ſolet.

11. Affectibus autem obnoxium eſt Cor duplicibus: tum, qui illi ex aliarum partium conſenſu per συμπάθειαν, tum qui per ἰδιοπάθειαν in proprio Corpore contingunt. hîc cap. 1 2. Et quia Galenus cap. 1. de ſympt. cap. 2. de idiopathia agit: nos eundem quoq; ordinem ſervabimus. Et à Sympathia exorſi, dicimus illam eſſe duplicem, eò quòd Cor patiatur, aut ob aliarum Affectus, aut ab Affectibus Animi propriis, præſertimq; cauſis Affectus illos excitantibus.

12. Partes quibus Cor conſentit, præcipuè ſunt Cerebrum, Orificium Ventriculi, Hepar, Vterus, Pulmones, Pericardium, omnes deniq; partes, quibus fomes alicujus febris continetur.

13. Cerebri conſenſu afficitur Cor in Apoplexiis, magnis Epilepſiis, & aliis quibuſdam ſoporoſis Affectibus, ob Reſpirationem ſcilicet debilitatam, aut etiam abolitam, ob quam eventillatione inſiti Caloris ſpoliatum, neceſſariò interit. hîc cap. 1. h. a. b.

14. In magnis affectibus Hepatis, pereunte ſanguificatione, neceſſe eſt, & Cor & cæteras partes idoneo alimento ſpoliari: unde extinguitur Calor nativus, & Animal interit. Id verò fit ſenſim & longiori tempore: cùm è contrà proprii Cordis Affectus, qui magni ſunt, ſubitam mortem afferant. ibid.

15. Ob Ventriculi affectus doloreſq;, præſertimq; Orificii ſuperioris ſæpe contingit Cor affici, & ſymptomatibus vehementibus affligi, unde ſtomachicæ ſyncopæ, item ἀσφυξίαι, μικροσφυξίαι, κακοσφυξίαι, id eſt, Pulſus abo-

Digitized by Google

aboliti, debiles, depravati. Apnœa deniq; & quandoq; mors conſequitur. lib. 1. de cauſis Sympt. cap. 7. a. b.

16. Tanti autem conſenſus Ventriculi, cum Corde cauſa eſt, primùm Situs propinquitas. Deinde cohærentia per magnã Arteriam, quæ ex Corde prodiens ſub Oeſophago deſcendit, ipſiq;, ut & ſuperiori Orificio Ventriculi per membranas annectitur. Tertiò ſenſus eiuſdem ſuperioris Orificij exactiſſimus, ob quem ex quibuslibet lædentibus cauſis vehementer affligitur. ibid.

17. In uterinis Affectibus, præſertim qui ex retento corruptoq; ſemine oriuntur, tantopere læditur nativus Cordis Calor, ut quædam pro mortuis habeantur, abolita omni Reſpiratione: quædam etiam moriantur, ut longa diſputatione Galenus cap. 5. libri ſequentis oſtendit. Vide Anni ſequentis diſput.

18. Pericardium inter partes ignobiles recenſetur: nihilominus ſi affectu aliquo phlegmonoſo afficiatur; propinquitatis ratione Cor etiam lædit, ut exemplo Galli & Simiæ Galen. hic cap. 2. d. oſtendit.

19. Sunt etiam multi aliarum partium affectus, qui Cordi per conſenſum communicantur. V. g. quæcunq; fomitem alicuius febris continent. Item ex quibus Animi deliquia conſequuntur. Cuiusmodi lib. 2. ad Glaucon. cap. 14. e. recenſentur cholera, magna alui profluvia, magnæ hæmorrhagiæ. febres malignæ, abſceſſus magni rupti, ſubitòq; integrè vacuati, immoderatus Calor, aut Refrigeratio, & alij per quos poteſt vitalis Spiritus robur diſſolvi.

20. Animi affectus etiam magnam vim habent, ad Cor alterandum afficiendumq; uti etiam Dolor vehe-

mens:

mens: ita ut quandoq; mortem quibusdam attulerint aliqui Animi affectus, ijs præſertim qui puſillanimes eſſent, & minus in tolerandis periculis verſati: Dolor quidem & Timor intrò Spiritum Caloremq; ſubitò cogendo, ibiq; ſuffocando; Triſtitia, idipſum ſenſim efficiendo; Gaudium vehemens, robur vitalis Spiritus diſsipando: hic c.1.b. Item 2. de cauſ. Sympt. cap 5. aa. bb. & de pulſib. ad Tyrones, cap 11 b.

21. Cauſam, ob quam tantam vim habeant Animi perturbationes ad Cordis vim vitalem afficiendam, cenſet Galenus inde pendere, quòd Anima in Calore, Spiritu atq; Sanguine aut conſiſtat, aut quòd ijſdem tamquam primis Inſtrumentis utatur. Siquidem videmus, per hujusmodi Affectus Animi, Sanguinem, Spiritum atq; Calorem vehementer commoveri.

22. Qui verò & quales Animi Affectus in univerſum ſint? quales motus Caloris, Sanguinis atq; Spiritus eorum præcipui efficiant? qualiter item vitalem Cordis facultatem alterent afficiántq;? Id in diſput. Anni 1606. theſi 125. & ſequentibus oſtendimus.

23. Superſunt Affectus Cordis per ἰδιοπάθειαν, propriam illius ſubſtantiam afficientes, quos Galenus cap. 2. hujus libri triplices facit. Nempe δυσκρασίας τ̃ ὁμοιομερῶν: δυσκρασίας ὀργανικάς: i. Intemperies nudas ſimilarium partium proprias: Intemperies cum affluxu humoris, Cordis organicam formam lædentes: & deniq; Solutiones Continui διὰ τὰ τρώσαντα; id eſt, per ea quæ vulnerant, factas.

24. Simplices Cordis Intemperies, frigidæ quidem ſiccæq; ſunt in quorundam Maraſmo: eorum præcipuè

qui

qui ex morbo conſeneſcunt. cap. 1. lib. de Maraſmo: item 7. meth. cap. 6. eee. frigidæ & humidæ in Anaſarca: calidæ atq; ſiccæ in febribus omnibus conſiſtunt. Et ut Maraſmi ex conſumptione Corporis dignoſcuntur: ita febres ex pulſibus præcipuè & Reſpirationis mutationibus innoteſcunt.

25. Ex huiuſmodi Cordis intemperiebus quæcunq; leviores ſunt, eorum multa ſunt curabiles. Novimus enim multas febres curari, & extenuata Corpora refici: ut vides 6. cap. lib. 7. Methodi. Sed quæ valde ſunt maligna aut hectica, etſi lethales ſint, non tamen ſubitam mortem inferunt. hic cap. 2. e.

26. Quæ verò intemperies Cordis cum humoris affluxu coniunctæ ſunt: Phlegmone ſcilicet, Eryſipelate aut ſimilibus: eæ ſubitam mortem inferunt & quidem dum adhuc in fieri exiſtunt: aliquando præcedente ſyncope, aut Cordis palpitatione: tales enim Cor ferre non poteſt, ut vides hic cap. 2. c. d. Nam hi ſunt illi morbi, de quibus Ariſt. 3 de partibus animalium, cap. 4. circa finem, dixit. ὅλως τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἡ καρδία χαλεπὸν οὐδὲν πάθος ὑπομένει. i. Ex omnibus partibus Corporis, ſolum Cor, nullum gravem morbum ferre poteſt.

27. Ex eorundem gravium morbroum numero, quos non poteſt ferre Cor, ſunt continui ſolutiones per vulnera factæ, quas Galenus in gladiatoribus obſervavit interficere ſubitò, cum magna hæmorrhagia, ſiquidem ad aliquem ventriculorum pertingerent. Si in carne Cordis ſubſiſterent: tunc aliquos per horas duodecim, aliquos ad ſummum per viginti quatuor horas ſupervixiſſe: rectè interim ratione utentes. hic cap. 2. d. e.

Diſputatio II.

De Palpitatione cùm partium aliarum, tum Cordis.

28. Inter ſymptomata quæ Affectus Cordis demonſtrant, eſt eiusdem quoque Palpitatio. Cæterùm quod Græci vocant παλμὸν, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι, i. à ſaliendo: id Latini vocãt Palpitationem, Barbari lectigationem: eaq; generatim ſumpta, nihil aliud eſt quàm διαστολὴ παρὰ φύσιν: ἐν ἅπασι δὲ γίγνεται τοῖς μορίοις, ὅσα διαστέλλεσθαι πέφυκεν: i. præternaturalis quædam dilatatio partium palpitantium: quæ cadere poteſt in omnes partes, quæcunq; dilatari queant: præſertimq; in cutem. 2. de cauſ. ſympt. cap. 2. c.

29. In eundem ſenſum dicitur cap. 5. libri de Rigore convulſ. διάστασις μέν τίς ἐστι καὶ συνίζησις παρὰ φύσιν ὁ παλμός. i. Palpitatio eſt præternaturlis diſtentio & ſubſidentia partium palpitantium. Et initio eiusdem capitis, modum quo fit palpitatio, exprimit his verbis: αἱ μὲν ἐν τοῖς παλλομένοις μέρεσιν ἐπάρσεις τε καὶ θέσεις φαινόμεναι, διατάσεις εἰσί τινες τῶν σωμάτων οἷα πληρουμένων, αὖθις δὲ κενουμένων συνιζήσεις. i. Quæ in palpitantibus partibus apparent elevationes & ſubſidentia, diſtentiones quædam ſunt partium, quæ quodammodo replentur: rurſusq; inanita ſubſident.

30. Nam omnis huiusmodi palpitatio, ut locis iam citatis dicitur, fit à materia, quæ in flatum craßiorem reſoluta, partem diſtendit, donec exitum habeat, poſſitq; pars iterum ſubſidere. Poteſt verò etiam talis palpitatio

tatio in Cor atq; Arterias cadere, ſicuti 2. de cauſis ſym. cap. 2. c. dicitur: ut quæ ſint mollia, diſtendiq; poßint: ſed quæ tamen diverſa eſt ab hac, de qua Galenus hîc inter Affectus Cordis diſſerit, & quam Practici Cordis Tremorem nuncupant.

31. Hæc enim palpitatio eſt Motus Cordis qui per Syſtolem & Diaſtolem fit depravatus, inordinatus, maiorique violentia factus, ita ut ægri eum ſentiant, & aſtantes quoq; manu adhibita, illum percipiant, unde Germanicè dicunt, Mir klopfft das Hertz: & Itali, Mi batti il cuore. Fernelius 5. Pathologia, cap. 12. ita vehementer cuidam Cor palpitaſſe aſſerit, ut coſtas vicinas effregerit, & quaſdam loco moverit.

32. Non autem Fernelius tantùm, ut iam dictum eſt, ſed etiã Leonardus Iachinus, ſuper lib. 9. ad Almanſorem, in capite de Tremore Cordis, palpitationem hanc à reliquarum partium palpitatione diſtinxit. Item Iulius Alexandrinus, ſuper verba antè à nobis citata ex cap. 2. lib. 2. de cauſis ſympt.

33. De huius Affectus cauſis Practici recentiores alij atq; alij varia tradiderunt. Galenus, tamquam de re dubia, tantùm ea pronuntiat, quæ ipſe compertus eſt. Primùm hîc cap. 2. c. d. e. item cap. 8. libri præcedentis, ff. Videlicet Cordis palpitationem quandoq; ſignum eſſe repentinæ Mortis, ob magnos Cordis affectus, ut Antipatro Medico accidit. Et aliquando coincidere eam cum Animi deliquijs, exemplo eius, cuius mentio fit 2. Aph 41.

34. Deinde dicit plurimis ſuperveniſſe hunc affectum, qui integra valetudine fruerentur: quibus omnibus venæſectio & victus tenuis multùm profuerit: quoſdam etiam planè curauerit.

 35. De-

35. Deniq; ſe in Pericardio Simiæ & Galli indicia quædam deprehendiſſe, quibus perſuaſus ſit, palpitationis huius cauſam in hominis pericardio etiam aliquando conſiſtere: & eſſe aut nimiam eius humoris copiam, aut tumorem aliquem præternaturalem. Græci recentiores eadem ferè dicunt.

De Thorace.

36. Quod à coſtis utrinq; circumſcribitur, pertingitq; anteriori quidem parte ad Os pectorale & Diaphragma; declinat verò parte poſteriori ad Spinam, atq; reflectitur: hoc totum Medici Thoracem vocant. 6. de uſu partium, cap. 2. a.

37. Huius partes aliæ ſunt exteriores, ut Cutis & Muſculi proximè ſubiecti, præſertimq; tres Coniugationes è cervice deſcendentes. Aliæ ſunt interiores, ut Muſculi intercoſtales, præſertim interni, & Membrana Coſtis ſuccincta. Quòd ſi igitur aut Cutis ipſa, aut Muſculi proximè ſubiecti, aut etiam aliqua Coſtarum, unà cum Cuti & Muſculis exterioribus afficiantur, ſive ulceribus, contuſionibus, abſceſſibus, phlegmone, ſive alijs ſimilibus, ſenſu idipſum apparebit. hîc c. 3. g. h.

38. Internorum autem Muſculorum & ſuccingentis Membranæ Affectus ratione dignoſcere oportet. Et quidem, num afficiantur? primùm ex Reſpiratione læſa aut integra dignoſcendum erit. Deinde ex ſitu atq; dolore. Tertiò ab excretis quæ tuſſiendo reijciuntur. Quartò à proprijs accidentibus, quæ harum partium Affectus, imprimis phlegmonoſos comitantur, ex quorum numero ſunt febres & pulſuum mutationes. ibid.

39. Vt

Digitized by Google

39. *Vt autem ex Reſpiratione læſa cognoſcimus quòd Affectus ſit Thorax: ita ex modo læſionis, quo modo afficiatur, dignoſcere debemus. Ab ijs ergo quæ per συμπάθειαν ei eveniunt, exorſi, duplices eſſe eos dicimus. Nam ex aliarum partium conſenſu laborat Thorax, læditurq́ Reſpiratio aut quòd ſpoliatur influxu facultatis motricis: ſive penitus, ut in magna apoplexia, ſive ex parte, ut in apoplexia minori, quibuſdam item ſoporoſis affectib. hîc cap. 3. f. g.*

40. *Aut quòd ob dolorificos, præſertimq́ phlegmonoſos vicinarum partium affectus, quæ inter reſpirandum ſimul etiam moventur (cuiusmodi ſunt hepar, ventriculus, inteſtina, lien, peritonæum) paruam denſamq́ reſpirationem efficere cogatur, minuendi doloris causâ. hîc c. 3. f. g.*

41. *Proprij Thoracis Affectus, per ἰδιοπάθειαν ei evenientes, præcipuè ſunt intemperies calidæ, cum calidi humoris affluxu, qui in interioribus Muſculis, aut Membrana ſuccingente, magis dolorifici ſunt, quàm in exterioribus: & Pleuritidis nomine vocantur. hîc c. 3. g. h. dd.*

42. *Maximè verò exquiſita Pleuritis eſt, cùm ſuccingens Membrana principaliter phlegmone laborat. Et ſi parte ſuperiori inflammatio conſiſtat: ad iugulum uſq́ ſurſum extenditur dolor: aut ad præcordia, ſi parte inferiori magis afficiatur. ibid.*

43. *Eadem coniuncta eſt cum febri ob vicinitatem quam habet pars affecta cum corde. Pulſum præterea obtinet magis durum, quàm ſi Muſculi afficiantur. Et quia ex parte affecta aliquid fluxionis ad interna tranſmittitur, quod in aſperas pulmonum arterias tranſum-*

ptum, tuſsiendo reÿcitur, & colore ſuo, qualis ſit humor inflammationem efficiens, oſtendit: idcirco etiam cum tuſsi coniuncta eſt. ibid.

44. Vt Pleuritidis ſigna ſint: Dolor lateris punctorius, Tuſsis, Sputum plerumq; coloratum, Febris acuta, Reſpiratio difficilis, denſa paruaq;. Ex quibus reſpirandi difficultas, Tuſsis, Sputum Coloratum, communia ſunt ipſi cum Peripneumonia. Dolor lateris punctorius autem, & Pulſus durus, propria ſunt Pleuritidis. E contrà, ſenſus anguſtiæ, & ſuffocationis periculum, abſq; lateris dolore, propria ſunt Peripneumoniæ ſigna. hîc cap. 3. g. h. & libro ſuperiori, cap. 7. g. cap. 8. g Item de ſubfiguratione empirica, cap. 6. g. h.

Diſputatio III.

Quomodo Affectus pulmonum per tuſsim expurgentur?

45. Oſtendimus Pleuritidem tuſsiendo per os expurgari. Idemq; in Diſput. Anni ſuperioris, theſi. 67. 136. & ſequentib. de empyematicis reliquiſq; Thoracis affectibus docuimus. Sed quæ tuſsiendo reÿciuntur, ea ex aſperis pulmonum arterÿs educi novimus: Pulmones autem cùm Membranâ inveſtiantur, & Thorax intus ſuccingente Membranâ ſubducatur: admirabile eſt, quomodo ſanguis & pus ex Thorace, aut ſpacio inter Pulmones & Thoracem ſito, in aſperas Pulmonum arterias perveniat? ut inde tuſsiendo excerni queat.

46. Hac de re magna fuit apud Veteres concertatio:

de

de qua Galenus hîc cap.3.huius libri, longa diſputatione diſſerit, cuius præcipuæ ſunt quæſtiones tres. Primò enim quæritur, an verè ex thorace & thoracis ſpacio aliquid in aſperas pulmonum arterias perveniat, quod inde tuſſiendo reijciatur? Secundò, qualiter Eraſiſtratus eiusq; ſectatoresq; id fieri docerent? Tertiò quomodo idipſum verè fiat?

47. Qui aſſerebant, non poſſe ex thorace per ſuccingentem membranam, aut ſpatio inter thoracem & pulmones ſito, per membranam pulmones inveſtientem, in aſperas arterias quicquam ferri: ij urgebant binarum harum tunicarum naturam, quòd utraq; eſſet ἰσχυρὸς ϗ νευρώδης ϗ δυσδιαίρετος, i. fortis, nervoſa, & quæ difficulter dividi queat, ut per eas nihil tranſire poſſit. hîc cap.3.f.bb.

48. Horum Argumento reſpondet Galenus primùm ratione. Si Natura per cutem, quæ fortior denſiorq; eſt, quàm harum membranarum utraq;, poteſt ſanguineũ humorem tranſmittere, ut fieri cernimus ἐν ταῖς τῶν καταγμάτων πωρώσεσιν, i. in fracturis oſſium callo obducendis, in quibus ſæpe tam copioſus ſanguis penetrat, ut ligamenta irrigentur: multò faciliùs poteſt per has membranas humores tranſmittere. ibidem.

49. Deinde experientiâ, qua conſtat, in ijs, quibus per vulnera, aut abſceſſus utrinq; erumpentes, aut aliter, uſq; ad internam thoracis cavitatem ſoluta eſt continuitas: ſi mulſa ad eluendas ſordes ulcerum infundatur, quòd ij tuſſiendo eandem reijciant, guſtuq; & ſapore dignoſcant. cap.3.a.aa.

50. Eraſiſtratus rei evidentia motus, concedebat,

pleuriticos tuſſiendo expurgari non tamen tranſitu per has membranas. Sed ſanguinem quidem per Arteriarum ramulos, qui ad partem phlegmone laborantem pertingunt Pus autem per ramulos venarum deferri ad Arteriam magnam & Venam cavam, atque inde poſtea ad Pulmones ferri. De cuius opinione longior eſt diſputatio loco iam citato, quàm ut huc eam referri oporteat.

51. *Quiſnam igitur eſt modus, & quæ via legitima, expurgandi Pleuriticos per tuſſim? Reſpondeo Ea quæ breviſſima, & item tutiſſima exiſtit. Nulla autē brevior tutiorq; eſſe poteſt, quàm ut fiat humorum expurgandorum tranſudatio per ſuccingentem membranam in Thoracis ſpatium, eo modo quo ſanguinem in fractu ris oſſium callo obducendis, per cutem penetrare docuimus.*

52. *Deinde ut ex Thoracis ſpatio iidem humores expurgandi, in aſperæ Arteriæ ramos, qui terminantur in ambientem pulmonum tunicam, apertiq; manent ob cartilagineam ſubſtantiam, valida Thoracis conſtrictione (quæ expirando tuſſiendoq; fit) quodammodo imprimantur. hic cap. 3. cc. dd.*

De Diaphragmate.

53. *Thoracem diximus circumſcribi utrinq; à Coſtis: parte poſteriori Spina, & anteriori parte Pectoris: ac Diaphragmate. Idipſum verò Diaphragma muſculus quidam latus eſt, circulari formâ, qui parte anteriori & ſuperiori ad os pectorale pertingit; inde retro ſemper*

per

Digitized by Google

per deorſum tendit uſq; ad Spinam, cui ad lumbos coaleſcit. lib. 6. de uſu partium, cap. 2. a. & lib. 13. eiuſdem operis, cap 5. d.

54. Hoc nomen primùm huic parti impoſuit Plato, eò quòd putabat, eam διαφράττειν τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς ἐν καρδίᾳ μετεχόμενον, ἀπὸ τοῦ καθ᾽ ἧπαρ ἐπιθυμητικοῦ: id eſt, ſeparare facultatem iraſcibilem in, Corde exiſtentem, à concupiſcentia, quæ in Hepate ſedem habet. hic cap. 4. e. f. Ariſt quoq; lib. 3. de partibus Animalium, cap 10 14. ab eodem quaſi uſu hanc partem vocat διάζωμα καὶ ὑπόζωμα, id eſt, ſuccinctatum.

55. Eandem partem appellabant antea φρένας, id eſt, mentem, quo nomine Plato quoq; uſus eſt, & Ariſt. Hic quidem, ὡς ἐγγὺς οὔσας τῶν μετεχόντων τοῦ φρονεῖν, i. quæ ſit Cordi vicina, in quo ſapientia ſedem eſſe putabat. Cæteri, partim ὡς μετεχούσας τοῦ φρονεῖν, id eſt, quæ participes mentis eſſent: aut τῷ φρονοῦντι μορίῳ συμβαλλομένας, id eſt, quæ inſervirent ei parti, in qua ſapientia eſt: aut deniq; quòd inflammatione huius partis contingat βλάπτεσθαι τὴν φρόνησιν, id eſt, lædi mentem. hic cap. 4. e f. Plinius lib. 11. cap. 37. verſu 329. eandem hanc partem præcordia nuncupat.

56. Eſt autem Diaphragmatis uſus non tantùm ille, quem Plato & Ariſt. obſervarunt, & quem etiam Gal. 5. de uſu partium, cap. 15 a. comprobavit: unde illi hoc nomen indiderunt: Sed alius longè præſtantior: ut ſit Reſpirationis ordinaria, quæ fit in homine ſano, quieſcente & tacente, proprium inſtrumentum. hîc cap. 4. f. & libro ſuperiori, cap. 4. g. cap. 7. f. Item lib. 8. de anatomica adminiſtratione, cap. 2. f. g. Deniq; tertius, ut unà

cum Muſculis abdominis ad alvum deijciendam auxilio ſit. 5. de uſu partium, loco iam citato.

57. Hinc ergo accidit, ut ex illius affectibus Reſpiratio neceſſariò lædatur. hîc cap. 4. f. Idipſum verò contingit, ſive proprio affectu laboret, ſive per ſympathiam afficiatur. Duplex autem eſt hîc Sympathia; una, qua Diaphragma ſuos affectus Cerebro communicat: præſertim calorem vaporemq́; calidum: quando ſcilicet phlegmone laborat. Idq; alterando deliria efficit phreneticorũ delirijs perſimilia. hîc cap. 4. f. g. Altera, qua ipſum particeps fit in alijs partibus exiſtentium affectuum.

58. Incipiente igitur proprio Diaphragmatis affectu, inflammatorio imprimis, antequam delirent, denſam parvamq; Reſpirationem habent: ſuperveniente autem delirio, multa varietate inæqualem Spiritum ducunt. ibid.

59. Proprium quoq; eſt eorum, qui Diaphragmatis Phlegmone laborant, ἀνασπᾶσθαι τὸ ὑποχόνδριον, *i. retrahi & quodammodo convelli hypochondrium: & quidem ſtatim ab initio dum eſt adhuc in fieri: cùm eadem Retractio in vera phrenitide non niſi rariß. & poſtquam iam facta eſt, superveniat. hîc cap. 4. h. a.*

60. Præterea, eiuſdem Diaphragmatis inflammationi ſupervenientia deliria, aut nulla aut perexigua præcedunt ſigna verè phrenetica, quæ veram phrenitidem ſolent præcedere: de quibus actum eſt in doctrina de phrenitide, in diſput. anni 1610. theſi 96. & ſequentibus. Quorum præcipua recenſet Galenus hîc cap. 4. f. g. nempe Oblivionem, Somnos turbulentos, Vigilias, Reſponſiones præter conſuetudinem feroces, Potum exiguum,

guum, Reſpirationem raram, magnam, Pulſus parvos, duros.

61. Poteſt etiam Diaphragma laborare intemperie frigida ob præcedentem phlegmonem difficulter curatam, ex qua ad motũ imbecille redditur: cuius exempla habes lib. 4. huius operis, cap. 4. h. in Athleta Secundo, & alio, qui ab equo in præcordijs calcitratus, difficulterq; curatus, ſolo Diaphragmate reſpirare non poterat.

62. Si qui præter hos, affectus Diaphragmati eveniant per abſceſſus, vulnera, & ſimiles cauſas procatarcticas, ij ſunt manifeſti ad ſenſum.

63. Ex aliarum partium autem affectibus proprijs læditur Diaphragma per Sympathiam, partim qui privatur influxu facultatis Motricis, in Affectibus ſpinalis Medullæ ſupra quartam ſpinæ vertebram, aut cerebri ipſius: ſed tunc non diaphragmatis motus ſolus afficietur; verùm omnium partium inferiorum motus ſimul quoq; læſus erit.

64. Partim afficitur ex phlegmonoſis affectibus partium vicinarum, Hepatis ſ. Ventriculi, Lienis, Coli, aut aliarum, quibus comprimitur, minoremq; ac denſiorem Reſpirationem efficit, quàm ſecundùm naturam eſſe debebat. Idem accidit etiam in mulieribus gravidis, Hydropicis: ijs item qui cibo copioſiori ſe repleverunt. 1. de Dyſpnœa, cap. 11. c.

Diſputatio IV.

De Oeſophago.

65. Partem eam quæ inter fauces & ſuperius orificium ventriculi media interiacet, & per quam cibos & potie-

potiones in ventriculum deglutimus, οἰσοφάγος Veteribus vocabatur: Poſt Ariſt. tempora στόμαχος dici cœpit. Ariſt. in lib. de partibus & hiſtoria animalium, utroq; vocabulo uſus eſt. hic cap. 5. a. Plinius lib. 10. cap. 37. verſu 239. eandem hanc partem vocat Gulam.

66. Solent autem Latini ſcriptores per Gulam non totũ Oeſophagum, ſed tantummodo illius partem ſuperiorem intelligere, quæ cum interna oris parte guſtus eſt particeps, unde guloſi dicuntur qui patrimonium abliguriunt.

67. Stomachi quoq; vocabulum non Oeſophago tantùm attribuit Galenus, ſed etiam ipſi Orificio ventriculi, ut vides hîc cap. 6. f. Item 1. de cauſ. ſympt. cap. 7. d. a. Item 13. Method. cap 13. g. Attribuitur præterea στομάχου vocabulum Ventriculo ipſi, ut vides lib. 8. de local. Medic. cap. 2. 3. 4. Latini ſcriptores plerunq; per Stomachum intelligunt Ventriculum, ut Celſus lib. 1. cap. 2. Plinius item loco priùs citato.

68. Oeſophagus autem (ut habes hîc cap. 5. a. b. & lib. 2. de naturalib. facult. cap. 8. item lib. 6. de uſu partium, cap. 8.) binis tunicis conſtat, quæ ipſi atq; ventriculo cõmunes ſunt. Earum interior membranoſa magis, fibras rectas habet, ſurſum rectà tendentes, quibus eadem tunica internas oris partes, internamq; ſummæ Arteriæ aſperæ regionem inveſtit. Iiſdem verò rectis fibris trahit cibum potionemq; ex ore in ventriculum, ut locis citatis demonſtratur.

69. Exterior paulò carnoſior eſt, habetq; fibras tranſverſas quibus conſtringitur: ſeſe verò conſtringendo, aut deorſum propellit cibum potionemq;, ſi ſuperiori parte

incipiat:

incipiat: atq; ita auxilio eſt interna tunica per rectas fibras trahenti: Aut ſi in imo ventriculo incipiat eadem conſtrictio, ſurſum per vomitum propellit, quæ in ventriculo continentur. ibid.

70. *Eiuſdem huius ſtructuræ ratione duplicem uſum habet Oeſophagus; unum quidem ut ſit via per quam tranſeant ea, quæ deglutiuntur, aut vomitu reijciuntur: Alterum, ut eandem deglutitionem utraq; tunica efficiat; vomitionem verò per ſolam exteriorem. ibid.*

71. *Vt autem integrâ, utrâq; functione Oeſophagi; ita ut ſit liber tranſitus ſurſum deorſumq; ijs quæ deglutiuntur aut vomuntur: deinde ut fiat utraq; hæc Actio ſine impedimento; ſanum eſſe Oeſophagum intelligimus: Ita ſi aut anguſtia aliqua quocunq; modo tranſitum impedierit: aut tunicæ ambæ in deglutiendo, aut exterior ſola in vomendo, non fungatur ſuo munere, aut debiliter, aut depravatè fungatur: affici hanc partem intelligimus. ibid.*

72. *Multoq; evidentiùs idipſum cognoſcemus, ſi cum dolore fiat deglutitio, qui eo loco percipiatur, ubi ſitus eſt Oeſophagus: aut ſi ſanguis aut pus ab eodem vomitu reijciantur. Item ſi inter deglutiendum, præſertim acria & aſtringentia, dolor augeat, & abſoluta deglutitione mitigetur: hæc enim omnia affectum eſſe Oeſophagum ſignificant. ibid.*

73. *Affectus, quibus obnoxius eſt Oeſophagus, ob duplicem illius uſum iam explicatum, primùm quidem genere etiam ſunt duplices: Alij, quibus afficitur* ὡς ὁδὸς, *id eſt, tamquam via: alij, quibus afficitur* ὡς ὄργανον, *id eſt, tamquam inſtrumentum deglutiendi vomendiq;;*

Deinde

Digitized by Google

potiones in ventriculum deglutimus, οἰσοφάγος Veteribus vocabatur: Poſt Ariſt. tempora ςόμαχος dici cœpit. Ariſt. in lib. de partibus & hiſtoria animalium, utroq; vocabulo uſus eſt. hic cap. 5. a. Plinius lib. 10. cap. 37. verſu 239. eandem hanc partem vocat Gulam.

66. Solent autem Latini ſcriptores per Gulam non totũ Oeſophagum, ſed tantummodo illius partem ſuperiorem intelligere, quæ cum interna oris parte guſtus eſt particeps, unde guloſi dicuntur qui patrimonium abliguriunt.

67. Stomachi quoq; vocabulum non Oeſophago tantùm attribuit Galenus, ſed etiam ipſi Orificio ventriculi, ut vides hîc cap. 6. f. Item 1. de cauſ. ſympt. cap. 7. d. a. Item 13. Method. cap 13. g. Attribuitur præterea ςομάχου vocabulum Ventriculo ipſi, ut vides lib. 8. de local. Medic. cap. 2. 3. 4. Latini ſcriptores plerunq; per Stomachum intelligunt Ventriculum, ut Celſus lib. 1. cap. 2. Plinius item loco priùs citato.

68. Oeſophagus autem (ut habes hîc cap. 5. a. b. & lib. 2. de naturalib. facult. cap. 8. item lib. 6. de uſu partium, cap. 8.) binis tunicis conſtat, quæ ipſi atq; ventriculo cõmunes ſunt. Earum interior membranoſa magis, fibras rectas habet, ſurſum rectà tendentes, quibus eadem tunica internas oris partes, internamq; ſummæ Arteriæ aſperæ regionem inveſtit. Iiſdem verò rectis fibris trahit cibum potionemq; ex ore in ventriculum, ut locis citatis demonſtratur.

69. Exterior paulò carnoſior eſt, habetq; fibras tranſverſas quibus conſtringitur: ſeſe verò conſtringendo, aut deorſum propellit cibum potionemq;, ſi ſuperiori parte incipiat:

Digitized by Google

incipiat: atq; ita auxilio eſt interna tunica per rectas fibras trahenti: Aut ſi in imo ventriculo incipiat eadem conſtrictio, ſurſum per vomitum propellit, quæ in ventriculo continentur. ibid.

70. Eiuſdem huius ſtructuræ ratione duplicem uſum habet Oeſophagus; unum quidem ut ſit via per quam tranſeant ea, quæ deglutiuntur, aut vomitu reÿciuntur: Alterum, ut eandem deglutitionem utraq; tunica efficiat; vomitionem verò per ſolam exteriorem. ibid.

71. Vt autem integrâ, utrâq; functione Oeſophagi; ita ut ſit liber tranſitus ſurſum deorſumq; ÿs quæ deglutiuntur aut vomuntur: deinde ut fiat utraq; hæc Actio ſine impedimento; ſanum eſſe Oeſophagum intelligimus: Ita ſi aut anguſtia aliqua quocunq; modo tranſitum impedierit: aut tunicæ ambæ in deglutiendo, aut exterior ſola in vomendo, non fungatur ſuo munere, aut debiliter, aut depravatè fungatur: affici hanc partem intelligimus. ibid.

72. Multoq; evidentiùs idipſum cognoſcemus, ſi cum dolore fiat deglutitio, qui eo loco percipiatur, ubi ſitus eſt Oeſophagus: aut ſi ſanguis aut pus ab eodem vomitu reÿciantur. Item ſi inter deglutiendum, præſertim acria & aſtringentia, dolor augeat, & abſoluta deglutitione mitigetur: hæc enim omnia affectum eſſe Oeſophagum ſignificant. ibid.

73. Affectus, quibus obnoxius eſt Oeſophagus, ob duplicem illius uſum iam explicatum, primùm quidem genere etiam ſunt duplices: Alÿ, quibus afficitur ὡς ὁδὸς, id eſt, tamquam via: alÿ, quibus afficitur ὡς ὄργανον, id eſt, tamquam inſtrumentum deglutiendi vomendiq;

Deinde

Deinde alij ex hiſce mixti, ſi utroq; modo afficiatur. hîc cap. 5. b. c.

74. Tamquam viâ ſolomodo afficitur Oeſophagus ob στενοχωρίαν ἐπίκτητον ἐκ τῶν κειμένων, i. ob anguſtiam factam à vicinis partibus, quæ eum extrinſecus tangunt premuntq;: cuiuſmodi ſunt tumores, v. g. in Anginâ; præſertimq; eâ qua vertebræ Colli laxantur ad anteriora: de quibus vide diſput. Anni 1610. theſi 41. & ſequentibus. Idem etiam accidit ob alios tumores muſculorum ſubiectorum: quibus aliquando tanta anguſtia oritur, ut potus ad nares recurrat. ibid.

75. Tamquam Inſtrumentum afficitur Oeſophagus, ὅταν ἀδυνατεῖ τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἐπιτελεῖν: i. quando ob affectus propriæ ſubſtantiæ non poteſt ſuo munere fungi, quamvis à nulla cauſa forinſecùs anguſtior reddatur. ibid.

76. Idipſum contingere poteſt, primùm ob ſolam nudamq; intemperiem ſolius Oeſophagi, ex qua redditur imbecillis ad deglutiendum, ut tardè tranſeant quæ devorantur, & quandoq; in medio itinere hæreant: & tales ſupino decubitu difficiliùs; erecti faciliùs deglutiunt: hîc cap. 5. c. d.

77. Poteſt etiam imbecillis reddi Oeſophagus, ob totius Corporis intemperiem nudam, quando vires ſunt valde debiles, ut vix iuſculum deglutiant. Sed longè deterior eſt Morbus, ſi unà cum intemperie tumor aliquis adiunctus ſit: nam tunc afficitur & tamquam via & tamquam inſtrumentum; & ſi tumor ſit phlegmonoſus, inter deglutiendum dolor vehementiſſ. percipitur: ſitis item & febris aderunt. ibid.

78. Sup-

78. *Suppuratâ phlegmone poteſt rumpi abſceſſus, pus vomitu reÿci, atq; tunc ſequitur ulcus, & in ulcerata parte dolor, qui ex devoratis acribus aut aſtringentibus exacerbatur inter deglutiendum, præſertim circa dorſum: eſtq; talis affectus valde periculoſus, imprimis ſenibus. ibid.*

79. *Poteſt etiam fieri, ut in Oeſophago vena quædam per* ἀναστόμωσιν *aperiatur, ſanguisq; reÿciatur abſq; dolore: cùm è contrà ſi per* διάβρωσιν *fuerit eroſa, aut ab externis cauſis fracta, dolor percipietur. ibid.*

Diſputatio V.

De Ventriculo, imprimis illius Orificio ſuperiori.

80. *Oeſophagus in Ventriculum terminatur, qui Græcis dicitur* κοιλία καὶ γαστήρ. *Idem Ventriculus 4. de uſu partium, cap. 1. g. dicitur eſſe* ταμεῖον τὴν τροφὴν ἁπᾶσαν ἐκδεχόμενον, ὃ καὶ πονεῖ περὶ τὰ σιτία τὸν πρῶτον πόνον, οὗ χωρὶς ἄχρηστά ἐστι τῷ ζώῳ: *i. promptuarium ſuſcipiens alimentum univerſum, primamq; circa ipſum alterationem (quam primam concoctionem vocant) efficiens, ſine qua eſſet animali inutile. Idem dicitur 6. de Anatom. adminiſt. cap. 2. b. c. aliÿsq; locis.*

81. *Præter binos hos, quos obtinet, uſus, eſt etiam* τῆς ὀρέξεως ὄργανον, *i. Appetitus inſtrumentum, percipiens alimenti defectum, & animal ad edendum bibendumque irritans. Habet præterea vim alimentum ex ore attrahendi per Oeſophagum, & retinendi, donec facta ſit con-*

concoctio: & poſtmodum quicquid ſuperfluum ipſi remanet, deorſum per Pylorum in Inteſtina reyciendi: quibus actionibus toti Corpori inſervit.

82. Quòd autem has habeat facultates per univerſam ſuam ſubſtantiam ventriculus: teſtantur quæ hic cap. 6. g. h. dicuntur de curatione Grammatici, & aliorum qui convulſionibus per conſenſum ventriculi laborabant: item hypochondriacâ Melancholiâ: Præterea quæ eodem capite, a. b. de ventriculo docentur. Item 1. de cauſ. ſympt. cap. 7. e. f.

83. Hoc ipſum verò etſi ita ſit, tamen ſuperior ventriculi pars, ipſumq; ſuperius illius Orificium, quantò magis exquiſito ſenſu præditum eſt: ob nervos à ſexta coniugatione illi inſertos, 4. de uſu partium, cap. 7. f. g: item lib 11. cap 11 g. h. & alibi: tantò maiorem vim habet ad ὄρεξιν excitandam. Et è contrà, inferior ipſius pars circa fundum, maiorem obtinet vim concoquendi: ut vides ex ijs quæ dicuntur hîc à Galeno initio huius ſexti capitis: præterea circa eiuſdem finem.

84. In eundem ſenſum dixit etiam Galen. cap. 2. e. libri de inſtrumento Olfactus: Ὀρέξεως σιτίων καὶ πομάτων ἡ γαστήρ ἐστι ὄργανον, καὶ ταύτης μάλιστα τὸ στόμα, id eſt Appetendi cibi potionisq; Inſtrumentum eſt ventriculus, & maximè ea illius pars, quæ circa orificium exiſtit. Item 4. de uſu partium, cap 7. e. μόνῃ τῇ γαστρὶ, καὶ ταύτης μάλιστα τοῖς κατὰ τὸ στόμα μορίοις, ἐνδείας αἴσθησιν ἐπέστησεν. id eſt, Soli ventriculo indidit Natura ſenſum indigentiæ, maximeq; illius partibus, quæ ſunt circa ſuperius Orificium.

85. Ipſe verò Appetitus, qui ὄρεξις dicitur (ſecundùm

ea quæ

ea quæ docentur à Galeno & locis iam citatis, & præcipuè 1. de ſympt. cauſis, cap. 7. d. e.) fit ſentiendo alimenti defectum vi quadam tangendi exquiſitiſſimâ, qua venter, præſertimq́; illius ſuperius orificium percipit ſuctionem venarum ab ipſo trahentium alimentum.

86. Ex huiuſmodi enim ſuctionis perceptione moleſtia quædam oritur, quæ ἔφεσιν τ̃ πληρώσεως, i. deſideriũ repletionis excitat: ut ventre repleto, Venæ quæ ex ventriculo trahebant, eo relicto, ad cibos convertantur. Vide diſput. Anni 1605. theſi 147. & ſequent.

87. Sed unde cognoſcemus num afficiatur ventriculus? aut quomodo afficiatur? Reſpondeo. Ex læſis actionibus illius, ac ſymptomatibus alijs, quæ ei ſuperveniunt: ſive ſint propria ſuperiori, ſive inferiori illius parti; ſive communia utriq́;.

88. Affectâ parte Ventriculi ſuperiore, ipſoq́; ſuperiori orificio, ſequuntur ſymptomata; Quædam κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, i. immediatè, nec interveniente alterius partis affectu, ut omnis generis Appetitus læſiones: Quædam verò συμπαθούντων αὐτῷ ἑτέρων μορίων, i. interveniente conſenſu aliarum partium, quæ ob Ventriculum affectæ, poſtea cauſæ exiſtunt huiuſmodi ſymptomatũ. hic c. 6 f. g. h. item 1. de cauſis ſympt. cap. 7. c. d.

89. Quæ attracto in Ventriculi conſenſum Cerebro fiunt ſymptomata, Ventriculiq́; orificium ſuperius præcipuè ſignificant: ea ſunt convulſiones epilepticæ, caroſi affectus, melancholia hypochondriaca, ſomni turbulenti, ſuffuſioni ſimilia ſymptomata. Ex conſenſu Cordis ſtomachicæ ſyncopæ oriũtur, itẽ ἀσφυξίαι, μικροσφυξίαι. Ex utrinq́; deniq́; conſenſu proveniũt ApnϾæ, DyſpnϾæ. ibid.

90. *Sed quia huiuſmodi ſymptomata poſſunt etiam evenire ex proprio Cordis aut Cerebri affectu, ut antè th. 6. & ſequentib. itemq; in Diſp. Anni 1610. th. 28. 46. 66. & ſequentib. apparet: Idcircò diligenter diſtinguenda erunt, ut Curatio rectè inſtitui queat. Primùm quidẽ ἐκ τῶν προηγουμένων, i. ex iis quæ ſolent præcedere huiuſmodi ſymptomata v. g. in Grammatico, cuius mentio fit hîc cap. 6. g. ipſas convulſiones præcedebant longa inedia & ira: in aliis crapula, immodicusq; Veneris uſus; quæ Ventriculum imprimis affici ſignificant.*

91. *Secundò ex iuvantibus & nocentibus. Si enim ex iis quæ Ventriculo proſunt: mitigantur hæc ſymptomata; ut in eodem Grammatico commoda victus ratio, & uſus hiera picra. Tertiò quòd omnia hæc iam commemorata ſymptomata, quæ fiunt conſenſu Ventriculi, mitiora ſunt iis, quæ fiunt per Idiopathiam Cerebri aut Cordis, ut vides etiam lib. 3. huius operis, cap. 7. ddd.*

92. *Quòd ſi quæras autem, qualis Ventriculi, præſertimq; ſuperioris illius orificii Affectus, tracto in conſenſu Cerebro aut Corde, poſſit huiuſmodi ſympt. producere? Reſpondemus primùm generaliter, quòd talis ſit, ex quo ad Cerebrum aut Cor Vapor aut Calor aut alia aliqua qualitas inimica diſtribuitur. lib. 3. huius operis, cap. 7. f. g. ff. aa. ddd. Item 5. Aph. 1.*

93. *Deinde dicimus, quòd ſyncopæ ſtomachicæ, ἀσφυξίαι, μικροσφυξίαι, ut & Apnœæ, Dyſpnœæ, ex Affectu valde dolorifico fiant, ſive à ſuccis mordentibus, ſive vehemẽter frigidis, ſive flatuoſo aliquo ſpiritu frigido. Quibus accedit ſenſus Nervorum exactiſſimus, Cerebri & Cordis imbecillitas. hîc c. 6. h. a. Item 1. de cauſ. ſympt. cap. 7. b. c.*

94. Im-

94. Immediatè autem affici orificium Ventriculi, cognoſcemus ex læſis proprijs illius functionibus: nempe Appetitu. Nam ſi is aut abolitus ſit, aut vehementer imminutus, aut depravatus, neceſſe eſt eam partem eſſe affectam, quæ eſt proprium appetendi organum. ibid.

95. Sub depravato Appetitu non Pica tantùm, & qui ſimiles ſunt affectus, continentur, ſed etiam fames canina vocata: Item βούλιμος dictus, quem à canino Appetitu Galenus lib.1.de cauſis ſympt.cap.7.diſtinxit: uti etiam Paulus lib.2.cap 50.51.& alij.

96. Ex dolore etiam ac ſitu certa ſigna habere poteris de Ventriculi orificio. Eius enim dolores tanti ſunt, ut vocentur καρδιαλγίαι, tanquam ſi Cordis dolores nũcupes: fiunt autem ab acribus & mordentibus ſuccis. Hiſce ſuffragantur etiam Excreta: Nam ſi per nauſeas vomitusq; excernantur huiuſmodi humores, aut aliàs corrupta quædam: certior adhuc eris de huius partis affectu. ibid. Vide etiam diſput. Anni 1605. theſi 147. & ſequentibus.

97. Et quæ hactenus de ſignis ac ſymptomatibus, quibus affici ſuperius Ventriculi orificium ſignificatur, docuimus: ea ſuo quodam modo ad totum Ventriculũ pertinent, poſſuntq; ad totum illum accommodari, & eius Affectus ſignificare. hîc cap.6.aa.

98. Nam in Grammatico, qui ob longiorem inediam epilepticis convulſionibus vexabatur: & in eo qui melancholia hypochondriaca laborabat: in eo item qui ſuffuſioni ſimilia ſymptom. patiebatur; principaliter quidem erat affectum Ventriculi ſuperius orificium: ſecundariò autem totus Ventriculus. Idemq; de cardial-

Digitized by Google

gia, ſomnis turbulentis, Appetitus læſionibus, aliiſq; ſimilibus iudicare oportet. ibid.

99. Sed rurſus, quia prima cibi concoctio evidentior fit in ipſius cavitate ac fundo: uti etiam ciborum ex ore attractio, retentio, & excrementorum expulſio: Idcircò propria ſigna de totius Ventriculi affectu, ex hiſce functionibus læſis potiſſimùm deſumere oportet. ibid.

100. Quòd ſi quis ergo cibum non poteſt deglutire: aut difficulter deglutire queat: aut non retinere poſſit; cùm Oſophagi tùm imprimis Ventriculi affectu fieri id oportet: imprimiſq; ſi cibi non concoquantur, diminutè coquantur, aut corrumpantur. ibidem. item 3. de cauſis ſympt. cap 1. h. a. & lib. 1. huius operis, cap. 3. b. c. cap. 4. d.

101. Debiles concoctiones cògnoſcuntur, quando diu hæret in Ventriculo cibus, gravitatis ſenſum efficit, item flatulentias ac fluctuationes. 3. de nat. facult. cap. 4. f. g. Depravata, quando vomitu aut etiam per alvum, fœtida reiiciuntur: Item ex ructibus fœtidis. Abolita, quando reiiciuntur cibi ſurſum aut deorſum, crudi, cum eo ſapore & odore, quem habebant tunc, quãdo devorabantur. ibid. item 3 de cauſ. ſympt. cap. 1. h. a. Item 1. de locis affect. cap. 3 4. Vide etiam theſes Anni 1604. theſi 57. & Anni 1607. theſi 1. & ſequentibus.

102. De cauſis autem affectibuſq; Ventriculi, quibus propria illius actiones læduntur, ex profeſſo egimus in theſib. Anni 1607. loco iam citato.

103. Sanguis quandoq; vomitu reiicitur: & quidem vel ex Oeſophagi ipſius affectu: de quo cògnoſcendo priùs theſi 72. & ſequent. actum eſt. Poteſt verò etiam ex

ex Ventriculi cavitate excerni: præterea ex Liene aut Hepate ſurſum in Ventriculum. hic cap. 6. b.

Diſputatio VI.

De Hepate.

104. Ventriculo proximè adiacet Hepar, quod in dextro hypochondrio, intra peritonæum, ſub notis coſtis, tribus Abdominis muſculis tectum continetur. hic c. 7. d. Vicinis autem partibus cohæret per vincula quædam; Ventriculo quidem & Inteſtinis per venas & membranam colligantem: Peritonæo per tunicam, qua inveſtitur, ab eodem ortam: Diaphragmati & notis Coſtis per fortia ligamenta: Cordi denique per venam cavam. 4. de uſu partium cap. 14. f.

105. Idem Hepar in homine permagnum eſt, aliorum Animalium, quæ eiuſdem ſunt magnitudinis, reſpectu: & quà Venam cavam ex ſe profert, Septumque transverſum attingit, gibbum atque læve: quà verò amplectitur Ventriculum & portam Venam de ſe producit, ſimum exiſtit. 6. de anatom. adminiſt. cap. 8. & hic cap. 7. e. f.

106. Ex Ventriculo autem per Venas meſaraicas alimentum in portam Hepatis pervenire: & inde per tenuiſſimos illius ramos in ſimam illius ſubſtantiam diſtribui: item ex iiſdem tenuiſſimis Venæ portæ ramis tranſumi deinde alimentum in tenuiſſimos itidem Venæ cavæ ramos, qui ex gibba ad hos perveniunt: ut deinde per venam cavam toti Corpori diſtribuantur; apud omnes Medicos in confeſſo eſt: quamvis nemo poſ-

Digitized by Google

ſit videre Anaſtomoſin, qua rami Venæ portæ coniunguntur cum ramis ipſius Venæ cavæ. hîc cap.7.g.h.

107. *Cuius verò functionis causâ conditum eſt Hepar? Reſpondemus: Quia primarius fons ſignorum, quibus partes affectas cognoſcimus, ab actione læſa dependet: idcircò de Hepatis uſu & functione ſolidè diſſerendum eſſe. Ob quam cauſam nos in poſteriori diſputatione de Natura hominis, quæ de ſanguificationis inſtrumento inſcribitur, diligentiſſimè hanc quæſtionem tractavimus: omneſq; opiniones examinando, Hippocratis & Galeni ſententiam approbavimus.*

108. *Hic igitur ſummatim tantùm dicimus de Hepate, quòd functiones quaſdam habeat communes cum cæteris partibus: nempe attrahendi alimenti, idipſumq; retinendi, concoquendi, & ſuperfluitates expellendi: Vnam verò peculiarem propriamq;, penes modum, quo alterat concoquitq; alimentum, conſiſtentem. hîc cap.7.cc.*

109. *Neq; enim ſimpliciter concoquit attractum ex Ventriculo & Inteſtinis per Venas meſaraicas alimentum, ſed ita alterat, ut eum in ſanguinem convertat, quo ipſius ſubſtantia primùm nutritur, deinde etiam reliquæ totius Corporis partes. Cuius ſuæ functionis ratione alimentum toti Corpori procurat, & naturalis facultatis ſedes cenſetur. 4. de uſu partium, cap.3.4.5.12. Item 6. de Placit. Hippocr. & Platon. cap.3.4.5.8. aliiſq; locis.*

110. *Conſentiunt hiſce, quòd Natura in Hepate & iuxta Hepar pararit omnia, quæ ad materiam comparandam, Sanguinem ex eadem materia concoquendũ,*

ab

ab excrementis expurgãdum, & omnibus Corporis partibus diſtribuendum, requiruntur.

111. Ad materiam comparãdam facta ſunt Venæ meſaraicæ, quibus Hepar chylum attrahit: Ad ſanguinem efficiendum, Parenchyma ipſius: Ad ſanguinem expurgandum, Veſica fellis, Lien, Renes: Ad eum toti Corpori diſtribuendum, Vena cava imprimis facta eſt. Quæ cùm ita ſint, & Natura omnia meliori modo agit: non alijs partibus implantat facultates, quàm in eas ipſas, quibus paravit inſtrumenta ad agendum.

112. Sed cùm Hepar ſit pars inſtrumentaria, conſtans ex Parenchymate, Venis, Arterijs, Membrana integente, Nervulo per eam diſperſo, ligamentis item, quibus vicinis partibus annectitur: Quæritur hìc meritò, utrùm ſecundùm ſe totum, an una aliqua ſola parte ſit ſanguificationis inſtrumentum? Item quænam illa ſit?

113. Reſpondemus, ſanguificationem eſſe actionem naturalem: Omnes autem actiones naturales à partiũ ſimilarium certa temperie prodire: Et in omni inſtrumento oportere cauſam primariæ functionis uni alicui eius parti ſimilari aſcribere: & quidem illi, quæ eidem inſtrumento ſit peculiaris, neq; in alio ullo inſtrumento inveniatur: Idcircò ipſi Hepatis Parenchymati hanc actionem aſcribi oportere. de Morb. differ cap. 6. Item Meth. medendi, lib. 2. cap. 6. g. h. lib. 7. cap. 2. d. item de uſu partium, lib. 4. cap. 12 & lib 6 cap. 8. a.

114. Accedit hiſce omnibus ſimilitudo ſanguinis cum parenchymate Hepatis: quod veluti ſanguis quidam concretus eſt. Itaq; quia ἕκαστον τῶν ἀλλοιούντων μορίων τὴν τροφὴν, οἷον σκοπὸν ἔχει καὶ τέλος, ἑαυτῷ συνεξο-

μοιῶσαι τὸ ἀλλοιούμενον: i. ſingulæ partes in alterando alimento tamquam ſcopum quendam propoſitum habent, ut aſſimilent ſibi id quod alterant: Idcircò ab ea Hepatis parte factum eſſe ſanguinem oportet, cuius eſſentiæ quàm ſimilimus eſt. 4. de uſu partium, cap. 12. item 6. de Placitis, cap 8. h.

115. Sed ſi hæc ita ſe habent, & Hepar parenchymatis ſui ratione proprium eſt ſanguificationis inſtrumentum: Cur ſolet Galenus Venis ſæpenumero vim ſanguinis effectricem aſcribere?

116. Reſpondeo breviter. Sicuti Arteriæ à Corde, unde oriuntur, obtinent vim pulſificam: ſpinalis Medulla & Nervi à Cerebro, tamquam principio, animalem facultatem; ita Venæ ab Hepate habent naturalem & ſanguificam vim. Et quæcunq; ineſt Venis ſanguificandi facultas, eam obtinent οὐ κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, id eſt, non ſua propria naturæ ratione, ſed ratione ſui principij. 6 de Placit. cap. 8. h. & de uſu partium, lib. 1. cap. 16. lib 4. cap. 12. d. e.

117. Eſſe verò Hepar Venarum principium, communis eſt conſenſus Galeni, Hipp. cæterorumq; recentiorum Græcorum, Arabum item, & optimorum quorumq; Anatomicorum noſtri temporis. Et quamvis aliqui hiſce obijciant, Venas ex ſemine eſſe factas, nō ex Hepatis ſubſtantia: tamen nobis ſufficit, quod Galenus lib. 6. de Plac. cap. 8. f. g. ait, καὶ τῆς πρώτης γενέσεως τῶν φλεβῶν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ὕλην διοικήσεως ἀρχὴν εἶναι τὸ ἧπαρ: i. Hepar eſſe & generationis venarum, & diſpenſationis materiæ, qua Corpus nutritur, principium.

118. Hoc autem non ita intelligendum, tamquam ſi

velit

velit ex Hepatis ſubſtantia eo modo factas eſſe venas, ut ex are ſit ſtatua: imò neq; eo modo, ſicuti ex cerebro ſpinalis medulla progerminavit; ſed quòd in Hepate ſit prima radicatio venarum, qua ſe habent ad omnes venas, ut in plantis locus, in quem ſemen fuit coniectum. 6. de Placitis, cap. 5. g. item de fœtus formatione, cap. 5. c. d.

Vtrùm Hepar afficiatur?

119. Hactenus de Hepatis natura, uſu & functionibus ſummatim docuimus: plura de hiſce, & copioſiùs tractata, habes in diſputatione noſtra paulò antè theſi 107. citatâ. Deinceps quarendũ erit de ſignis, quibus cognoſcamus, an afficiatur? & quibus affectibus laboret?

120. Prioris quaſtionis explicationem ordiri oportet ab illius actione: nempe ἐκ τε τῆς πλεονεξίας ϗ ἐνδείας τῶν χυμῶν, ἐκ τροπῆς τε εἰς τὸ παρὰ φύσιν: *i. ab abundantia aut defectu humorum, quibus Corpus nutritur, eorundemq; in ſtatum præternaturalem converſione. hîc cap. 7. g. dd. Item cap. 78. artis medica.*

121. Quia enim propria Hepatis functio eſt ſanguiſicatio: Idcirco ex ſanguinis copia & bonitate (qua penes τὴν ἀνάδοσιν ϗ θρέψιν, *i. diſtributionem nutritionemq; conſideratur, & ex bono Corporis habitu cognoſcitur) ſalabritas Hepatis ſignificatur.*

122. Ita rurſus ex ſanguinis defectu, aut pravitate, qua in Cacochymia, Atrophia Habitu cachectico, hyderico, icterico, & alijs ſimilibus Affectibus apparet, contraria Hepatis conſtitutio cognoſcitur. ibid.

123. Conſideranda deinde excreta: quorum aliqua

non modò affici Hepar ſignificant: ſed etiam tali quodam modo. v.g. Deiectiones loturæ Carnium ſimiles, ſanguificæ functionis debilitatem ſignificant. Item quãdo fœculentus nigerq; ſanguis deijcitur: calidam Hepatis intemperiem denotat. Idem indicant Bilis tum ſyncera, tum vitellina aut etiam æruginoſa vomitus. hic c.7. e.ee. Item 3 de cauſis ſympt. cap 2.gg.eee.

124. Quandoq; etiam urinas contingit & alui deiectiones odore & colore peſſimas excerni, Hepatis inflammationibus vi naturæ ſuppuratis, & per has vias expurgatis. hic cap.7.eee.

125. Ex ſitu & dolore etiam ſigna deſumuntur. Nam in dextro hypochondrio gravitas aut dolor hypochondrium detrahens, aut qui ad iugulum uſq; extenditur, Hepar affici ſignificant. Quòd ſi tumor quoq; eodem loco percipiatur: non affici modò, ſed magna Phlegmone aut Scirrho id laborare arguimus, & quidem in parte gibba. hîc cap 7. e f. Item cap 78. artis medicæ.

126. Propria verò affecti Hepatis accidentia penes coloris cuiuſdam pravi proprietatem conſiſtunt. Hepate enim ſuo munere non fungente; color quidam toto Corpore pravus apparet: quandoq; ſubviridis, aliquando fuſcus aut plumbeus. Et ſequuntur etiam huiuſmodi coloris vitia ex Lienis affectu, ſed nigriora magis: quibus accedit linguæ color primùm ruber, deinde niger; cibi faſtidium, ſitis ingens. ibid.

127. Quòd ſi magna ſit Phlegmone, præſertim in gibba parte, aut etiam Scirrhus: non poteſt fieri quin comprimatur diaphragma, ut ita levis quædam tuſſis inde conſequatur, ſed inanis, abſq; excreatione; & dolor

lor item, ratione ligamentorum, quibus notis coſtis copulatur, perinde ac ſi Pleuritis eſſet. ibid. & 2. prognoſt. textu 3.

Diſputatio VII.

De Hepatis affectibus cognoſcendis.

128. Vt cæteræ partes, ita Hepar obnoxium eſt Affectibus ſimilaribus, organicis & communibus, qui vel ſigillatim, vel coniunctim & complicati inter ſe varijs modis, ei accidunt. hîc cap. 7. c. d.

129. Hinc fit ut horum uno aliquo, aut pluribus aliter atque aliter complicatis, varij ſint Affectus, quibus Hepar obnoxium eſt, aut aliæ partes ab affectu Hepatis ſint afflictæ. Horum præcipui ſunt, Obſtructio, Phlegmone, Eryſipelas, Scirrhus (Oedema non cadit in Hepar, ut dicitur lib. 4. de præſagijs ex pulſibus, cap. 4.) Cachexia, Hydrops, Icterus, Hepatis ſanguificæ functionis imbecillitas abſque Phlegmone, cruentæ Deiectiones Hepaticæ & non hepaticæ, continui Solutio, & reliquarum Hepatis functionum læſiones.

De Hepatis Obſtructione.

130. Obſtructio accidit Hepati, maximè in extremitatibus venarum, quæ à Porta per ſimam ipſius partem dividuntur: Cui obnoxium eſt frequenter ob vaſorũ multitudinem anguſtiamq́;, tum ob permeantis ſucci copiam. hîc cap. 7. c. d. Item de conſtitutione artis, c. 17. d. & cap. 87. artis medicæ, ſub finem.

131. Ea-

131 Eadem obſtructio, aut cauſas habet internas, nempe craſſos viſcoſosq; humores, flatúsve craſſos, in Venarum iam dictarum extremitatibus hærentes: aut etiam cauſas extra has Venas conſiſtentes, tumores ſ. phlegmonoſos, Scirrhoſos, quibus Venæ comprimuntur atq; anguſtiores redduntur. hîc cap. 7. c g. h.

132. Aut procatarcticas, quæ pendent à pravo victu, cibis craſsi atq; glutinoſi ſucci, quorum magnum Catalogum lib 3. de alimentorum facultatib. cap. 15. b. & 5. de tuenda ſanitate, cap. 6. reperies: aut deniq; intempeſtivis exercitijs, & balneis poſt cibum uſurpatis.

133. Sed nobis ſignorum ratio potiſs. hic habenda eſt. Ex quibus ſimplex quidem obſtructio cognoſcitur, quando adeſt βάρους αἴσθησις, i. ſenſus gravitatis ac ponderis alicuius, in dextro hypochondrio. Secundò quando adeſt τάσεως αἴσθησις, i ſenſus gravitatis cuiuſdam tenſivæ ſive tenſionis, eodem loco. hîc cap. 7. c. Item cap. 73. Artis medicæ. & lib. 6. de tuenda ſanitate, cap 3 f.

Phlegmone Hepatis aut Eryſipelas.

134. Phlegmone ſolebat aliquando pro quolibet partium fervore à Veteribus uſurpari, qui aliâs propriè dicitur φλόγωσις. de morb. diff cap 7. b. In propria verò ſignificatione deſcribitur à Galeno 2. de Loc. affect. cap. 7. b. ex Veterum ſententia, his verbis: Ἔρευθος, καὶ τάσις, καὶ ἀντιτυπία, καὶ ὄγκος, καὶ ὀδύνη, τοῖς φλεγμαίνουσιν μέρεσι συμβαίνει. i. Rubor, tenſio, renitentia, tumor dolorq;, propriè inſunt partibus laborantibus phlegmone.

135. Oritur autem omnis phlegmone, in quacunq;

parte

parte conſiſtat, ὅταν αὐτὸ τὸ κατὰ φύσιν ἔχων αἷμα σφηνωθὲν, ἐν τῷ ῥευματιζομένῳ χωρίῳ διασαπῇ: *i. quando ſanguis ſecundùm naturam ſe habens, impactus, in loco fluxioni obnoxio putreſcit. 2. de Criſib. cap. 12. h.*

136. Et ſiquidem purus ſanguis fuerit, qui in parte putreſcit, pura Phlegmone erit: ſi bilioſus fuerit, Phlegmonem facit eryſipelatoſam, de utroq; affectu magis minusve participantem, prout plus aut minus de alterutro humore abundaverit.

137. Minor autem Phlegmone in alterutra duntaxat Hepatis parte hærens, poteſt abſq; imbecillitate ſanguificæ functionis conſiſtere. Vehementior autem maiorem partem aut totum hepar occupans, ſimul etiam ſanguificationem lædit, uti & vehemens illius intemperies, ſicuti poſtea oſtendemus.

138. Simplicis igitur Phlegmones Hepatis, citra ſanguificæ functionis læſionem, ſigna ſunt; gravitatis ſenſus in dextro hypochondrio: dolor hypochondrium quaſi detrahens: doloris extenſio ad iugulum uſq; : ſi phlegmone ſit magna, tuſſis exigua, linguæ color primùm rubeus, poſtmodum nigricans, vomitiones bilis cùm ſinceræ tum æruginoſæ, aluus adſtricta, reſpirandi difficultas, febris continua, pulſus durus. hîc cap. 7. d. e. gg. hh.

139. Eryſipelatis ſigna hiſce ſimilia ſunt, ſed cum vehementiori ſiti & febri coniuncta. ibid.

De Scirrho Hepatis.

140. Ὁ μὲν ἀκριβὴς Σκίῤῥος ὄγκος ἐστὶ παρὰ φύσιν, ἀναίσθητός τε καὶ σκληρός· ὁ δὲ οὐκ ἀκριβὴς, οὐκ ἀναίσθητος μὲν

μὲν παντάπασιν, δυσαίσθητος γε μὲν ἐστι πάντως. i. Exquiſitus Scirrhus tumor eſt præternaturalis. ſenſu carens, ſimul & durus. Qui verò eſt imperfectus, non penitus caret ſenſu, ſed tamen difficulter ſentit. 2. ad Glauconem, cap. 4 h. item 14. Meth. cap. 6.

141. Generantur autem ſcirrhoſi tumores communiter quidem ex craſſis & glutinoſis humoribus pertinaciter adhærentibus ijs partibus quæ indurantur: quandoq; etiam ex negligenter curatâ phlegmone, per ea quæ nimiùm refrigerant atq; aſtringunt. ibid. Item lib. 5. de Simpl. cap. 7.

142. Obnoxium autem eſt Hepar Scirrhis, præ cæteris partibus, ob id quòd illius ſubſtantia lutoſum quiddam obtinet. 3. Meth. cap. 16. c. Et ſiquidem abſolutus ſit, tactu in dextro hypochondrio percipi poteſt, & quidem tantò faciliùs quàm phlegmone, quantò durior eſt quàm phlegmone, ſolentq; Muſculi abdominis in eo ob Atrophiam extenuati eſſe. ibid. & hîc cap. 7. g. h.

143. Succeſſu temporis quamvis augeatur, non facilè tamen percipitur tactu, ob id quòd hydrops conſequi ſolet. Ex ipſo ergo, qui ſequitur, hydrope dignoſcendus eſt. Incipiens difficulter cognoſcitur: habet tamen coniunctum ſenſum gravitatis in dextro hypochondrio, uti phlegmone: curari tamen ijs remedijs non poteſt, quibus phlegmone curatur. ibid.

De Cachexia & Hydrope.

144. Cachexia principium quoddam eſt hydropis; præſertim illius quæ Anaſarca dicitur. Cognoſcitur ex eo maximè,

maximè, quòd Color ex viridio in cineritum pallidumq; mutatur: aut quòd eâ laborantes, toto Corpore ex viridi albicant, invalidiq; redduntur: concoctio læditur appetitus deijcitur. Paulus lib 3. cap. 47 Ætius 3 tetrabib. ſerm. 2. cap. 19. Quòd ſi ergo de Hydrope dixerimus, de Cachexia quoq; ſatis dictum erit.

145. Hydrops dupliciter conſideratur. Primùm quatenus eſt tumor præter naturam, intuentium oculis apparens. Partim reſpectu ſuæ generationis, ut cognoſcamus partem in eo principaliter affectam, Affectusq; cauſam: quod in doctrina de Loc. aff. faciendum.

146. Afficitur autem in omni Hydrope principaliter Hepar. hîc cap. 7. g Item libro ſequenti, cap. 1. c. d. & lib. 2. de naturalibus facult. cap. 8. a. b. Item 6. Aph. 12. 43. & 2. prognoſt. text. 12. Item 4. de præſagijs ex pulſibus, cap. 9. alijſque locis. Videlicet quia in omni Hydrope læſa eſt ſanguificatio, quæ propria eſt Hepatis functio.

147. Affectum autem Hepatis, à quo Hydrops omnis oritur, cenſuit Eraſiſtratus eſſe obſtructionem à Phlegmone aut Scirrho illius ortam: ob quam anguſtiores factæ illius venæ, non permittant tranſire ſanguinem in Venam cavam, ſed tantummodo illius ſeroſitatem, ex quâ aquoſa Hydropicorum conſtitutio fiat. ibid.

148. Sed illius opinioni duo obſtant. Primùm enim oporteret eius ſanguinis, qui ob anguſtiam venarum non poteſt in Venam cavam tranſire, aliquam partem per venas meſaraicas in inteſtina reijci, & per alvum excerni. Quod nunquam fieri viſum eſt. Deinde novimus, Hydropem ſæpe oriri abſq; tumore hepatis ſcirrhoſo

ſcirrhoſo aut phlegmonoſo ullo: v.g. ab intempeſtiva aqua frigida potione. ibid.

149. Ex quo igitur affectu hepatis oritur hydrops? Reſpondeo. Ab illo, ex quo ſanguificatio ita læditur, ut ſanguis fiat aquoſus, pituitoſus aut flatulentus. Ita enim læſa ſanguificatio, parit Hydropem. Cæterùm calida illius intemperies, ſiccaque, humores in eo contentos aſſant & indurant: frigida eoſdem faciunt frigidos, & aquoſos. hic cap. 7. ee.

150. Ipſi quoque Hydropes, qui ex morbis occultis oriuntur, ut dicitur 2. prognoſt. text. 1. non immediatè à calida intemperie fiunt: ſed quia per vehementiam febris, abſumpto calore nativo, fit Hepar frigidius: eodem ſcilicet modo, ut ex febrium ardentium permutatione fit Maraſmus ſenectuti ſimilis. De Maraſmo cap. 5. ſub finem. Item ut ex febri peſtilenti, & magna Phrenitide quidam facti ſunt obliviosi. 2 de cauſ. ſympt. cap. 7. g.

151. Quòd ſi verò etiam alios affectus conſideres, quibus tamquam cauſis Hydropes conſequuntur: deprehendes, eos omnes tales eſſe, quibus refrigerari queat Hepar, ſive immeditatè, ſive per conſenſum, & interveniente alio aliquo affectu.

152. Immediatè refrigeratur Hepar à Scirrho, Phlegmone, intempeſtiva frigida potione, Menſium aut Hæmorrhoidum intempeſtiva ſuppreſſione, eorundem nimia vacuatione, vehementi Hæmorrhagia, muliebri fluxu diuturno, victu pravo, frigido, pituitoſo: hic cap. 7. f. g. aa. bb. Item lib. ſequenti, cap. 1. & lib. 2. de naturalibus facult. cap. 8. deniq; 2. prognoſt. text. 1.

153. Secundariò autem cadit Hepar in frigidam intem-

temperiem ob Lienis Scirrhum, aut eodem ſimul atq; Ventriculo laborante frigidâ intemperie: item ob Meſaraei aut ieiuni Inteſtini phlegmonem aut obſtructionem; uti etiam propter abolitam Renum functionem, aut alios ſimiles affectus. ibid.

154. Ex tribus autem Hydropum differentiis Anaſarca ea eſt, in qua ὅλον τὸ ἄνω ϗ κάτω σῶμα φλεγματικὸν αἷμα περιέχειν φαίνεται: i. totum Corpus infernâ ſupernaq; parte ſanguinem pituitoſam continere videtur. hîc c. 7. h item 7. Aph. 70 & 4. de victus ratione in Acut. textu III. Propriumq; eſt huius hydropis, ut premendo digitis partem tumore affectam, veſtigium in ea relinquatur. 4. de dignoſcend: pu. ſib. c. 3. d. item II. Meth. c 7. e.

155. Ἀσκίτης dicitur, ὅτι καθάπερ ἐν τῷ ἀσκῷ τινι τῷ περιτοναίῳ κατακέκλεισται τὸ ὑγρόν: i. quòd tamquã in utre humor in peritonaeo contineatur. Tympanites verò; qui οὐκ ὑδατῶδες, ἀλλὰ πνευματῶδες ἔχει τὸ χωρίον τοῦτο μεστόν i. qui eundem locum non aquâ ſed flatu plenum habet. ibid. Commune eſt ergo utriſq; his, ut venter tumeſcat ſolus; Aſciti, aquâ: Tympaniti, flatu. ibid. & 4. Aph. II.

Diſputatio VIII.

De Ictero.

156. Icterus viſu cognoſcitur: eſt enim ex numero ſymptomatum quæ penes τὰς ὁρατὰς διαθέσεις i. viſibiles Corporis affectus conſiſtunt. de ſympt. diff. cap 5. f.

157 Quando enim Color à naturali modo recedit. & primùm quidem in oculorum tunica alba, deinde in facie, tôtoq; Corpore apparet aut ἰκτεριωθῆναι i. aurigino-

ſus flavuſq; fieri: aut ὅμοιον ὠχρολεύκοις πόαις, i. herbis ex pallido albeſcentibus ſimilis: aut μολίβδῳ παραπλήσιον, i. plumbeus: aut χρόαν τῆς δὲ φαιοτέραν ἔχων, id eſt, quòd nigriorem plumbo colorem æger obtineat: aut τινὰς ἄλλας ἰδιότητας χρωμάτων, i. alias quaſdam inexplicabiles coloris proprietates habet: aut deniq; πολλῷ μελαντέρας, i. multò nigriorem habuerit colorem: tunc certa habes Ictericorum ſigna. hîc cap. 7 b. c. ggg. Aetius 3. tetrabib. ſermone 2. cap. 17. Celſus lib. 3. cap. 24.

158. Sed in Doctrina de Loc. aff. imprimis quærendum eſt de parte affecta, affectu & eius cauſa. Cùm verò plures ſint Icteri differentiæ: cauſa una quædam eſt omnibus communis, & quidem immediatè horum colorum effectrix: nempe τῆς χολῆς ἀνάχυσις εἰς τὸ δέρμα: i. Bilis ad cutem effuſio: ſive ἐκ τῆς χολῆς παμπόλλης εἰς τὸ δέρμα παρασκευάσης: i. à copioſâ bile ad cutem tranſmiſſâ dependens. hîc cap. 7. b. hhh.

159. Idipſum contingit plerumq; ex proprio affectu Hepatis; quò fit ut explicetur hîc inter illius affectus: Quandoq; abſq; ullo Hepatis affectu: Nonnunquam ſine affectu Hepatis proprio, ſed tamen ei conſentiente.

160. Abſq; affectu hepatis fit huiuſmodi bilis effuſio icterica, primùm criticè: Deinde morſu venenatæ beſtiæ: Tertiò ex veneno ſumpto. Criticè, ſi quis febre bilioſa laborans, multa bile ad cutem tranſmiſſa, die ſeptima, nona, undecima, decimaquarta à febri liberetur, fiatq; ictericus. hîc cap. 7 b. hhh. Item 4. Aph. 64.

161. Et criticè factum eſſe talem Icterum, inde cognoſces, quòd die critico acciderit, quòd per eum febris ſublata eſt, quòd nullus in dextro hypochondrio tumor appa-

appareat, quòd alui & urinæ excremẽta, ſecundùm naturam ſe habeant, ut neq; planè ſint biliosa, neq; omni bile careant. hic cap. 7 hhh.

162. Venenatæ beſtiæ morſu corrumpitur maſſa ſanguinis univerſi, atq; ex ea corruptione Color totius Corporis mutatur. Exempla habentur hic cap. 7. b. in ſervo imperiali, qui à vipera morſus, huiuſmodi Ictero correptus, & aſſumptâ theriacâ fuit curatus. Venena quoq; ſumpta quædam idem præſtant. Et cognoſcuntur huiuſmodi cauſæ ex ægri relatione. ibid.

163. Ex Lienis affectu oritur Icterus niger: & in eo afficitur quidem Lien primariò: ſed ex ipſius conſenſu ſimul quoq; afficitur Hepar, eò quòd non expurgetur ſuperfluo ſanguine melancholico. ibid. Item libro ſequenti, cap. 1 b. & lib. 2. de natural. fac. cap. 9. h.

164. Hepatis ipſius proprio affectu oritur Icterus, primùm ob ipſius calidam intemperiem, nondum tamen febrilẽ, unde humores ſenſim mutantur, perinde ut à morſu beſtiæ. hic cap. 7. b. Paulus lib. 3. cap. 10. ab initio. Idem verò Icterus dignoſcendus nobis erit per ſigna calidæ intemperiei, deſcripta cap. 37. Artis medicæ, abſq; ullius Phlegmones aut Scirrhi indicijs.

165. Deinde obſtructione eiuſdem, ob quam contingit, ſimul obſtrui meatus per quos Veſica fellis trahit bilem. 4. Aph 64.

166. Cognoſcitur autem ex ſignis obſtructionis, prius theſi 130. & ſequentibus enarratis.

197. Tertiò ob Phlegmonem aut Scirrhum, quorum utroq; contingit obſtrui meatus, per quos veſica trahere debet bilem. Phlegmone autem ſanguinem reddit bilioſum. ibid. & 4. Aph. 62.

 168. So-

168. Solius deniq; veſicæ fellis ratione fit Icterus, ſive quòd illius meatus, per quos bilis trahitur aut expurgatur, ſint obſtructi: ſive quòd ipſa tota debilitata ſit: nec attrahendo atq; excernendo bilem officium faciat. Solet verò talis Icterus ſubitò incidere, & excrementa alui habere alba, urinas flavas, febri carere. hic cap. 7. aaa.

De ſanguificæ functionis imbecillitate.

169. Si Hepar convenientem temperiem obtinet: omnes illius attrahendi, retinendi, ſanguificandi atq; expellendi functiones integræ ſunt. Si temperies illius vitietur: deteriores redduntur illius actiones, modò hæ, modò illæ, prout ſingulæ à tali quadam intemperie, magis minusve infeſtari ſolent.

170. Inter cæteras intemperies, quæ cadunt in Hepar, eſt Phlegmone, quæ aliquando ita accidit Hepati, ut ſola ſit, nec imbecillam reddat ſanguificationem: quando parva exiſtit ſcilicet, & unam aliquam tantùm illius partem occupat. De cuius cauſis ſignisq; antè theſi 134. dictum eſt. Accidit autem etiam Hepati intemperies maior, lædens ſanguificationem, ſive nuda ſit, ſive cum phlegmone & febri coniuncta.

171. Præcipua autem frequentiorq; eſt illa ſanguificationis læſio, quæ cernitur penes τὰ ἡπατικὰ πάθη, *i. hepaticos affectus, quos Græci recentiores vocant* ἡπαθικὴν δυσεντερίαν, *i. Dyſenteriam hepaticam. Cuius certiſſima ſigna ſunt, ſi per alvum deijciatur ſanguis aquoſus, loturæ carnium recenter mactatarum ſimilis.*

172. Eadem hæc ſanguificationis imbecillitas incipit ab intemperie Hepatis frigida, quæ ſanguificatio inchoatur, non autem abſolvitur. Eadem aquoſi ſanguinis deiectio

iectio ſubitò invadit: aliquando per unum aut alterum diem ceſſat, poſtea redit: ſucceſſu temporis, ſanguine putreſcente, accedit febris quædam lenta, & nonnunquam etiam phlegmone, quæ ex proprijs ſignis antè traditis dignoſcenda erit. hic cap. 7 ff. gg. Item libro ſequenti, cap. 2. f. g.

173. Superveniente verò calidiori intemperie, aſſantur hũores, fœculenti & melancholici fiunt. ibid. Calidæ enim intemperies Hepatis, contentos in ipſo humores, uti & illos qui per Meſenterium feruntur, aſſant. Frigidæ, quod ad ipſum fertur, crudum & ſemicoctum efficiunt. hic eodem cap. ee.

De reliquarum Hepat. facult. robore & imbecillitate, cruentiſq; Excretionibus hepaticis, & non hepaticis.

174. Vt verò ſanguificæ functionis imbecillitas in Hepate, dignoſcitur ex huiuſmodi cruentis & loturæ carnium ſimilibus deiectionibus: Ita etiam ex ijſdem deiectionibus cognoſcitur imbecillitas retentricis: eò quòd huiuſmodi ſanguis fiat aquoſus, propterea quòd nõ retinetur tamdiu, donec vi concoctricis in perfectum ſanguinem ſit converſus. hic cap. 7. eee.

175. Attractricis verò eiuſdem Hepatis imbecillitas, cognoſcitur ex liquidis chyloſisq; alvi deiectionibus, quibus nulla mordicatio, odor tetricus, aut corruptelæ ſignum ineſt. At robur tractricis cognoſcitur ex eo, quòd fæces alui mediocriter ſiccatæ, deijciuntur. eodem cap. 7 cc.

176. Haud multùm diſsimiles ſiunt deiectiones ob inflammatorios Meſenterij affectus, quibus abſq; affectu

Hepatis prohibetur diſtributio Chyli, ut per alvum reÿci illũ oporteat. Sed in hiſce ſigna affecti Meſenterÿ apparent, cùm alia, tum quòd in ÿs quæ excernuntur, ſanies quædam permixta exiſtit, qualis ſolet à partibus phlegmone laborantibus, quæ molli tegmine inveſtiuntur, deſtillare. ibid.

177. *Contingunt ſanè etiam liquidæ deiectiones ex Lienteria: ſed ab hiſce dignoſcuntur, quòd mox ſequantur poſt ſumptos cibos, cruditatis & affecti Ventriculi ſigna adſint, fœtorem item obtineant. de ſympt. different. cap. 4. g. h. Item 3. de cauſis ſympt. cap. 1. d.*

178. *Expultricis debilitas ſæpe diu latet, retentrice non admodum gravatâ. Quòd ſi gravetur retentrix: inſurgit aliquando cum impetu expultrix: & ſi ob debilitatem fine ſuo fruſtretur, tandem ſe prodit, ut in partus difficultatibus, alÿsq; ſimilibus apparet.*

179. *Contingit aliquando, ſanguinem ex Hepate per alvum deÿci ob partem ſuperiorem aliquam affectam, quæ humores robore ſuo concoctos, per has vias excernit. hîc cap. 7. ee. Idem poteſt etiam, phlegmone in aliqua parte hepatis ſuppuratâ: ex qua cænoſi & ſemiputres humores excernuntur. ibid.*

180. *Deniq; ſolet etiam per Hepar & Inteſtina aliquando totius Corporis Plethora vacuari, ut in ÿs quæ Hippocrati dicuntur* αἱματηραὶ δυσεντέριαι, *i. cruentæ dyſenteriæ. Sed de omnibus cruentarum excretionum differentÿs egimus in diſput. Anni 1607. theſi 56. & ſequentibus.*

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Σημείωσι.

Σημειωτικῆς particularis
CAP. IV.

De cognoſcendis Affectibus Lienis, Inteſtinorum & Renum.

Ex diexodicâ Enarratione priorum trium capitum Libri VI. de Locis affectis ſummatim excerptum, in Theſes digeſtum, & menſtruis Diſputationibus Anni 1613. dicatum.

Ad Illuſt. & Generoſum D. D. Ioannem Bernhardum, lib. Baronem à Kunovvitz, D. in Woſtravv, Kunovvitz & Lauca.

Reſpondentibus,

D. Ioan. Chriſtophoro Eiſenmenger, Heylbrunenſi.
D. Ioanne Knoblochio, Babenhusâ-Hanovio.
D. Iacobo Albino, Hamburgenſi.
D. Bartholomæo Hempelio, Gurâ-Sileſio.
D. Sigiſmundo Rulichio, Auguſtano.
D. Ioan Lamando, Delphinate.
D. Ioan. Gryn, Diepurgenſi.
D. M. Ioan. Iacobo à Brunn, Baſilienſi.

Digitized by Google

Diſputatio I.

De Liene.

Thesis I.

SVpereſt nobis ſextus Liber de Locis affectis, cuius enarrationis ſummam, ex noſtris prælectionibus deſumptam, partim theſibus anni huius 1613. partim theſibus Anni ſequentis, Studioſis diſputandam proponemus.

2. In eodem libro autem agitur de partibus, quæ in ventre inferiori continentur: iis ſcilicet de quibus libro ſuperiori agi non potuit. Huiuſmodi ſunt Lien, Inteſtina, Renes, de quibus hoc anno. Deinde Veſica, Vterus, & quæ ad Membra genitalia pertinent: de quibus agetur anno ſequentibus.

3. A Liene igitur exordiemur, qui ad ſiniſtram ventriculi ſedem ſecundùm poſteriorem inferioremq́ partem magis ſitus, attrahendo fæculento ſanguinis excremento factus eſt Contrà quàm Eraſiſtratus docuerit, qui aſſerebat, in ſiniſtra parte Lienem poſitum eſſe à Natura tantummodo replendi illius loci gratiâ: utq́ eſſet in ſiniſtra parte ventriculi aliquid ſimile Hepatis ſubſtantiæ, in dextra parte collocati.

4. Contrà item quàm Eraſiſtratæi diſcipuli docerent, aſſerentes Lienem Hepati præparare alimentum: hic cap. 1. b. c. Item 4. de Vſu partium, cap. 4. 15. Item

6. de

6. de anat. adminiſt. cap. 10. & 2. de naturalibus facult. cap. 9. h. de Atrabile, cap. 6. 7.

5 Quâ re fundamẽti loco ita poſitâ, ex ijs verbis prima Indicia deſumemus, ad dignoſcendum, nùm Lien afficiatur? quæ Hipp. medio eo libro, qui de Locis in homine inſcribitur proponuntur: quæq; Gal. lib. 2. de nat. facult. cap. 9. h. citavit & declaravit, quæ ita habent: Τοῖσι γὰρ αὐτοῖσιν ὅτε σπλὴν θάλλει, καὶ τὸ σῶμα φθείνει. i Quibus hominibus Lien intumeſcit: iiſdem conſumitur Corpus: ſicut etiam, quibus Corpus floret, iiſdem Lien minor eſt, non tumidus.

6. Nam ſi propria Lienis functio eſt, ſuperfluitate melancholici humoris ſanguinem purgare: ſequetur, ut ſicuti ſanus exiſtens ſuo munere fungitur Lien, ſanguine bono nutritur Corpus, floridumq; redditur; Ita ſi nõ fungatur ſuo munere, reddatur Corpus cacochymum, ut coloris vitioſi, herbacei, plumbei, ex viridi, albeſcentis, fuſci, aut alias quaſdam coloris proprietates ad nigrum tendentes, quæ Icteri nigri voce continentur, contrahat. hic cap. 1. c. d. & locis paulò antè theſi 4. citatis.

7. Ab Excretis etiam cognoſcitur Lienis imbecillitas, & ex proprijs Accidentibus. Nam etſi trahat ſuccum hunc fæculentum, nec tamen ſufficienter eum alteret concoquatq;, ſed crudum in ventriculum reijciat: tunc aut vomitu, aut alvi deiectione reijcitur: & quandoq; circa orificium ventriculi retentus, Deliria melancholica excitat. hic cap. 1. c. d. item lib. præcedenti, cap. 6. h. & Paulus lib. 3. cap. 49.

8. Deniq; etiam ex Situ & Dolore cognoſcimus Lienem affici. Nam ſi in ſiniſtro hypochondrio, aut tumor,

Digitized by Google

aut dolor, aut utrumq; apparuerit: his Lien laborat: ibidem. Item lib. 1. huius operis, cap. 5. c. Aëtius 3. tetrab. ſerm. 2. cap. 7.

9. Affectus quibus obnoxius eſt Lien, alij ſunt ipſius proprij, ſimilares, organici atq; communes: Alij ex proprijs hiſce conſequuntur in alijs partibus, quæ ex Lienis conſenſu efficiuntur: verbi gratiâ, in Hepate ſive ſolo, ſive cum univerſo corpore: Item in ventriculo ſolo, aut unà cum cerebro. hîc cap. 1. Vide etiam apud Trallianum, lib. 8. cap. 12. & apud Avicen. lib. 3. fen. 15. tractatu 2. cap. 1.

10. Organici morbi Lienis præcipui ſunt, Phlegmone, Scirrhus, Obſtructio: quorum priores bini tactu ipſo percipiuntur, ob duriciem quæ in ſiniſtro hypochondrio perſentitur. hîc cap. 1. b. c. Et quia in utroq; eſt tumor durus: diſtinguendi ex dolore, calore & febri, quæ cum phlegmone coniuncta ſunt. Scirrhus ſenſim generatus, febre carere & diu ſine dolore conſiſtere poteſt: Vt docuit Raſes eiusq́; Interpretes ſuper 9. Razis ad Almanſorem, cap. 60.

11. Obſtructio comitatur horum tumorum utrumq;. Deinde etiam fieri poteſt ſeorſim à craſſis humoribus aut flatibus. Avicen. lib. 3. fen. 15 tract. 2. cap. 9. Cuius dignotionem Paulus lib. 3. cap. 49. his verbis propoſuit: Si Lienem gravitas, diſtentio & dolor exerceant, obſtructionem patitur.

12. Intemperies calida Lienis primùm eſt in ipſa Phlegmone: frigida ſiccaq; in Scirrho. Deinde citra phlegmonem cognoſcitur Intemperies calida Lienis, ſi potione aquæ frigidæ iuventur. Frigidam ſignificant debilis

Digitized by Google

bilis, melancholici humoris attractio, retentio & concoctio: Item vomitiones aut deiectiones melancholicæ. Item Icterus niger, qui ex Lienis functione læſa ſequitur, Hepate non ſufficienter expurgato.

13. Melancholia hypochondriaca deniq; etiam ex læſa Lienis functione conſequuntur, quando intempeſtivè reiectâ in Ventriculum Melancholiâ, non tota ſurſum deorſumq; expurgatur: ſed ventriculi orificio adhærens mentem in cerebro turbat. ibid.

14. Ex Lienis Scirrho deniq; ita poteſt Hepar refrigerari, ut Hydrops inde conſequatur. Et citra Scirrhū vehementer refrigeratus Lien, ſive intempeſtivâ frigidâ potione, ſive aliâ de cauſâ, idem poteſt efficere.

De Inteſtinorum nominibus, forma uſuq́;.

15. Inteſtina Græcis Ἔντερα *dicuntur,* οἷον ἐνδότερά τινα ὄντα, *teſte Phavorino, i. tamquam internæ quædam partes. Eſtq; Latina eorundem appellatio eiuſdem ſignificationis. Nam dolor inteſtinus eſt is qui in profundo latet, foris non apparet; & bellum inteſtinum eſt illud, quod intra muros geritur inter cives.*

16. Eorum nomine autem intelligimus ductum illum teretem cavumq;, qui ex inferiori ventriculi orificio exortus, varijs anfractibus totam abdominis cavitatem replet, & ad podicem uſq; porrigitur. Quamvis verò idem hic canalis undequaq; cohæreat ſimili ferè formâ, tamē ob anfractuum, ſubſtantiæ uſuſq́; diverſitatem, in alijs atq; alijs locis alia atq; alia nomina obtinet.

17. Hinc factū eſt, ut ſex Inteſtina hominis eſſe dicātur;

tur: quorum nomina Galen. hic cap. 2. a. exactiùs autē lib 6 de anatom. adminiſtrat. cap 9. imprimiſq; lib. 5. de uſu partium, cap. 3. e. recenſet. hoc modo: Πρῶτον μὲν τὴν ἔκφυσιν, δεύτερον δὲ τὴν νῆστιν, τρίτον δὲ τὸ λεπτὸν ἔντερον, καὶ τέταρτον δὲ τὸ τυφλὸν, καὶ πέμπτον τὸ κῶλον, καὶ ἕκτον τὸ ἀπευθυσμένον. id eſt, Primum Inteſtinum vocāt ἔκφυσιν, aliâs δωδεκαδάκτυλον, i. duodenum. Secundum nuncupant ieiunum. Tertium, tenue, aliâs Ileū. Quartum, cœcum. Quintum, Colum. Sextum, rectum Inteſtinum nuncupant.

18. Ex iiſdem ſex Inteſtinis, quæ tria ſunt ventriculo viciniora, ea dicuntur ſuperiora & tenuia, quòd tenuioribus membranis conſtent, & minùs amplam cavitatem obtineant. Reliqua tria contrariis de cauſis inferiora craſſaq; nuncupantur. hîc cap. 2. a. b. & 4. de uſu partium, cap. 18. Item 6. de anat. adminiſt. cap. 9.

19. Facta autem ſunt tot anfractibus tantâq; longitudine Inteſtina, ut dicitur lib. 4. de uſu partium, c. 17 f. οὔτε τῆς τῶν περιττωμάτων εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἕνεκεν, οὔτε πέψεως, ἀλλὰ τοῦ πᾶν εἰς τὰς φλέβας ἀναλαμβάνεσθαι τὸ κεχυλωμένον ἐν τῇ κοιλίᾳ: id eſt, neq; ut excrementa deferantur ad alvum, neq; concoquendi alimenti causâ, ſed ut in venas transferatur omnis Chylus, qui in ventriculo concoctus eſt.

20. Hinc in iis facti ſunt tot anfractus & gyri, ut meſaraicæ Venæ, quæ ſe in eorum, præſertim tenuium, cavitatem aperiunt, omnem bonum ſuccū rapere poſſint. Inferiora autem atq; craſſa, & eidem alimenti diſtributioni inſerviūt, & magis adhuc ad ſuſcipiendas continendasq; fæces, uſq; ad conveniens egerendi tempus.

Diſpu-

Diſputatio II.

Vtrùm Inteſtina afficiantur?

21. *An verò Inteſtina afficiantur? ex ſignorum fontibus univerſalibus deſumenda erunt indicia: & quidem primùm ab Actione læſa. Sive enim nimis celeres liquidæq́; deiectiones exiſtant, ut in Lienterijs, alijsq́; ſimilibus, ſive alvus omninò ſit ſuppreſſa, ut in Colicis: ſive fæces ſurſum per os reijciantur, ut in Iliacis: Impeditam diſtributionem alimenti, læſasq́; Inteſtinorum Actiones intelligimus. hic cap.2.g h.a.b. Item de ſympt. diff. cap.4 b. Item 3. de nat. fac. cap.13 b.*

22. *Ad excreta deinde veniendum: & inde incipiendum, quod dixit Hipp.2. progn. text.13.* Διαχώρημα ἄριστόν ἐστι μαλθακόν τε καὶ ξυνεστηκὸς καὶ τὴν ὥρην ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει. *i. Excrementum illud eſt optimum, quod molle eſt & cohærens, eodemq́; tempore reiectum, quo ſanitatis tempore deijci ſolebat.*

23. *Itaq́; ab Excretis coijcimus affecta eſſe Inteſtina; Primùm ſi non per legitimas vias excernantur, ut de Iliacis iam diximus: multoq́; magis ſi per vulnus in abdomine factum expellatur: Item ſi nimis dura, liquida, prava, bilioſa, fœtentia, acria, mordacia, chylus concoctus aut crudus, ex nimis parvis, aut nimis longis intervallis reiecta: Item ſi abraſiones, pinguia, ramenta, ſanguis, & ſimilia reiecta fuerint. hic cap.2.b.c.d. Item 3. de cauſ. ſympt. cap.2.bh. bbb. Item 7. Meth. cap.11.b. primo de Criſib. cap.11.*

24. *Deniq́; ex Situ & Dolore Inteſtina affecta eſſe conijcimus, præſertimq́; ſi dolor inter excernendum ſentiatur.*

tiatur. Nam etſi ex Renum affectu quoq; dolorem quãdoq; percipiamus frequentiores tamen ſunt dolores ventris, ex Inteſtinorum Affectibus.

De Inteſtinorum Affectibus cognoſcendis.

25. Inteſtina obnoxia ſunt omnis generis Affectibus, ſimilaribus, organicis & communibus. Galenus autem hîc de præcipuis quibuſdam agit, qui frequentiùs ijs accidunt: de quibus nos quoq; hic agemus ſecundùm eum ordinem, quem idem obſervat. I. de Dyſenteria docebimus. II. de Teneſmo. III. adijciemus aliquid de Hæmorrhoidibus. IV. de Vulneribus. V. de Affectibus colicis. VI. de Iliacis. VII. addemus doctrinam de Lumbricis. IIX. de Alvi profluvijs.

26. A Dyſenteria igitur exorſi, dicimus, τ̃ δυσεντερίας vocem à δὺς, quod malum ſignificat, & ἔντερον, i. Inteſtinum, compoſitam eſſe: tamquam ſi dicas Inteſtinorũ Morbum: non quemlibet tamen Morbum, ſed Exulcerationem ſignificat: quo ſenſu ait Galenus hîc cap. 2. τὰς κυρίως ὀνομαζομένας δυσεντερίας ἐντέρων ἕλκωσιν, id eſt, propriè vocatas Dyſenterias ſignificare Inteſtinorum Exulcerationem.

27. Communiter enim non à cæteris Græcis tantummodo, ſed etiam ab ipſo Hipp. Dyſenteriæ vocabulo nũcupantur omnes Inteſtinorum Affectus, quibus per alvũ Sanguis excernitur: ſive proveniat ab eorum Exulceratione: ſive ab Hepate in Hepaticis affectibus, de quibus in diſput. anni ſuperioris, theſi 169. & ſequentibus: ſive à Plethora totius corporis per alvum evacuatâ, de qua actum

actum in diſp. anni 1607. th. 56. Vide etiam 4. de Articulis, text. 40. Item 4. Epidemiorum, Com. 3. text. 70. Item lib. 1. huius operis, cap. 5. b. & lib. 3. de cauſis ſymptomatum, cap. 2. fff.

28. Cognoſcitur vera Dyſenteria; Primùm ex Dolore, quem in intimo Ventre percipiunt, & quidem mordacem, ab humore acri atq; mordaci ortum. hîc cap. 2. e. f. Item lib. 1. huius operis, cap. 2. d.

29. Secundò, ex modo invaſionis, qui non ſubitò fit, ſed ſenſim, ſenſimq; augetur, habetq; quoſdam gradus & torminum quæ percipiuntur, & malitiæ eorum quæ excernuntur. Omnes autem Dyſentericorum Excretiones ex brevibus intervallis fiunt, exigua quantitate. hîc cap. 2. e. f. Item 3. de Cauſ. ſympt. cap. 2. ggg.

30. Tertiò ab Excretis. Neq; enim in vera Dyſenteria tantũmodo ſunt humores mordaces: ſed inſuper πιμελώδη, i. pinguia quædam cum ijs excernuntur. Aucto deinde Affectu, ξύσματα τῶν ἐντέρων, i. abraſiones & mucores ſubſtantiæ Inteſtinorum adhærentes reijciuntur: Poſtmodum cruoris aliquid hiſce abraſionibus admixtum ſequitur. Item Ephelcides ſeu Cruſtulæ, quæ Vlceribus adnaſcuntur: Et ſi magna ſit exulceratio, etiam membranoſa quædam ſequuntur. ibid. & 4. Aph. 26. Item 4. de uſu partium, cap. 17.

31. Eorundem horum ſignorum ratione diſtinguitur à Dyſenterijs impropriè vocatis, fluxu hepatico ſcilicet, & Plethoræ totius corporis vacuatione. Nam in his fit ſubitò copioſi ſanguinis vacuatio ſine dolore: in Hepaticis quidem aqueſi, & quandoq; nigri, in alijs boni ſanguinis, ut theſi 56. anni ſuperioris dictum eſt.

32. Vbi

Digitized by Google

32. Vbi Dyſenteriam eſſe cognoverimus: proximum eſt ut quæramus, in ſuperioribúſne, an inferioribus inteſtinis exiſtat? Siquidem huius quoq; rei cognitio ad Curationem conducit: quæ enim in inferioribus Inteſtinis ſunt exulcerationes, commodiùs per clyſmata curantur. In ſuperioribus per epota medicamenta, aut alimenta.

33. Idipſum tribus ferè modis cognoſcimus. Primùm reſpectu eſſentiæ eorum, quæ cum excrementis deÿciuntur. Secundò ex modo quo cum excrementis mixta excernuntur. Deniq; ex tempore exitus huiuſmodi deiectionum.

34. Eſſentiæ eorum quæ excernuntur, ſunt Abraſiones, pinguia, Cruor, Ephelcides, purulenta, membranoſa Corpora. Ex quibus pinguia tantummodo ex craſſis; non tenuibus Inteſtinis reÿciuntur. Ephelcides, & membranoſa Corpora, tàm ex tenuibus quàm craſſis, ſed ex craſſis craſſiora, tenuiora ex tenuibus excernuntur. Reliquæ ſubſtantiæ tales, ex tenuibus, quales ex craſſis redduntur.

35. Itaq; in hiſce modus & tempus conſideranda ſunt, quibus excernuntur. Primumq; conſiderare oportet, nùm permixta ſint cum excrementis, an ÿs tantummodo ſupernatent? Quò magis enim permixta fuerint, tantò magis è longinquo veniunt: Contrà, ſi minùs fuerint permixta.

36. Deniq; quia morſus ſentitur in Inteſtini parte ulcerata, quoties motu naturali conſtringitur, ad excernendum: Idcircò conſiderandum eſt, nùm poſt perceptum illum dolorem mox ſequatur excretio? an interpoſito aliquo tempore? Quò enim citiùs exit poſt perceptum

ceptum dolorem, tantò minùs è longinquo venit excrementum, & quantò tardiùs, tantò magis ex ſuperioribus Inteſtinis deſcendit. hîc cap. 2. f. item lib. 1. huius operis, cap. 4. b. a. b.

De Cauſis Dyſenteriæ.

37. Cauſæ exulcerantes Inteſtina, aliæ ſunt internæ atq; immediatæ, aliæ externæ & procatarcticæ. De internis loquitur Gal. l. 1. huius operis, c. 2. d. ἐπὶ δυσεντερίας ὁ δακνώδης χυμὸς αἴτιός ἐστι τοῦ πάθους, ἐν ἀρχῇ μὲν ἀπορρύπτων τε καὶ ξύων, ἐν χρόνῳ δ' ἑλκῶν τὸ ἔντερον. *i. In Dyſenteriâ acris mordaxq; humor cauſa eſt paſſionis: principio quidẽ abſtergens & abradẽs, ſucceſſu temporis etiam exulcerans Inteſtinum. Hîc cap. 2. e. idem dicitur.*

38. Acrium verò mordaciumq; Humorũ plures ſunt differentiæ, ex quibus biliosi primum locum obtinent: ſecundum Pituita ſalſa: tertium Melancholia, quæ ex corruptione acrimoniam cõtraxit, omniumq; peßimam Dyſenteriam efficit. hic cap. 2. e. f. 4. Aph. 24. item de Atrabile, cap. 5. b.

39. Procatarcticæ cauſæ tales ſunt, quæ internas aut gignere poſſunt, ut acrium ciborum uſus, pharmaca venenata; aut quæ eaſdem poſſunt commovere, & imbecilla reddere Inteſtina, ut faciliùs acrium humorum affluxum admittant. Cuius exemplum habes lib. 1. huius operis, cap. 4. b. eius, qui ex uſu purgantis vehementioris in huiuſmodi rheumaticam diſpoſitionem Inteſtinorum inciderat. Plura de Dyſenteria vide in diſput. anni 1607. theſi 56. & ſequentibus.

De Teneſmo.

40. *Teneſmum deſcribit nobis Galenus 7. Aph. 27. his verbis:* Τεινεσμὸν ὀνομάζεσθαί φασιν ἀπὸ τῆς τάσεως τῆς γινομένης κατ' αὐτὴν, δι' ἣν προθυμούμενοι σφοδρῶς ἀποπατεῖν, ἐξανίστανται συνεχῶς. *i. Teneſmum nuncupatum eſſe aiunt à* τάσει, *i. conatu deijciendi, quo irritantur, continueq́ surgentes, vehementi conatu deijcere cupiunt.*

41. *Eſt autem hic affectus ex genere Dyſenteriæ, à reliquis Dyſenterijs loco affecto & ſymptomatibus quibuſdam differens. Verus enim Teneſmus eſt ſolius Inteſtini recti exulceratio, cuius ratione cum vehementi illo conatu pituitoſa, mucoſa, pinguia; ſucceſſu temporis autem* ξυσματώδη, *i. abraſiones quædam deijciuntur, cũ exiguo ſtercore, cui non ſunt permixta. hîc cap. 2. g. & 3. de Cauſ. ſympt. cap. 2. hhh. Item 1. Epidem. com. 2. text. 36. f. & 3. Epid. com. 3 text. 70. h.*

42. *Originem ferè habet à Pituita ſalſa, corrupta, & acrimoniam ex putredine obtinente, quæ ob lentorẽ craſſæ recti Inteſtini tunicæ adhærens, difficulter propellitur. lib. 5. de uſu partium, cap. 4. c. item 1. Epid. locũ iam citatũ.*

Diſputatio III.

De Hæmorrhoidibus.

43. *Ad Affectus Inteſtinorum, quibus vera aut apparens aliqua ſolutio continui ſignificari videtur, Hæmorrhoidas etiam poſſis referre: ob ſanguinis fluxum ſcilicet, qui ab ijs plerunq́ dimanat ex recto Inteſtino, & per Alvum excernitur.*

44. *Quid*

Digitized by Google

44. *Quid verò Hæmorrhoides ſint? quotuplices exiſtant? quas vires habeant? unde commoveantur ſiſtanturq́ue? Id ſummatim in diſput. Anni 1607. theſ. 56. & ſequentibus docuimus: hîc pauca quædam adijciemus, quæ illic brevitatis causâ omiſimus.*

45. *Ex ijs primum eſt de Venarum Hæmorrhoidum origine. Nam cùm Inteſtinum rectum Venas obtineat partim à Vena porta, præſertimq́ue illius ramo, qui ſub fine Coli per totum recti Inteſtini longitudinem fertur: partim à Vena cava: tamen exiſtimare oportet, Sanguinem qui per Hæmorrhoidas excernitur, ferè à Porta provenire, non à Vena cava.*

46. *Idipſum probavit Veſalius lib. 5. cap. 15. circa finē, αὐτοψίᾳ; quia ſecto corpore cuiuſdam, qui ex ſuppreſſis Hæmorrhoidibus in Icterum nigrum inciderat: deprehendit Ramum qui à Porta derivatur, melancholico ſanguine diſtentum: reliquis Venis quæ à cava oriuntur, non immutatis.*

47. *Cognoſcũtur Hæmorrhoides ſenſu partim ægrotantium, partim aſtantium: quæ enim operta vocantur, ſanguinem fundunt, plerumq́ue inter excernendum ſtercus: Cæcæ verò appellatæ, tumorem excitant, quibuſdam foris apparentem: in alijs dolorem intus in recto Inteſtino exiſtentem, præſertim cùm alvum deijciunt.*

48. *Eorum: alia ſunt moderata, quæ à multis morbis præſervant: Alia immoderata & noxia. Hinc Hipp. 6. Epidem. Com. 3. text. 37. dicit:* Οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες, οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπνευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιήσιν, οὔτε τερμίνθοισιν, ἴσως δὲ οὔτε λέπρῃσιν, ἴσως δὲ οὔτε ἀλφοῖσιν. *id eſt, Qui Hæmorrhoidas habent moderatas,*

neq; pleuritide corripiuntur, nec peripneumonia, nec phagedana, nec dothiene, neq; thermintis, forte neq; leprâ, nec alijs multis morbis.

49. Ex quo ſequitur, cauſas quoq; earum eſſe diverſas: moderataſq; pendere à Naturæ robore, expellente ſuperfluam melancholici ſanguinis copiam. de Atrabile cap.4.e.f. item 6.Epid.Com.3. text.37. iam citato. Et Com.5.text.25.

50. Contrà verò, immoderatas oriri à vehementi impetu ſanguinis, in haſce Venas influentis. Item quòd non tempeſtivè claudantur, cōvenientib. remedijs, poſt moderatum fluxum. Item quòd tempore fluxus corpora nimio motu agitantur. ibid.

De Vulneribus Inteſtinorum.

51. Poteſt etiam ſolvi continuitas Inteſtinorū, à Cauſis externis vulnerantibus, pungentibus, incidentibus: Itē ab Abſceſſibus utrinq; erumpentibus. Quarum cognitio non tā à cauſis procatarcticis, quàm ab Excretis ſumenda erit. v g. cùm Medicus ortum ſupra inguina panum ſuppuratum incideret: ſtercus per vulnus ſubſequutum, ſignificavit, rectum Inteſtinum eſſe vulneratum. lib.1. huius operis, cap.1. Vide etiam Celſum lib.6.cap.6.

De colico Affectu.

52. Qui hactenus explicati ſunt Inteſtinorum affectus, ad continui ſolutionem ferè pertinent: ſequuntur deinceps intemperies quædam, cum tumore, & læſione quadam formæ organicæ: è quorū numero primùm occurrit

Digitized by Google

currit is, qui dicitur hîc à Galeno κῶλυ ἄλγημα, item κωλικὴ διάθεσις: i. colicus dolor, colicus affectus.

53. Hic nomen obtinet à parte affecta, nempe Inteſtino Colo. Nam quamvis cæteris quoq; Inteſtinis dolor accidat: cenſet tamen Galenus, maximos quosq; & pertinaciſſ. dolores eorum ad craſſa Inteſtina, maximeq; ad Colum pertinere: cùm ob craſſitiem ſubſtantiæ, tùm ob doloris ſpeciem, quæ aut pali infixi, aut perforantis rei formam, repræſentat. Hinc Avicen. craſſorum Inteſtinorum dolores omnes vocat colicos, tenuium verò iliacos. lib. 3. fen. 16. tract. 3. cap. 6.

54. In hoc Affectu primùm oſtendendum eſt quomodo cognoſcatur? Secundò à quibus cauſis generetur? Tertiò quas habeat differentias. Et in dignoſcendo eo primùm occurrunt ſigna quædam communia, ipſi ſimul & Renibus Calculo laborantibus: deinde peculiaria ipſorum Colicorum.

55. Communia ſigna Colicorum & Nephriticorum ſunt, primò ἡ διὰ τῆς ἄνω γαστρὸς ἔκκρισις, i. per ſuperiorem ventrem facta excretio: hoc eſt vomitiones primū pituitoſæ, poſtmodum durantibus doloribus, etiam bilioſæ & æruginoſæ. Nam Renes Colo, & Colum Renibus, Peritonæo coniunguntur. 6. Epid. Com. 1. text. 6.

56. Secundò dolor ſubitò invadens: de quo cap. 2. huius libri ab initio inquit: Ἐὰν εἰσβάλλει ἐφεξῆς Νεφρῖτις, παραπλήσιον ἄλγημα γίνεται τοῖς κωλικοῖς. i. Cùm Nephritis ſubitò invadit, dolorem efficit colico dolori perſimilem. Siquidem eodem ferè loco percipitur, nempe in profundo ventris. Deinde quòd doloris ſpecies ſit perſimilis; nempe vehemens, perinde ac ſi terebro perforen-

tur: in quibuſdam tamquam à palo infixo ortus. lib.2. huius operis, cap.5 g.

57. Tertiò quòd in utroq; Affectu Alvus ſupprimatur; ægri iiſdem auxiliis à principio iuventur: nempe calefacientibus laxantibusq; intus per clyſteres ſumptis: aut foris impoſitis: quandoq; etiam ſtupefacientibus. hic cap.2.h.a.

58. In diſtinguendis verò iis principio videndum, an laborans priùs alterutro horum fuerit afflictus: nam ex iis quæ priùs paſſus eſt, de præſenti affectu iudicare licebit, ut Celſus lib.4. cap.4. monet. Secundò conſiderandus eſt modus Invaſionis, magis ſubitò enim atq; ex improviſo invadit Nephritis, maximo cum dolore. Colicos dolores autem præcedere ſolent nauſea, rugitus ac flatus.

59. Tertiò nauſea, vomitiones pituitoſæ, bilioſæ, alvi ſuppreſſio, vehementiùs affligunt Colicos quàm Nephriticos. Quartò Clyſteres laxantes, calefacientia foris impoſita item, aut per Clyſteres iniecta, magis iuvant Colicos quàm Nephriticos. Quintò ſi dolor vagus ſit, aut altiori loco percipiatur quàm Renes exiſtant, colicos dolores arguit.

60. Hiſce omnibus certiora ſunt, quæ ſubſequi ſolent Excrementa. Nam per Alvum reiecta pituitoſa flatuoſa, bubulo ſtercori ſimilia, quibus dolor mitigatur, & quandoq; ceſſat, colicam affectionem ſignificant.

61. Nephriticorum Vrinæ primùm ſunt aquoſæ, quandoq; ſuppreſſæ, poſtmodum arenoſæ, tandem calculi excreti dolorem finiunt, ſimulq; indicant qualis ſit affectus. hic cap.2.h. & lib.1. huius operis, cap.1.gg.

62. An

62. *An verò calculi ex Inteſtinis reÿciantur? dubitavit hîc cap.2.g. Galenus, quamvis hoc ipſum à quibuſdam audiverit. Fernelius autem lib.6. Pathologiæ, capite 9. aſſerit, à ſe viſos eſſe huiuſmodi calculos, & quidem in legato Caroli V. unum pedis longitudine, in medio perforatum, acri clyſtere reiectum.*

Diſputatio IV.

De cauſis & differentijs colici doloris.

63. *Ex ÿs quæ de Dolore diſputata ſunt à nobis in diſput. Anni 1605 theſi 64. & ſequentibus, inprimis verò à Galeno 1.de cauſ.ſympt.cap.6. ſatis patet, omnes particulares cauſas dolorificas, ad duo ſumma genera revocari, Intemperiem ſcilicet ſubitò vehementerq́ alterantem, & continui Solutionem: Et proinde, ab earundem cauſarum aliqua, aut pluribus, in Colo Inteſtino etiam dolorem excitari.*

64. *Quæ vehementer alterando, temperiemq́ deſtruendo, dolorem in Colo Inteſtino efficiunt, primùm ſunt humores pituitoſi frigidi, maximeq́ pituita vitrea. Item flatus frigidi craßiq́. hîc cap.2.a.b.*

65. *Deinde calor ab humore aliquo fervente bilioſo, ſive interna Inteſtinorum cavitati adhærente, mordicante; ſive tunicarum ſubſtantiæ inhærente. lib.1. huius operis, cap.4.h. Eademq́ mordicatio dum eſt in fieri, colici affectus genere continetur. Vbi mordicando exulceraverit, in Dyſenteriam tranſit. 12 Meth.cap.7.g.h.& ſequentibus.*

Digitized by Google

66. *Continuitas Inteſtini Coli ſolvitur, cùm ab acribus humoribus, qui efficiunt Dyſenteriam, tùm à frigidis humoribus, flatibus inter binas Coli tunicas genitis, eas diſtendentibus, aut per earum ſubſtantiam tranſeuntibus. Et qui tales ſunt, duplici modo dolorem inferunt; partim contactu calido aut frigido: partim diſtendendo, & continuum ſolvendo. ibid.*

67. *Potes ergo colici doloris differentias, ex cauſarũ diverſitate deducere. Hinc Avicenna ſex eas eſſe docet: phlegmaticam, flatuoſam, à retento duro ſtercore, phlegmonoſam, à percuſſione, à frigore aut calore nimio. lib. 3. fen. 16 tract 3. cap. 6 & ſequentibus. Trallianus lib. 10. cap. 1. docuit quatuor eas eſſe.*

68. *Galenus, ut locis iam citatis vides, duas tantùm agnoſcit; Vnam propriè vocatam & frequentiſſimam, à Pituita frigida, aut flatu frigido: Alteram à bile flava, quæ ſucceſſu temporis tranſit in Dyſenteriam. Dolores à Phlegmone aut duro Stercore retẽto, ortos ad iliacam refert. Si qui autem ex percuſſione, ruptura aut Apoſtemate oriuntur, eos nemo ad colicam referet.*

69. *Quia verò ex longo dolore colico, manus extremas paralyſi laborare cernimus, quærunt Medici, per quas vias humores pituitoſi ex Inteſtinis ad manus perveniant. Reſpondemus ſecundùm Paulum lib. 3. cap. 43. Humores, ex Inteſtinis non niſi per alvum expurgari. Sed eos, qui ex capite ferebantur ad Inteſtina, diverti ad manus, & quandoq;, ut Avicen. loco iam citato inquit, ad alias partes v. g. ad Muſculos Thoracis, unde tandem rauci & ſemivocales fiunt.*

De

De Ileo.

70. *Affectus qui Græcis dicitur* Εἰλεὸς, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖσθαι: *i. Ileus, à circumvolvendo, quòd corda inſtar complicata eſſe illic Inteſtina videantur: Item* χορδαψὸς, *ob id quòd* οἷον χορδιῶν τινα περιεστράφθαι δοκεῖν, *i. cordarum inſtar intricata eſſe putentur; Eum Practici Volvulum & Convolvulum nuncupant. hîc cap. 2. b.*

71. *Eundem Galen. & hîc & 6. Aph. 44. item 7. Aph. 10. proprium eſſe putat ſuperiorum Inteſtinorum, quem dignoſcere queas, primùm ex doloris vehementia. Secūdò ex tumore tactu perceptibili in regione tenuium Inteſtinorum, ſive, ut Celſus lib. 4. cap. 13. inquit, modò ſupra, modò infra umbilicum: Tertiò omnimodâ alvi ſuppreſsione: quartò vomitione ſtercoris, cùm ſunt in extremo.*

72. *Cauſas huius Affectus tales eſſe oportet, quæ huiusmodi ſymptomata producere queant, cuiuſmodi hîc cap. 2. b. ex Veterum ſententia bina recenſentur: nempe Phlegmone, & Obſtructio à duro ſtercore. 6. Aph. 44. iiſdem adiiciuntur Apoſtema, & Scirrhus. Sed 3. de nat. fac. cap 13. c. d. ſolius Phlegmones facit mentionem, tamquam eius, quæ hunc Affectum frequentiſs. producat. Celſus lib. 4. cap. 13. idem ſentit.*

73. *Nam quia Phlegmone tumor eſt, obſtruit Inteſtini, quod obſidet, cavitatem. Deinde quia eſt dolorificus Affectus, non poteſt affecta pars ferre contactum eorum, quæ ex ſuperioribus eò deferuntur, acriaq; ſunt, ſed ea reiicit ſurſum per Os.*

74. *A Stercore indurato, aut Scirrho, rarò quidem,*

ſed aliquando tamen oritur Ileus : ſenſim tamen, & à principio dolore carens, donec facta ſit obſtructio : tunc verò oriuntur anguſtiæ & cruciatus : quos Gal. 7. Aph. 10. ait fieri ob vehementem conatum Inteſtinorum, ad expellenda illa ; quæ aggravant. Exemplum excretæ ſcirrhoſæ ſubſtantiæ ex Inteſtinis, vide ſuprà theſi 62.

De Lumbricis.

75. Ad Inteſtinorum affectus, qui ex Intemperie cum humore coniunctâ conſtant, Lumbricos etiam referre potes, ſi eorum generationis cauſas ſpectes. Quòd ſi eorum ſubſtantiam conſideres, ad vitiati numeri morbos referendi erunt, ut fecit Gal. lib. de Morb. differentijs, cap.8.9. Item cap.87. Artis medicæ. Ad Morborum Cauſas, rurſus pertinere poſſunt ratione quorundam ſuorum effectuum.

76. Vocati autem ſunt Lumbrici à lubricitate. Plinio lib.11.cap.33. Ventris tineæ, & lib.23.c.4. Ventris Animalia dicuntur. Galenus Vermes, qui in Inteſtinis generantur, ἕλμινθας *nuncupat : terreſtres verò* σκώληκας *appellat, & quandoque etiam* γῆς ἔντερα, *i. Inteſtina terræ.*

77. Materia generationis eorum, eſt τροφὴ διεφθαρμένη ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ μάλιστα ἐν τῇ κάτω: *i. Corruptio alimenti in Ventre inferiori. 3. Aph.26. Cuius corrupti Alimenti nomine Paulus lib.4. cap. 57. intelligit craſſam pituitam putreſcentem. Idem ſentit Avicen. lib.3. fen.16. tract.5. cap.1. Item Ioan. Serapion tract.3. cap.30.*

78. De Cauſa autem lumbricorum efficiente loquens Gal. in Aph. iam citato, ait generari illos ἀνάλογον τοῖς ἄλλοις ζώοις, ὅσα τὴν γένεσιν ἐκ σηπεδόνος ἔχει, μόνη γὰρ οὐκ ἱκανὴ ταῦτα γεννῆσαι σηπεδὼν, ἀλλὰ καὶ θερμασίας πολλῆς

προσ

προσδεῖται: i. eodẽ modo ut cætera Animãtia, quæ ex putredine naſcuntur, non ex ſemine: ad quæ producẽda non ſola ſufficit putredo, ſed inſuper multo calore opus eſt.

79. Calor autem hic partim ex putredine provenit, partim ex contactu corporũ in quibus naſcuntur: quo fit ut in pueris frequentiores ſint quàm in ſenibus. In eandem ſententiam loquitur Ariſt. quoq; de Vermium generatione, lib. 5. de hiſtoria Animalium, cap. 19.

80. Τῶν Ἑλμίνθων autem differentiæ tres ſunt, nimirum στρογγύλαι, πλατεῖαι, καὶ ἀσκαρίδες: i. Lumbrici teretes, lati, & Aſcarides: ex quibus frequentiß. ſunt teretes, in pueris præſertim: gignunturq; in ſuperioribus maximè Inteſtinis, ut ventriculum quoq; ſubeant, ſicuti Paulus quoq; annotauit lib. 4. cap. 57.

81. Rariores ſunt Aſcarides, de quibus Gal. 3. Aph. 26. loco paulò antè citato, ait: Ἀσκαρίδες εἰσὶν λεπταί τινες ἕλμινθες, ἐν τῷ κάτω μάλιστα τοῦ παχέως ἐντέρου μέρει γενόμεναι. i. Aſcarides ſunt tenues quidam Lumbrici, in inferiori parte recti Inteſtini geniti. Gordonius eos aßimilat vermibus, qui in Caſeo generantur.

82. De lato Lumbrico inquit Gal. Aph. iam citato: Σπανιωτέρα δὲ ἡ τῆς πλατείας ἕλμινθος, ἥτις καὶ μακροτάτη γίνεται, παρεντεινομένη πολλάκις ἅπασιν τοῖς ἐντέροις. i. Rarior eſt lati Lumbrici generatio, qui longiß. quandoq; ad omnia Inteſtina extenditur. Hunc ait Hipp. lib. 4. de morbis, ferè circa finem, eſſe οἷον ξύσμα λευκὸν, i. tamquam Inteſtini raſuram albam.

83. Conradus Harſterus, affinis noſter, eo laborabat: & quandoq; in pilam convolutam, magnam illius partem reÿcere ſolebat: Et poſt eiectam pilam cum ſter-

core

Digitized by Google

core, una manu ſphyncterem diſtendebat, altera adhuc magnam partem illius extrahebat, donec abrumperetur: ſed inde nihil mali patiebatur. Forma erat faſciæ lineæ, quam Bendel *vocamus, perſimilis. Hoc ſenſu credo Aetium 3. tetrab. ſermone 1. cap. 40. hos appellaſſe* κειρίας, *i. inſtitas ſive faſcias.*

84. Qui Lumbricis laborant teretibus, Ventriculi & Inteſtinorum roſionem ſentiunt, tuſsiculam habent, qua nihil expuitur: item ſomnos turbulentos, febriculas inordinatas. Quibuſdam nauſea & appetitus deiecti contingunt, corpus contabeſcit. Neglectâ Lumbricorum Curatione, quidam convulſi interierunt. Quibuſdam ex Inguinibus vermes prodierunt, teſte Paulo lib. 4. cap. 57. Et de Herode Iudæorum rege, idem teſtatur Ioſephus lib. 17. antiquit. Iudaicarum cap. 8.

85. Aſcarides cognoſcuntur ex pruritu, qui in podice ſentitur, magna irritatione ad deijciendum, & quòd ijdem Vermes, manu quandoq; extrahunt: ſedendo ſuper lapide calefacto, pruritum ſedari ſentiunt. Ex lato Lumbrico aiunt deijci οἷον σικύου σπέρμα, *i. quadam cucurbitæ ſeminib. ſimilia, ut eſt apud Ariſt. lib. 5. de Hiſt. Animal. cap. 19. & apud Paulum loco iam citato.*

De Inteſtinorum morbis organicis, puris, aut mixtis cum Intemperie.

86. Qui iam explicati ſunt Inteſtinorum Affectus, colici, iliaci, & ſimiles, ferè pendent ab Intemperie mixta, cum tumore aliquo, lædente cavitatem Inteſtinorum internam. Obnoxia verò ſunt Inteſtina etiam morbis quibus

bus ſola conformatio læditur. Huiuſmodi ſunt Herniæ, & præſertim Enterocele, quæ fiunt laxato meatu, qui à peritonæo tendit ad teſtes, ut Inteſtina labantur in ſcrotum; quæ ſenſu cognoſcuntur.

87. Lienteriam Veteres etiam referebant ad læſæ formæ, cavitatis Inteſtinorum Morbos, tamquam ſi per eam nimis lævis lubricaq́; facta, non poſſent continere alimenta: Cuius ſententiæ eſt etiã Aetius 3. tetrab. ſerm. 1. cap. 51. Sed Galenus 6. Aph. 1. hanc opinionem refutat, & Lienteriam cœliacamq́; Affectionem ad Ventriculi & Inteſtinorum imbecillitatem refert: uti hîc quoq;, cap. 2. b. c.

88. Cognoſcuntur autem hi affectus ex eo, quòd aſſumpti cibi & potiones citiùs liquidi crudiq́; per alvum excernuntur, quàm in habitum corporis diſtribui queant: ut vides hîc cap. 2. a. b. Eorum cauſa, generatim loquendo, eſt debilitas, Ventriculi & Inteſtinorum. Speciatim verò, eius Lienteriæ, quæ propriè ita vocatur, frigida Intemperies eorum, ſive ſola, ſive cum frigidis humoribus. De eadem inquit Galenus 6. Aph. 1. a. quòd ſit ϛέρησις τ̃ πέψεως, i. privatio concoctionis.

89. Poſſunt verò etiam fieri huiuſmodi crudæ liquidæq́; deiectiones, non tàm ab Affectu Ventriculi & Inteſtinorum, quàm acrimoniâ eorum, quæ in illis continentur, irritante ad excretionem, ſive ſint humores acres bilioſiq́;, ſive etiam calidior Ventriculi Intemperies corrumpens cibos leviores, aut etiam medicamentoſa aliqua vis cum cibis ſumpta.

90. Cæterùm ſicuti vides hîc cœliacas & lienterias Affectiones, non re, ſed nomine tantùm differre: ita rurſus

ſus ab his Diarrhœa & Cholera ſunt diverſa, de quorũ, cæterorumq́ Alvi fluxuum differentijs, actum eſt à nobis in diſput. Anni 1607. theſi 100. item 119. & ſequentibus.

Diſputatio V.

De Renibus.

91. Renes Græcis dicuntur Νεφροὶ, ſuntq́ bini numero, mox infra Hepar, utrinq́ à lateribus Venæ cavæ & magnæ Arteriæ collocati: quo ſitu dexter plerunq́ ſuperior eſſe ſolet, ſiniſter paulò inferior.

92. Recipit verò eorum uterq́ ex Vena cava Venam, & Arteriam ex Arteria magna, quæ emulgentes vocantur. Et mittit uterq́ ad Veſicam meatum prælongum, quem οὐρητῆρα, i. Vreterem nuncupant. Qua parte etiam recipiunt emulgentes, Venas Arteriasq́, & Vreteres ad veſicam mittunt: ſimi ſunt: parte oppoſitâ autem rotundi. 5. de Vſu partium, cap. 5. 6.

93. Horum, Aſclepiades nullum uſum docere poterat: quia putabat, omnem potum aſſumptum, calore noſtro reſolvi in halitus, & ſub forma halitus penetrare in Veſicam, atq́ illic reſolvi in Vrinam, quæ poſtmodum per urinarium meatum reijciatur, ut habes & loco de Vſu partium iam citato, & 1. de natur. fac. cap. 13. 15.

94. Galenus verò, ut habes hîc in textu cap. 3. h. item locis iam citatis, ex ſuâ, Hipp. cæterorumq́ Veterum ſententiâ, docet, Renes factos eſſe expurgandi ſeroſi excrementi causâ: perinde ſcilicet, ut Veſica bilis ad bilioſi humoris ſuperfluitatem, Lien abundantem Melancho-

lancholiæ partem educendam, facti ſunt.

95. *Cuius rei demonſtrationem, &, quòd ſolâ Renum tractrice facultate, ſeroſitas ſanguinis attrahatur ad Renes, propoſuit lib. 1. de nat. fac. cap. 13. 15. Nos quoq; eiuſdem demonſtrationis ſummam in Diſput. Anni 1599. diſput. 2. theſi 16. & ſequentibus tradidimus.*

96. *Hiſce deniq; conſentiunt, quæ docuit Ariſt. lib. 3. de partibus Animal. cap. 8. & 9. Aves ſcilicet, & quæ pennis veſtiuntur, Animalia, neq; Renes neq; Veſicam habere, quòd exiguo potu utantur, qui in alimentum convertatur, & abſumatur.*

97. *Sed an Renes afficiantur? Quomodo dignoſcendum? Reſpondeo, ex fonte læſarum Actionum ordiri oportere. Nam ſi in Vrinæ Excretione nullum vitium percipis: ſanos exiſtimamus eſſe Renes, Vreteres, Veſicam & Fiſtulam urinariam.*

98. *Contrà ſi aut urina ſupprimatur, aut debiliter difficulterq; excernatur, ut nimia aquoſitas in ſanguine remaneat, ſicut dicitur 5. de Vſu partium, cap. 6. f. Aut ſi depravatè excernatur; v. g. purulenta, cruenta, calculoſa, Ramentis aut Pilis, alijsq; ſimilibus permixta: ſive deniq; nimia quantitate, ut in Diabete: Ex hiſce conijcimus, Renes, aut Vreteres, aut Veſicam, aut urinariam Fiſtulam affici.*

99. *Diſtinguendumq; inter has partes ex ſympt. quæ ſingularum affectus conſequuntur. v. g. ſi urina ſupprimatur vitio veſicæ aut fiſtulæ urinariæ: tumorem, dolorem tenſionemq; ſentiri circa pubem oportebit, ut dicitur lib. 1. huius operis, cap. 1. gg. non autem ſi fiat propter Renum affectum.*

100. A

Digitized by Google

100. A fonte Excretorum, Situ & Dolore, conijcies affectos eſſe Renes, ſi Arenula, Calculi, Pus, Caruncula, Ephelcides, Sanguis, cum Dolore circa lumbos exiſtente, reijciantur. 4. Aph. 75 76. 78 & hîc cap. 3. d. e.

101. Vt autem cæteræ partes inſtrumentariæ, ita Renes quoq; obnoxij ſunt Morbis ſimilaribus, organicis & communibus, ut ex verbis ſequenti theſi citatis apparet. Iidemq́; vel ſingillatim, vel aliter atq; aliter complicati, varios Affectus producunt: ſive ſint Renum proprij, ſive aſcititij ob ſimilitudinem quam habent cum proprijs.

102. Præcipuè tamen eorum ſunt Calculi, Phlegmone, Scirrhus, Apoſtema, Vlcus, Trichiaſis, Debilitas, Diabetes, Dracunculi. Qui omnes, præter Bulimum & Dracunculos, generali Nephritidis nomine continentur.

103. Propriam verò Nephritidem conſtituunt Calculi: quo ſenſu dicitur cap. 2. de Renum Affectibus: Πᾶν πάθος περὶ Νεφροῦ λέγεται Νεφρῖτις, εἴτε ὁμοιομερές ἐστι, εἴτε ὀργανικὸν ἢ ἐπίκοινον, κυρίως δὲ νεφρῖτις ἡ λιθίασις λέγεται. *i. Omnis circa Renes Affectus ſimilaris, Organicus aut communis, Nephritidis vocabulo continetur, propriè verò Nephritis de Calculoſis dicitur.*

Diſputatio VI.

De Nephritide propriè Vocata.

104. De hac primo loco diſſerit Galenus, quia multa ſigna habet communia cum Colicis, de quibus antè docuit. Nos de ea ita agemus, ut primum oſtendamus, quo-

modo

modo Calculi in Renibus generentur? Secundò, quomodo calculoſus Affectus cognoſcatur? Tertiò qualiter, & ubi dolorem excitent?

105. Cùm verò ex Ariſt. ſententiâ Lapidum omnium Materia ſit ὑγρὸν, quod ſenſim concreſcens induratur: 24. probl. quæſtion. 11. item 4. Meth cap 7 ſequitur, Renum Calculos etiam ex tali materia conſtare, rectéq; de ijs dixiſſe Gal. 6. Epidem. Com. 1. text. 6. γίνονται ἐξ ὕλης παχείας καὶ γλισχρᾶς πάντως: i. Omnes fiunt ex humore craſſo viſcoſoq;.

106. Et in lib. de Renum Affectib. cap. 2. priùs citato: ὑλικὸν αἴτιον ἢ παχὺς ἢ γλισχρὸς χυμός, ἢ ἀμφότεροι: i. Materialis calculorum cauſa eſt craſſus aut viſcoſus humor, aut viſcoſus ſimul & craſſus.

107. Si verò quæras de hoc craſſo humore, qualis aut quiſnam ille ſit? Reſpondeo ex 6. Epidem. loco iam citato: Conſiderandum eſſe colorem eorum, quæ excernuntur, Calculorum, Arenularum, aut Sabuloſorum: quiſi ſit cineritius, Pituitam ſignificat. Sin aliter fuerint colorata, modicum ſanguineæ materiæ admixtum Pituitæ conijcies. Vocanturq; omnia huiuſmodi excreta Hipp. ψάμμοι πυῤῥαὶ, i. Arenulæ rufæ.

108. Sed quidnam eſt, quod hanc Materiam in Lapidem convertere poſſit? Reſpondeo cum Ariſt. lib. 4. Metheororum, cap. 6. 7. 8. quorum ultimo ſummatim rem comprehendens, dixit: Τῶν σωμάτων, ὅσα πηγνύεται, τὰ μὲν ὑπὸ θερμοῦ πάσχει τοῦτο, τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ. ὑπὸ μὲν θερμοῦ ξηραίνοντος τὸ ὑγρόν: ὑπὸ δὲ τοῦ ψυχροῦ ἐκθλίβοντος τὸ θερμόν. i. Quæcunq; corpora concreſcunt: ea aut à calore ita afficiuntur, aut à frigore. A calore quidem

dem exſiccante humiditatem. A frigore autem expellente calorem.

109. Evidentiusq́; expreßit idipſum idem Ariſt. 11. problemate ſectionis 24. inquiens: Τῇ τοῦ ὑγροῦ ἐκλείψει γίνεται λίθος, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, ἢ τοῦ ψυχροῦ ἐκλείπει τὸ ὑγρόν. *i. Lapis fit abſumpta humiditate concreſcentis humoris, citiùs autem contingit abſumi humiditatem à calore, quàm à frigore. Nimirum quia eam calor abſumit immediatè ſiccando: Frigus verò expellendo calorem, cum quo abſumitur, evaporatq́; humiditas.*

110. Hoc etſi ita ſit, eos tamen calculos, qui in Renib. generantur, cenſet Galenus non frigore, ſed à calore generari: quo ſenſu dicitur cap. 2. de Renum Affectib. non fieri poſſe, ut homini vivo tantum frigus detur, quo humor in lapides concreſcat.

111. Et lib. 3. de Aliment. fac. cap. 17. ait, Calculos in ijs corporibus naſci, quibus ſuccorum craßities, cum ardenti calore coniuncta eſt.

112. Contrà autem ex Recentioribus quidem obijciunt, non dari poſſe in homine vivo tantum caloris, quo poßint humores in lapides concreſcere: propterea quòd oporteret eum ſimilem eſſe ei calori, quo ex argilla lateres ſiunt.

113. Sed ijs reſpondendum eſt, Actiones Naturæ plurimùm differre ab Actionib. Artis. Naturæ actione enim indureſcunt calore vix perceptibili. v.g. Ex ſanguine & ſemine ſiunt oſſa, æquè dura ut lapides: item tophi in Articulis, tartarum in vino, & alia in alijs.

114. Avicenna lib. 3. fen. 18. tract. 2. cap. 16. in eandem ſententiam inquit, Calculos ſieri à materia & calore

in

in eam agente. Materiam dividit in Materiam ipſam, & Materiæ Retentorem, quo nomine intelligit debilitatem Expultricis Renum, cuius ratione accidit, ut non omnes ſuperfluitates ex Renibus in Veſicam expellantur. Atq; hinc fieri, ut pueri, qui robuſtam habent in Renibus Expultricem, non ita vexentur Calculo Renum, ſicuti ſenes.

115. Quibus verò ſignis Calculos in Renibus dignoſcemus? Reſpondeo, multis locis diſputatum eſſe de hiſce. Nam hic cap. 3. ab initio, capite item præcedenti, h. & 6. Epid. Com. 1. text. 6. præterea 6. Aph. 7. lib. 1. de nat. fac. cap. 13. d. Ex quibus locis triplicia ſigna Calculorum colligimus. Quædam quæ Calculum fieri arguunt: Quædam factum eſſe ſignificant: quorum aliqua communia ſunt Colicis & Nephriticis: quædam ſunt Calculoſorum propria.

116. Quæ calculum in fieri eſſe arguunt, dixit Avicen. cap. 17. libri iam citati, eſſe, ſi Vrinæ quæ priùs turbidæ reddebantur, ſubinde fiant tenuiores. Quæ tàm colicos Affectus, quàm Renum Calculos ſignificant, propoſuimus antè th. 53. & ſequentibus.

117. Propria Calculi in Renibus exiſtentis indicia ſunt: Si dolore in regione Renum exiſtente, fixoq;, ſequatur Vrina ſabuloſa, quæ priùs ſuppreſſa, aut tenuis reddebatur: multoq; magis, ſi Vrina ſabuloſa cum Calculis excernatur: Si cruoris aliquid cum Vrina prodeat: non Calculos tantùm ſignificat, ſed etiam eos eſſe aſperos: Si Dolores à cibi repletione irritentur, vomitu mitigentur: Deniq; etiam, ſi crus è directo poſitum ſtupeſcat.

118. Moueri verò Calculos deorſum per Vreteres,

ſignum eſt, ſi dolor deſcendat ſecundùm ductum Vreterum. lib.1.de nat fac.cap.13.d.

119. Et quamvis Renum ſubſtantia careat ſenſu: poſſintq́; in ea Calculi geſtari abſq; magno dolore, aut certè cum quodam gravitatis ſenſu tantummodo: tamen quando eò uſq; creverint, ut eos natura ferre nequeat: tunc inſurgit natura omnibus viribus ad eos expellendos, per vias exquiſito ſenſu præditas, quas dilatari atq; diſtendi neceſſe eſt cum vehementia, ut ita dolores & anguſtiæ oriantur.

De Scirrho, Phlegmone & Apoſtemate Renum.

120. Renes Scirrho obnoxij ſunt, ut Hepar etiam, eò quòd illorum ſubſtantia lutoſum quid obtinere videatur. Præterea ob alimenti, quo nutriuntur, naturam, & imprimis propter materias, quæ unà cum ſeroſitate ſanguinis attrahuntur. 13. Meth.cap.16.c.d.

121. De eodem inquit 14. Meth.cap.6.Gal. Σκίῤῥον ὀνομάζομεν ὄγκον σκληρὸν ἀνώδυνον, οὐ μὴν ἀναίσθητόν γε πάντως, ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀνίατος. *i. Scirrhum vocamus tumorem durum, qui ſine dolore eſt: non tamen omnino ſine ſenſu. Nam qui caret omni ſenſu, is eſt incurabilis. Eodem ſenſu, & verbis ferè iiſdem, deſcribitur etiam lib.2.ad Glauc.c.4.b. Vide diſput. Anni ſuperioris, theſi 140. quo loco de omnis Scirrhi generatione dictum eſt.*

122. Cognoſcuntur autem Scirrhi in Renibus, ſi ceſſantibus doloribus nephriticis, ægris videantur Renes tamquam ab ilijs ſuſpenſi: item crura ſtupeant, urina exigua reddatur, habitus fiat cachecticus, hydrops tandem

Digitized by Google

dem ſequatur. Aetius 3. tetrab. ſerm. 3. cap. 17. Item Paulus lib. 3. cap. 45. Oribaſ. lib. 9. Synopſeos, cap 28.

123. Phlegmone corripiuntur Renes, ob affluxum humorum, plagam, Medicamentoſas potiones, continuas equitationes, & ſimiles alias cauſas, ut Aetius loco iam citato teſtatur. Dignoſcitur, ut dicitur hic cap 3. e. ex dolore, horrore inæqualibus intervallis redeuntibus, febreq; inordinatâ.

124. De Doloris ſpecie dicitur 6. Epid. Com. 1. text. 6. Ἐὰν μετέα φλεγμονὴ, βάρυς μᾶλλον ἢ ὀδύνης αἴσθησις γίνεται, καθάπερ καὶ τῷ ἥπατι *i. Si Phlegmone ſit, gravitatis ſenſus percipitur potiùs quàm dolor, uti etiam in Phlegmone hepatis.*

125. Id verò ita explicat Avicen. lib. 3. fen. 18 tract. 2. cap. 2. ut ſi ipſa caro Renum afficiatur, dolor mitior ſit; ſi Membranam ipſam Phlegmone corripiat, magnum fieri dolorem.

126. Hiſce addit Aetius ex Rufo, cap. 16. loci paulò antè citati: Dolor retro accidit ægrotantibus, qui extenditur uſq; ad Hepar ſurſum: deorſum uſq; ad Veſicam. Propinqui cruris ſtupor adeſt: non poſſunt ſe erigere: ex ſternutatione aut concuſſione vehementer irritantur: extrema frigent: adeſt Vrinæ difficultas, & febris.

127. Ἀποστήματα *Latinis Abſceſſus vocantur, & fiunt, partim,* ὅταν ἐκπυήσης τῆς φλεγμονῆς, ἀθροισθῇ τὸ πύον οἷον ἐν κόλπῳ *: i. quando ſuppuratâ phlegmone, pus in quodam veluti ſinu colligitur: Partim* ἄνευ φλεγμονῆς προηγησάσης, ὑγροῦ τινος ἀθροιζομένου κατά τι μόριον *: i. nullâ præcedente Phlegmone, collecto aliquo humore in aliqua parte. 14. Meth. cap. 12.*

Digitized by Google

128. *In Renes cadit tantùm prior Abſceſſuum differentia, quorum ſigna hîc cap. 3. e. dicuntur eſſe; dolores Renum cum horrore, ex interuallis, febre inordinatâ: Item ſi agro in ventrem, aut latus ſanum decumbente, ſuſpenſi alicuius ponderis ſenſus percipiatur: ſi pure cum Vrinis vacuato, dolor ſedetur.*

Diſputatio VII.

De Renum Vlcere.

129. *Vlcus in Renibus efficere poſſunt eadem cauſa, quibus aliæ quoque partes exulcerantur, ut ait Avicen. lib. 3. fen. 18. cap. 10. De iiſdem verò ait Gal. lib. 5. huius operis, cap. 5. circa finem:* Ἑλκοῦσιν αἵ τε ῥήξεις τῶν ἀγγείων ποιοῦσι, καὶ κακοηθῶν χυμῶν ἐπιῤῥοαὶ. *i. Exulcerationem faciunt Vaſorum ruptiones, & affluxus pravorum humorum. Quibus duabus addit Avicen. loco iam citato, Pituitam viſcoſam, & Calculos tam pertinaciter adhærentes, ut nequeant avelli ſine exulceratione.*

130. *Nobis hîc eò ſpectandum, ut cognoſcamus; I. An ſit ulcus in Renibus? II. An ſit vaſorum Ruptio? III. An pravorum humorum Affluxus? IV. An Calculi? V. Quomodo Vlcus Renum diſtinguere liceat, ab Vlcere Vreterum, aut Veſica?*

131. *Adeſſe Vlcus, primùm conijcimus ex Dolore, qui frequenter in affecto Rene percipitur. hîc cap. 3. e. Deinde ſi præcedentibus ſignis Abſceſſus, pus cum Vrinis excernatur. Tertiò ſi non præcedentibus ſignis Abſceſſus; tamen pus cum Vrinis ſubinde reddatur, dolorque circa Re-*

nes

Digitized by Google

nes percipiatur. 4. Aph 75. Certiorq; adhuc eris de Renum Vlcere, ſi Cruoris aliquid & Ephelcides cum Vrinis exeant. Caruncula autem cum Vrinis excreta, magnum ulcus ſignificant. ibid. & 4. Aph. 76.

132. Ruptione vaſorum poteſt Vlcus fieri, partim ob plethoram, ex qua neceſſariò ſequetur magna hæmorrhagia, nullâ præcedente causâ procatarcticâ: partim à cauſis externis, ictu, ſaltu, & ſimilibus quæ ex ægri relatione cognoſcenda.

133. Ex pravorum humorum affluxu factum eſſe Vlcus, conijcies, ſi Apoſtematum ſigna præceſſerint, priùs theſi 127. propoſita. Deinde ex pravorum humorum affluxu, citra indicia Abſceſſus, cognoſces Vlcus originem habuiſſe, ſi longo tempore acres & bilioſi humores cum Vrinis fuerint excreti. hic cap. 3. f.

134. Sed quia ait Hipp. *4. Aph. 75. Si ſanguinem aut pus mingant, Renum aut Veſicæ Vlcus ſignificatur: Quomodo Renum Vlcus diſtingues ab Vlcere Veſicæ? Reſpondeo ex Galeni ſententiâ, ſuper Aphoriſmo iam citato, & 78* Ex Dolore *primò diſtinguendum. Nam Veſicâ ulceratâ, dolor circa illius ſitum percipietur: & quidem longè maior, quàm Renibus affectis, poſſit percipi in illorum regione.* Deinde *ab* Excretis: *nam ulceratâ Veſicâ, excernuntur* πεταλώδη καὶ λεπίδες, *id eſt, folijs aut ſquamis ſimilia:* Ex Renibus μικρὰ σαρκία, *id eſt, Caruncula.*

De Trichiaſi.

135. Τριχίασιν *appellarunt Veteres Renum Affectum,*

 ex

ex quo contingit ut cum Vrinis ὥσπερ τρίχες, i. veluti pili quidam alii; ſive ut Galen. in Com. ſuper Aph. qui iam citabitur, aut θριξὶν ὅμοια, i. Subſtantiæ quædam pilis ſimiles excernantur. Ait enim Hipp. 4. Aph. 76. Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία μικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τούτοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται. id eſt, Quibus cum Vrina craſſa Carunculæ, aut Subſtantiæ pilis ſimiles excernuntur, iis à Renibus fit excretio.

136. Hæc ipſa pilis ſimilia cum Vrinis excreta, ab Hipp. primùm obſervata putantur. Galenus ſemipedu longitudine, & quædam longiora vidit. hic cap. 3. e. Qui verò ante Galenum in hunc Aphoriſmum commentati ſunt, exiſtimarunt, huiusmodi pilis ſimiles Subſtantias Vlcus Renum ſignificare: & ſicuti Carunculæ, ita piloſas haſce Subſtantias eſſe carnis Renum portiunculas.

137. Sed huic eorum ſententiæ obſtant, primùm verba Aphoriſmi, quibus hæc non Vlceris ſigna eſſe aſſeritur; ſed tantummodo quòd talia ex Renibus educantur. Deinde quòd Renum Subſtantia in Carunculas quidem, non autem in huiuſmodi Subſtantias reſolvi queat. Tertiò quòd victus præcedens, in iis, quæ illic adducuntur, exemplis talis fuerit, qui non acres, ſed lentos & viſcoſos humores generare potuerit. Quartò deniq;, quòd Curatio, per ea quæ attenuant, & urinas movent, inſtituta, benè ſucceſſerit.

138. De quo Renum affectu ergo ex huiuſmodi piloſis excretis iudicandum fuerit? Reſpondeo breviter, quòd γλίσχρου χυμοῦ κατοπτωμένου ἐν νεφροῖς, αἱ τριχοειδέες γίνονται συστάσιες: i. quòd Viſcoſo lentoq; humore in Renum venis aſſato, talia fiant. hic c. 3. f. & 4. Aph. 76 g. h.

139. Ae-

139. *Aëtius tetrabib.2.ſerm.3.cap.66. Paulus item lib. 3.cap.2.aliam τειχίασιν deſcribunt, ab hac planè diverſam: cuius nomine intelligunt Affectũ palpebrarum, quo ſub naturalibus pilis alij naſcuntur, oculos pungentes.*

De Renum Imbecillitate, cuius ratione cum Vrinis, Sanguis aquoſus excernitur.

140. *Cruentas urinas reddi contingit ob Vlcus Renũ, Vreterum & Veſicæ: Item ob Venam aliquã in Renibus fractam, aut per Anaſtomoſin apertam, ut antè theſi 115. 129. & ſequentibus dictum eſt. Accidit verò etiam ut ὀῤῥῶ εἶδος αἱματος, i. ſeroſus ſanguis cum Vrinis reddatur ob Renum imbecillitatem, propter quam nequeunt ſibi aſsimilare omnem ſanguinem cum ſero attractum: quandoq; etiam ob dilatationem venarum emulgentiũ. hîc cap.3.g.*

141. *Huiusmodi Imbecillitatem verò referre oportet ad Intemperiem frigidam humidamq́;, eò quòd docet, huiuſmodi excretionem ſimilem eſſe ei, qua in fluxu hepatico loturæ carnium ſimilia deijciuntur.*

142. *Deinde paulò pòſt cap.5. huius libri, ee. oſtendit, hoc ipſum contingere τοῖς ἀπαλοσάρκοις καὶ φλεγματώδεσιν, id eſt, ijs qui habent molles carnes, & pituitoſi ſunt. Vide quæ de omnibus cruentis Excretionibus, per urinam factis, in diſp. anni 1607. theſi 89. & ſequentibus à nobis dicta ſunt.*

De Diabete.

143. *Ad Renes pertinet etiam Διαβήτης, i. Diabetes: qui à ſiti maxima Δίψακος quoq;, & copioſis urinis illi coniunctis, Διαῤῥοια εἰς οὖρα, id eſt, Diarrhœa per urinas;*

Item ὕδρωψ εἰς ἀμίδα, i. Hydrops ad Matulam nuncupatur. Affectus rarus & periculoſus, de quo agit Gal. hic cap. 3. g. & ſequentibus.

144. Tria verò nobis ex longa hac diſputatione ſunt obſervanda. Primùm quomodo hic Affectus ſit cognoſcendus? Secundò quæ pars in eo afficiatur? Tertiò qualis ſit eiuſdem partis Affectus?

145. Cognoſcitur hic Affectus ex ſiti immenſa, celeri potus vacuatione per urinas, exigua mutatione eiuſdem potus ab eo ſtatu, quo erat antequam biberetur: deniq; quòd hic affectus non percipitur ab ægris, antequam ad ſtatum pervenerit. hîc cap. 3. g. a. b.

146. Quia enim Renũ functio, trahens ſeroſitatem, naturalis eſt: Idcircò non poteſt ſenſu naturali dignoſci illius prima Immoderatio: Sed tunc demum obſervatur, quando extractâ per Renes ſeroſitate, ſuctio venarum pertingit uſq; ad orificium ventriculi, ex eoq; ſugens humiditatem, ſitim illam excitat.

147. Eiuſdem huius vehementis ſitis causâ exiſtimaverunt ex Veteribus aliqui, in Diabete vẽtriculum primariò affici. Quorum ſententiam Galen. hîc cap. 3. dd. his Argumentis refutat. In vehementi ſiti, quæ fit ventriculi ipſius, aut partium vicinarũ feruore, neceſſe eſt, ut cum vehementi potus deſiderio ſit coniuncta ventriculi ipſius facultas Retentrix firma, aut infirma. Si firma ſit, retinebit potum, percipieturq; gravitas & pondus ex ipſius Retentione. Si infirma exiſtat, neceſſe erit, eundem potum, aut ſurſum vomitu, aut deorſum per alvum vacuari, ut in Lienterijs. Horum autem hîc nihil fit, ſed potus mox per urinas vacuatur.

148. Re-

Digitized by Google

148. Relinquitur ergo, ut quod vehementem illam ſitim excitat, Renes ſint, immoderatè trahentes ſeroſitatem, ſugendo ex venis, donec ſuctio ad Ventriculum pertingat. Cum eadem verò immoderata Renum tractione, coniunctam eſſe oportet Retentricis Renum debilitatē.

149. Hinc enim fiet, ut attractam humiditatē copioſam non retineant, ſed ad veſicam mox illam crudam tranſmittant: perinde ſcilicet, ut in Lienteria, & canina Fame, facit ventriculus, cibos attrahendo, eosq́; ſurſum mox vomitu, aut deorſum per alvum reÿciendo.

150. Sed qualis Renum diſpoſitio irritat illos ad immoderatam ſeroſitatis Tractionem, cum debilitate Retentionis coniunctam? Reſpondeo; Ad Retentricis vim debilitandam, ſufficere nimiam attractæ ſeroſitatis copiā, iuxta ea quæ docuit Galen. 3. de nat. facult. cap. 12. oſtendens, aggravari Retentricem facultatem, & excitari in ſingulis partibus expultricem ad agendū, propter ὄγκον πλειστὸν, ἢ βάρος, ἢ δῆξιν, i. propter molem, pondus, aut mordicationem.

151. De Attractrice ergo quærendum, quomodo irritetur ad nimis vehementer attrahendū? Hac de re ait hîc cap. 3. b. κατὰ μὲν οὖν τὸ τάχος τῆς διεξόδου, παραπλήσιόν ἐστι τὸ πάθος τοῦτο τῇ κατὰ τὴν κοιλίαν λειεντερίᾳ: καὶ μέντοι καὶ καθ' ὅσον ἡ κατὰ τοὺς νεφροὺς διάθεσις ἡ αὐτή. *i. Reſpectu celeris tranſitus potionis ad urinas, ſimilis eſt hæc Renū paſsio, Lienteria. Imò etiam quatenus idem eſt in Renibus affectus, qui eſt in Lientericorum Ventriculo.*

152. Hæc ipſa verò διάθεσις, *quæ eadē eſſe dicitur in Renibus, & Vētriculo, ſi de ſola vehemētia tractionis excretionisq́; intelligatur; omnia erunt plana. At ſi de Intempe-*

Digitized by Google

temperie Ventriculi & Renum, efficiente illam Tractionem Vacuationemq́ue, accipiatur: ſequetur, Renes in Diabete frigida Intemperie laborare: quia in canina Fame & Lienteria Ventriculus frigida Intemperie laborat, ut dicitur 1. de cauſ. ſympt. cap. 7. f. Item 6. Aph. 1.

153. Sed Aëtius 3. tetrab. ſerm. 3. cap. 1. Oribaſius lib. 9. Synopſeos, c. 36. Paulus l. 3. c. 45. Trallianus l. 9. c. 8. & alij ferè omnes, tàm Græci, quàm Arabes & Latini recentiores, docent, Diabetem à calida Renum Intemperie oriri: Et curationem inſtituunt per talia, quæ in victu, potionibus emplaſtrisq́ue, eandem poſſint emendare. Vide exempli gratiâ Aëtium loco iam citato.

154. Quid igitur hic dicendum? Reſpondeo; Similitudinem hanc, quæ hîc proponitur, Diabetis cum Fame canina & Lienteria, potiſſimùm referri ad τάχος τῆς διεξόδου, i. celeritatem tranſitus excretionisq́ue aſſumptorum: idcircò primo loco proponitur. Deinde ſecundò cum quadam dubitatione additur, διάθεσις ἡ αὐτή, quæ æquè poteſt intelligi de vehementia Tractionis, atque de Intemperie eam efficiente.

155. Quòd ſi verò etiam aſſerueris, Incipere hanc Tractionis vehementiam, à frigida Intemperie: poſtea extractâ omni ſeroſitate, ſequi Intemperiem calidam, ut fit in fluxu hepatico, nihil inde conſequetur abſurdi.

Diſputatio VIII.

De Bulimo. Vide etiam diſp. Anni 1605. Theſi 156.

156. Τῇ κοινωνίᾳ τῶν συμπτωμάτων ἅμα τοῖς κατὰ τοὺς νεφροὺς πάθεσιν, i. propter ſimilitudinem ſymptomatum

quam

quam habent cum quibuſdam Renum affectibus: nempe Bulimus cum Diabete, & Dracunculi cum Trichiaſi; utriuſq; horum fecit mẽtionem Galenus hîc cap. 3. ſ. c. d.

157. Et Bulimi quidem ſimilitudo, cum Diabete in eo conſiſtit, quòd ſicuti eſt vehemens ſitis, & eorũ, quæ potando aſſumpta fuerũt, cita translatio ad Renes & Veſicam, ut vacuentur: Ita in Bulimo eſt vehemens fames, & eorum, quæ aſſumpta ſunt, ſubita diſsipatio, ut vires diſſolvantur, deficiente alimento.

158. Significat autem ipſa Βȣλίμȣ vox vehementem famem. Nam λιμὸς fames eſt, & βȣ̃ magnitudinem indicat. Hinc Trallianus lib. 7. cap. 4. ait: Βȣ́λιμος, ὡς καὶ τȣ̃νομα δηλοῖ, μέγας ἐστὶ λιμός. i. Bulimus, ut vox ipſa indicat, eſt magna fames.

159. Nec tamen eſt hæc fames canina, quòd in hac nõ diſsipantur illa inſenſibiliter, quæ eduntur: ſed aut aggravant ventriculum retenta, aut vomitu vel alvi deiectione vacuantur, ut vides hîc cap. 3. h. a. Vide etiam Diſp. Anni 1605. theſi 156.

160. Hiſce accedit, quòd caninæ famis propria vocata cauſa latet in Ventriculo: nempe ſuccus acidus frigidusq;, ſimilem ſuctioni ſenſum efficiens. i. de cauſ. ſympt. cap. 7. ſ. g. Propriè vocatam dico, ad diſcrimen illius, quam ibid. fieri ait à magna corporis vacuatione; illa enim cum Bulimo coincidit.

161. Contrà autem Βȣ́λιμος, ut loco citato dicitur, ex ἐνδείας τε ἅμα, καὶ ἀτονίας καὶ καταψύξεως, id eſt, indigentiâ, imbecillitate & refrigeratione corporis univerſi oritur. Ex qua refrigeratione primùm diſsipatur ſubſtantia partium: Deinde, ex diſsipatione ſequitur

quitur indigentia: Tertiò, ex indigentia, imbecillitas & periculum.

162. In eundem ſenſum dicit hîc cap. 3. dd. Ἐν ταχείας διαφορήσεως ἄρχεσθαι σωζόντων ἁπάντων μορίων τὴν ἑλκτικὴν ἅμα τῇ ὀρεκτικῇ: id eſt, Incipere Bulimum à diſsipatione partium, ſervantium tamen attractricem & appetendi facultatem, quarum ratione à principio oritur fames.

163. Et ſicuti hiſce verbis deſcribitur initium Bulimi: Ita 2. Aph. 21. deſcribitur βούλιμος iam factus, ijs verbis, quib. dicitur eſſe καταπίπτωσις τῆς δυνάμεως, ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψύξεως, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ πείνης, οὐκ ἔτι δὲ ἔχων αὐτήν: i. virium deiectio, ab externo frigore inducta, quæ à fame incipiens, non illam ampliùs habet coniunctam.

164. Libro 1. ad Glauconem autem, cap. 14. f. de Bulimo in Vigore exiſtente ait: Βούλιμος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ, ἢ λειποθυμία. i. Bulimus nihil aliud quàm animi defectus.

165. Sed quæritur hîc non immeritò, & iam olim etiam quæſitum eſt ab Eraſiſtrato, ut eſt apud Aulũ Gellium lib. 16. cap. 3. διὰ τί ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται, ἢ ἐν ταῖς ἐνδείαις: id eſt, Cur Bulimi ſymptomata magis à frigore oriantur, quàm ab indigentiâ alimenti calore inductâ? Eadem quæſtio etiam apud Plutarchum tractatur 5. Decade problematum ſympoſiacorum, problem. 8.

166. Reſpondeo: Primùm, omnem famem magis oriri, à frigore, quàm à calore. Quo ſenſu dixit Hipp. initio libri de ſalubri diæta: Idiotas hyeme plurimùm comedere oportet. Item 6. Epid. Com. 4. text. 20. Aqua edax, Vigilia edax.

167. De-

167. Deinde, in quibuſdam locis, præſertim nivoſis montoſisq́;, Aerem eſſe valde diaphoreticum. Novimus enim, v.g. in ſummis Rhetiæ montibus Aerem hyemali tempore tàm diaphoreticum eſſe, ut muniri cibo oporteat illos, qui illac tranſituri ſunt. Et quamvis in quibuſdam ab una radice Montis ad alteram uſq; vix bina milliaria Germanica interſint: nemo tamē ieiunus, hyeme, eum montem audet ſuperare.

168. Atteſtantur hiſce, quæ apud Plutarchum loco iam citato dicuntur de Bruto, qui Dyrachio per nives in Apolloniam expeditionem movens, ex huiuſmodi refrigeratione in Bulimum, adeoq́; mortis periculum prope inciderit.

De Dracunculis.

169. Τὰ καλούμενα δρακόντια, i. Dracunculi nominati, quales ſint? Ex quibus cauſis generentur? fatetur Galenus ſe ignorare: quamvis audierit ex multis, qui ſe vidiſſe eos narrarent, ac generari eos dicerent, quodam Arabiæ loco in hominum tibijs: naturâ nervosâ, calore & craſſitudine Lumbricis ſimiles. hîc cap.3.f.

170. Aëtius 4. tetrab. ſerm.2.c.85. & Paulus l.4.c.59. ex Leonida addunt, Dracunculos etiam in ſuperioribus Aegypti partibus atq; in India generari, pueris maximè, in tibijs, alijsq́; muſculoſis partibus: Et temporis ſucceſſu, circa extremitatem Dracunculorum, ſuppurari locū, aperiri, & capita illorum exeri, quæ capita apprehenſa ſi trahantur, vehementem dolorem excitant.

171. Quibus addit Paulus ex Sorano, Dracunculos hoſce non eſſe Animalia, ſed nervoſas extremitates, quæ ſpeciem motus exhibeant: verè autem non moveantur.

172.Vul-

172. Vulgus hominum apud nos, pueros, qui macilento ſunt habitu, multũ interim edentes, laborare dicunt affectu quodã huic ſimili, quem vocant Miteſſer, *tamquam ſi dicas, habere vermes ſub cute, qui ſimul ipſis abſumant alimentum. Itaq; illis in vaporario ſolent cultro raſorio cutem abradere: ſperantes, ſe hoc modo capita vermiculorum abraſuros.*

173. Ego incidi aliquando in huiuſmodi abraſionem pueri: ſed Capita Vermium prominentia nulla potui videre. Bobus equidem vidi apud noſtros Rhetos tumores oriri cutem attollentes: quibus compreſſis, exprimitur vermis albus, parvæ Caſtaneæ ſimilis, duplo craſſior Lumbrico, ſed brevis.

174. D. Georgius Cunelius Dreſdenſis Saxo, cùm hîc Baſileæ Anno Domini 1589. Medicinæ gradum aſſumeret, de Dracunculis diſputavit: narravitq;, ſe filiolam habuiſſe, quæ Dracunculis laborans, obierit: In ea fuiſſe magnam cibi cupiditatem, cum extenuatione corporis: Vermiculorum capita, poſt factam in vaporario inunctionem cutis, ex farinâ tritici, melle ſubactâ, prominere ſolita, Vermiculoſq; fuiſſe Aſcaridibus ſimiles.

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Σημείωσ

Digitized by Google

Σημειωτικῆς particularis CAP. V.

De cognoſcendis Affectibus Veſicæ, Vteri; cæterarumq; partium, Generationi ſervientium:

Ex Enarratione poſteriorum trium capitum Libri VI. de Loc. affect. ſummatim digeſtum in Theſes, pro Diſp. Anni 1614.

Ad Illuſt & Generoſum D. D. Ioannem Bernhardum, L. Baronem à Kunovvitz, Moravum:

Illuſt. D.D. Joan. Theodorici Filium unicū:

Reſpondentibus,

D. Henrico Paſchaſio, Lubeccenſi.
D. Ioan Lamando, Delphinate.
D. Sigiſmundo Kulichio, Auguſtano.
D. Ioanne Georgio Sattler, Vberlingenſi.
D. Ioan. Gryn, Diepurgenſi.
D. Chriſtiano Beck, Dreſdenſi.
D. Henrico Graſſo, Lauſannenſi Helvetio-Gallo.
D. Ioanne Septimio Alberio, Lauſannenſi.

IN ſuperioris Anni Diſputationibus, illuſtris & generoſe D. BERNHARDE, oſtendimus, propter multitudinem rerum, quæ lib. 6. de Loc. affect. à Galeno tractantur, oportuiſſe eandem libri enarrationẽ in binos annos diſtribuere. Cùm ergo Diſputationes Anni 1613. tibi iam tum conſecratas obtulerimus: Nunc illas quæ Anno 1614. habendæ erunt, tibi itidem dedicatas offerimus, coniunctas cum toto omnium noſtrarum Diſputationum agmine: ut ſicuti in earundem noſtrarum diſputationum prima Acie conſtituti fuerunt ante Annos ſeptendecim illuſtriſſ. Principes, D. D. GEORGIVS & IANVSCIVS RADZVVILII, qui tunc temporis ſtudiorum cauſâ hîc vivebant: Ita tu earundem harum noſtrarum Diſputationum Agmen claudas atq; defendas.

Ioan. Nicolaus Stupanus.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputatio I.
De Veſica ſecundùm & præter naturam ſe habente.

Thesis I.

Ex partibus, quæ in Ventre inferiori continentur, ſuperſunt nobis Veſica, Vterus, & cæteræ partes generationi inſervientes, de quibus in Diſputationibus anni 1614. agemus: à Veſica ipſa exorſi.

2. Hanc Græci vocant κύστιν, & quandoq; (ad differentiam eius quæ bilem ſuſcipit) κύστιν οὐρόδοχον, tamquam ſi dicas Veſicam urinariam. Eſt autem ea membranoſa quædam veluti Ciſterna, craſſâ, ſimplici fortiq; membranâ conſtans ſphæræ oblongiori ſimilis: Renibus ſubiecta, ut Vrinam per Vreteres tranſmiſſam ſuſcipiat contineatq;, donec convenienti tempore & loco ſimul tota excernatur. 3. de uſu partium, cap. 5. h. a.

3. Aſclepiadis ſententiam de modo, quo ille aſſerebat, Vrinam pervenire ad Veſicam, in diſp. anni ſuperioris, theſi 93. & ſequentib. cùm ex loco de uſu partiũ iam citato, tùm lib. 1. de nat. facult. cap. 13. refutavimus. Eandem verò Vrinam non trahi ex Renibus in Veſicam, ſed tranſmiſſam ſuſcipi, ſatis probant, quæ eodem hoc lib. 1. cap. 3. h. dicuntur. Avic. tamen lib. 3 fen. 19. tract. 1 cap. 1. itemq; tract. 2. cap 10. putat, non ſuſcipi eam tantum, ſed etiam à Veſica trahi.

4. Vt verò cum Renibus per Vreteres coniungitur, tã-

quàm canales ſenſibiles, quib. ab illis Vrinam ſuſcipit: ita rurſus terminatur in fiſtulam urinariam per collum, cui ſphyncter, tãquam φύλαξ ἀκαίρου ἐκκρίσεως, i. cuſtos intempeſtivæ Excretionis, circundatus eſt.

5. Hinc fit ut ad οὔρησιν καὶ ἀποπάτησιν, i. ad Vrinam reddendam, & fæces alvi deÿciendas, Actio naturalis & animalis concurrãt, ſintq; hæ τῆς οὐρήσεως καὶ ἀποπατήσεως Actiones mixtæ ex naturali & animali. Quod propterea cognoſcere oportet, ut ſi quando Vrina ſupprimatur, intelligere poßimus, ex cuius partis affectu hoc ipſum contingat?

6. Non defuerũt enim ex Veteribus, qui exiſtimarẽt, has Actiones ambas planè eſſe animales, & Veſicam, ſimul & rectum Inteſtinũ, voluntario motu cieri: eò quòd videamus, nos pro arbitrio, quando volumus, poſſe has Actiones edere, aut intermittere. Et ſecundùm ea pronuntiare oportebit, ἰσχουρίαν oriri ex Affectu nervorum & ſpinalis Medullæ.

7. Alÿ è contrà ambas has actiones aſſeruerunt naturales eſſe, & fieri eas oportere eo modo, quo ex Ventriculo per Inteſtina reliqua fæces uſq; ad Anum feruntur, & quo ſeroſitas ex ſanguine ad Renes, & inde ad Veſicam pervenit. hîc cap.4.f.

8. Sed falſa utraq; ſententia. Vera autem ea, quæ οὔρησιν καὶ ἀποπάτησιν fieri docet Actione quarundam partium naturali, & quarundam partium Actione voluntariâ. Naturali Actione inſerviunt ad ἀποπάτησιν Inteſtina, tranſverſis fibris inſtructa, præſertimq; rectũ: poteſtq; ſola eorum Expultrix ſufficere, quãdo fæces ſunt liquidæ, ut in ÿs apparet, quibus Sphyncter eſt reſolutus.

9. Πρὸς

9. Πρὸς οὔρησιν Actione naturali inſervit Veſica, Expultrice vi cõſtringens ſe ad expellendam Vrinam, quãdo moleſta eſſe incipit. Voluntariâ verò Actione inſerviunt, tàm ἀποπαλήσει quàm οὐρήσει, Muſculi abdominis cum Diaphragmate & binis Sphyncteribus: hi quidem à propria Actione ceſſando; illi autem agendo, & Inteſtina Veſicamq́ comprimendo. ibid. & 5. de uſu partium, cap. 15. a. item 1. huius operis, cap. 1. b.

10. An verò ſana ſit Veſica, nec ne? cùm ex ijs ſignis cognoſces, quæ in diſputat. anni ſuperioris, theſi 97. & ſequentib. de Renibus fuerunt propoſita: tùm ex ijs quæ iam ſubiungemus: & quidem primò ex fonte læſarum Actionum.

11. Vt enim, ſi Vrinam ſuſcipiat, convenienti tempore retineat, & rurſus convenienti tempore illam ſine moleſtia totam reddat; nihil mali de ea ſuſpicamur: Ita rurſus, ſi ſuſcipiat quidem, non autem ſufficienti tempore eam retinere poßit, ut in Stranguria accidit: item ſi præter noſtram voluntatem eam excernat, aut cum moleſtia atq; dolore, ut in Δυσουρίᾳ: aut ſi eam reddere omninò nequeat, ut in Iſchuria; ex ſingulis hiſce coniecturam habemus de Veſica Affectu.

12. Excreta deinde conſideranda ſunt: ipſa ſcilicet Vrina, & quæ cum illa excernũtur. Vrina ſecundùm naturam ſe habens, & Veſicam, & partes ſuperiores pleraſq; benè habere innuit: Quicquid verò cum ea præter naturam excernitur, affectũ aliquem earundem partiũ indicat, ut dicitur 4. Aph. 75. & ſequentibus.

13. Ex hiſce primum eſt, Si non per legitimas vias excernatur, ut in Iuvene Mytilenæo, qui ſecundùm ſedem

Digitized by Google

vulneratus, Vrinã per vulnus reÿciebat: Item in Henrico Giſſi Baſilieñſi, qui aliquot annis per vulnus Veſicæ inflictum reddidit eam. Deinde, quæ cũ Vrinis mixta excernuntur, acres humores ſc. fœtida, bilioſa: Item pus, ſanguis: Item foliata, ſquamoſa, quæ Græcis πιτυρώδεα, πεταλώδη καὶ λεπίδες vocantur, ut in Aphoriſmis iam citatis dicitur. Arenoſa autẽ cum Vrinis excreta, tàm Veſicæ quàm Renum affectus portendunt. 4. Aph. 79.

14. Ex ſitu & dolore conÿcimus etiam de Affectibus Veſicæ. Si enim circa Veſicæ regionem, aut tumor appareat, aut dolor, aut tẽſio; circa Veſicã labor eſt. 4. Aph. 80.

15. Affectibus aũt obnoxia eſt Veſica, ſimilaribus, inſtrumentarÿs & communibus. De quibus cognoſcendis docet Galenus hîc in textu, à poſteriori progrediẽs. Nam cùm ex Veſicæ morbis quatuor evidẽtiſſima ſymptomata oriantur: Στραγγουρία, Ἰσχουρία, Δυσουρία, ἀκούσιος ἔκκρισις: i. Stranguria, Iſchuria, Dyſuria & Mictio involuntaria; eorundẽ horũ ſympt. cauſas enarrans, ſimul quoq; Veſicæ morbos explicat, cùm ſympt. cauſæ ſint Morbi.

Diſputatio II.

De Stranguria, Dyſuria & Ardore Vrinæ.

16. De ÿſdem hiſce, ut & de Iſchuria, diſputavimus etiam Anno 1607. theſi 117. & ſequentibus, tamquam de ÿs, quæ ad tertium genus ſymptomatũ pertinent: hîc de ÿs agemus, tãquam de ſignis Affectuum Veſicæ: hinc exorſi, quòd Στραγγουρία propriè vocata τὴν κατὰ στράγγα τῶν οὔρων ἀπόκρισιν δηλοῖ: i. Stranguria propriè vocata Vrinæ Excretionem guttatim factam ſignificat: 7. Aph. 48. Compoſitâ ſ. voce ex στράγξ, καὶ οὐρῆσαι, i. Gutta, & Vrinam reddere.

17. Eiuſ-

17. *Eiuſdem verò huius guttatim factæ Vrinarũ Excretionis vocabulo intelligere oportet omnem excretionem, quæ fit ex brevioribus intervallis, quàm naturaliter fieri debebat. Quo ſenſu dixit Galenus 5. Aph. 58.* ὅταν τις ὀλίγον ἀποκρίνει οὖρον συνεχῶς, στραγγουρία τὸ πάθος καλεῖται. *i. Quando quis parum Vrinæ ſubinde excernit, tunc paßio hæc vocatur Stranguria.*

18. *Et 3. Epid. com. 1. text. 4.* Ἐδείχθη γὰρ ἡ κύστις ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν ὁρμῶσα τῶν οὔρων ἐν ταῖς στραγγουρίαις, πρὶν ἀξιολόγως ὑπ' αὐτῶν πληρωθῆναι. *i. Oſtenſum eſt, Veſicam in Stranguriis irritari ad Vrinas excernendas, antequam ſufficienter repleta ſit.*

19. *Cæterùm Stranguriarum in genere omnium duplex eſt cauſarum genus, quarum alterum penes Vrinarum qualitatem, alterum verò penes Veſicæ Affectus cõſiſtit. hîc in textu, cap. 4. e. item 3. Aph. 58. & 3. de cauſ. ſympt. cap. 2. bbbb. deniq; 3. Epid. com. 1. text. 4.*

20. *Vrinarum qualitas Strangurias excitans, eſt acris & mordax, ſubinde Veſicam mordicãs, eamq; ad excretionem irritans, antequam repleatur. Contrahunt autẽ Vrinæ acrimoniã multis de cauſis: præſertim verò ſi aut Renes, aut aliæ partes ſuperiores, cacochymias ſuas per Vrinas expurgant.*

21. *Contingitq; hîc aliquid ſimile iis quæ circa Inteſtina eveniunt: per quæ ut ſolet aliarum partium cacochymia aliquandiu ſine noxa vacuari: tamen deinde ſi diutius duret hæc vacuatio, acriora fiunt, ut erodendo tandem efficiant Dyſenteriam; Ita etiam cacochymia Renum & Venarum aliquandiu ſine noxa cum Vrinis vacuata: tamen ſucceſſu temporis acredine ſua Strangurias excitat. hîc cap. 3. f.*

22. *Veſicæ Affectus Stranguriæ cauſam exhibentes, ut habes hic c. 4. d. e. & Aphoriſmis iam citatis, duplices ſunt;* Ἀτονία καὶ Ἕλκος: *i. Imbecillitas & Vlcus: oportetq; hic nomine Vlceris etiam Scabiem Veſicæ intelligere, propterea quòd per eam interna illius ſuperficies exulceratur, faciliusq; ab Vrinæ acrimonia ad excernendum irritatur.*

23. *Vlceris Veſicæ ſigna dixit Galenus 4. Aph. 78. eſſe hæc:* Ὀδύνη τῆς μορίου, καὶ πύον, καί τινα πολλάκις αὐτοῦ τοῦ σώματος τῆς κύστεως οἷον περ θρύμματα: *i. dolor Veſicæ, pus emictum & ſæpè quædam particulæ corporis ipſius Veſicæ, cum Vrinis prodeuntes, quales in Aphoriſmo iam citato vocantur* λεπίδες, *i. ſquamæ.*

24. *Et Hipp. 4. Aph. 81. inquit: Si quis ſanguinẽ aut pus mingat, & ſquamas, & odor gravis eſt, Veſicæ exulceratione͂ ſignificat. Vide diſp. Anni præcedentis, th. 132. quomodo Veſicæ ulcus ab ulcere Renum diſtinguere oporteat?*

25. *De Scabie Veſicæ autem ait 4. Aph. 87. Quibus in Vrinâ craſſâ, furfurea quædam exeunt; iis Veſica ſcabie laborat.*

26. *Imbecillitatem autem oportet intelligere de Retentrice facultate, cuius ratione faciliùs gravatur Veſica, Vrinamq; minùs diu retinere poteſt. Hoc ipſum verò contingit Veſicæ, tùm ob Morbos organicos: Phlegmonas ſcilicet, Eryſipelata, & ſimiles; tum etiam ob eiuſdẽ intemperiem quamlibet præſertim frigidam: Vnde contingit quibuſdam à frigore ambientis inflatis, Stranguriâ laborare. hic cap. 4. e. fitq; etiam ut ſenes Vrinam minùs diu retinere poſſint. 5. Aph. 58.*

27. Et

27. Et hæc quidem, ut ad Stranguriam propriè vocatam maximè pertinent; ita etiam generatim cauſas cõtinent, Dyſuria & Ardoris Vrinæ: quarum utraq; hoc cum Stranguria commune habet, ut per eas Vrina ex parvis intervallis reïjciantur.

28. Sed peculiare eſt Dyſuriæ propriè nuncupatæ, ut per eam quoq; Vrina reddatur, aut μετ' ὀδύνης, i. cum dolore; aut μετὰ δυσκολίας τινὸς, ὡς μόγις ἐνδρυγεῖν τὴν κύστιν: i. cum quadam difficultate, qua fit ut Veſica difficulter Vrinam excernat. 7. Aph 48.

29. Hinc Græci recentiores, omnes pravas Vrinarum Excretiones, quæ fiunt ex brevibus intervallis, ſi absq; dolore fiant, Strangurias vocant. Si fiant cum dolore aut difficultate aliquâ operandi, Δυσουρίας nominant. Vide Aetium 3. tetrabib. ſerm. 3. cap. 19. Trallianum lib. 9. cap. 6.

30. Itaq; ad genus Δυσουρίας pertinet etiam Affectus ille, quem Arabes & alij quidam Neoterici Ardorem Vrinæ nuncupant, eò quòd in Vrina reddenda quidam veluti Ardor percipiatur: ſive, ut ait Raſes initio cap. 76. lib. 9. ad Almanſorem, quòd ægro inter mingendũ punctiles cruciatus in Veſicæ collo oboriantur.

31. Hunc docuit Avicenna fieri, partim ab Vrinæ acrimoniâ, partim defectu lenti illius humoris, qui in glanduloſo corpore Vaſa ſeminalia excipiente naſcitur, & meatum urinarium lentore ſuo inungens, Vrinæ acrimoniam temperat: Deficere verò ſolere hunc humorem imprimis à nimia Venere. lib. 3. fen. 19. tract. 2. cap. 3.

Diſputatio III.

Περὶ ἀκουσίας Ἐκκρίσεως: id eſt, de Vrinæ fæcumque Excretione, quæ fit præter noſtram voluntatem.

32. *Tertium genus Symptomatum, quibus Veſica Morbos cognoſcimus, continet* τὰς ἀκουσίους Ἐκκρίσεις, *i. Vrinæ Excretiones, quæ fiunt præter noſtram voluntatem. Ad quarum cauſas dignoſcendas conducent ea quæ ſuprà theſi 5. & ſequentibus dicta ſunt de modo quo* Οὔρησις καὶ Ἀποπάτησις *fiunt.*

33. *Quoniam enim illic oſtenſum eſt, Retentionem Vrinæ in Veſica, non tàm Retentricis illius facultate fieri, quàm Actione volũtariâ Sphyncteris Muſculi; Idcirco, ut, dum ſuo munere fungitur Sphyncter, non poteſt præter noſtram Voluntatem effluere Vrina: ita ſi paralyſi laborat, contingit eam effluere etiam nobis nolentibus.*

34. *Et quæ ratio eſt in Vrina, eadem quoq; eſt in Alui Excrementis. Nã illa quoq; non excernuntur præter noſtram voluntatem, quamdiu Sphyncter recti Inteſtini officium facit: ſed eo reſoluto, non poſſumus reſiſtere naturali functioni Expultrici.*

35. *Scio, Avicen. lib. 3. fen. 19. tract. 2. cap. 13. alias quoq; cauſas proponere, præſertim de Veſica: Nimirum, hoc ei contingere, ſi nimiùm repleatur: aut ſi duro recti Inteſtini ſtercore comprimatur, aut à fœtu grandiori idem patiatur. Sed hæ cauſæ poſſunt equidem irritare Veſicam ad citiùs excernendum, non tamen efficient, ut præter noſtram voluntatem idipſum fiat.*

36. *Reſolvuntur autem Sphyncteres frequenter ab Intemperie frigida, v. g. ſi Iuvenes diutiùs in aqua frigida verſen-*

Digitized by Google

verſentur, aut ſuper lapidem frigidum ſedeant. Cuiusmodi exempla habes lib.1. huius operis, cap.6.aa.

37. Deinde etiam ex læſione nervorum qui ad hos Muſculos perveniunt. V. g. Menſe Aprili. Anni 1613. contigit hîc Baſileæ Coſmo Bollingero, Molitoris filio, ut dum per clivum, qui ducit ad vicum Molitorum, vehiculo ferretur cum impetu, derepente vehiculo inverſo, ipſe circa os ſacrum compreſſus, in utriusq; cruris, atq; etiam Sphyncterum, paralyſin inciderit, ut ita ſupra tres menſes Vrinam facesq; præter voluntatem emiſerit.

38. Excretio Vrinæ, quæ fit noctu, ab iis qui lectos permingunt, eſt etiam perſimilis ei, quæ fit nobis nolentibus, ſed Cauſam habet leviorem, pendentem partim ex Sphyncteris debilitate, qui ſufficit vigilãtibus: dormientibus non ſufficit; Partim ex ſomni profunditate: quib. etiam accedit Vrinæ copia aut acrimonia. Avicen: c.15. libri paulo antè citati, in eundem ſenſum de hac re loquitur.

De Iſchuria.

39. Vltimũ ſymptoma eorum quæ nobis de Veſicæ morbis indicia ſuppeditãt, eſt Ἰσχουρία, *i. Vrinæ ſuppreſſio: ſub qua* ἐπίσχεσις τῶν οὔρων, *i. Vrinæ omnimoda Retentio, &* ναρκώδης ἔκκρισις, *i. debilis atq; imbecilla eiusdem Excretio, continetur. hîc c.4. e.g. item 3. de Cauſ. ſympt. c.2. hhh. Et quia* ἐπίσχεσις καὶ ναρκώδης ἔκκρισις *ſunt* ὁμογενεῖς: *ſi de priori dixerimus, poſterior quoq; erit explicata.*

40. Contingit autem ſupprimi Vrinam, ut de ſympt. Cauſis loco iam citato dicitur, partim Vrinâ nullâ perveniente ad Veſicam: partim perveniente eâ in Veſicã, atq; illic cohibitâ. Et dicebatur olim uterq; Affectus Ἰσχουρία, *ſed prior impropriè: quomodo n. verè dici queat* ἰσχεσθαι

τὰ

τὰ οὖρα, id eſt, retineri Vrinas, quæ in Veſica nulla ſunt?

41. Eſt autem vera Ἰσχουρία, ὅταν τῆς κύστεως τὸ σῶμα τοιοῦτο πάθοι πάθος, ὡς ἀδυνατεῖν ἐκθλίβειν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτῇ οὖρον: i. quando Veſicæ corpus ita afficitur, ut expellere nequeat eam, quam in ſe continet Vrinam. hîc cap. 4. g. Eam lib. 1. huius operis, cap. 1. h. ex eo dignoſcere iubet, quòd tumor quidam in Veſicæ regione ex repletione appareat, & dolorifica tenſio percipiatur.

42. Idipſum contingit, aut τῆς κύστεως μὴ δυναμένης περιστέλλεσθαι σφοδρῶς: i. eò quòd Veſica nequeat ſe fortiter circa Vrinam contentam conſtringere, eamq; expellere: ob debilitatem Expult. facult. ſcilicet; Aut τοῦ κάτω πόρου φραχθέντος: i. eò quòd Vrinarius meatus ſit obſtructus: hîc c. 4. e. ſive ut dicitur lib. 1. huius operis, cap. 1. h. τῷ τῆς οὐρήθρας τὸν πόρον ἐστενῶσθαι: i. eò quòd anguſtior factus ſit urinarius meatus.

43. Et ſiquidem ob læſam Expultricem ſolam Vrina ſit ſuppreſſa; tunc collocato ita ægro, ut declivis ſit Cervix Veſicæ, compreſſoq; manibus tumore, orto ab Vrinæ retentæ copiâ: neceſſe erit urinam exprimi. At ſi ita agendo nihil profeceris, conijciendum eſt, Vrinam ſuppreſſam eſſe ob urinariæ fiſtulæ Affectum.

44. Conſideranda verò erunt etiam cauſæ Procatarcticæ, an tales præceſſerint, quæ vel fiſtulam urinariam obſtruere, aut Expultricem Veſicæ queant debilitare. Expultricem Veſicæ debilitantes cauſæ ſunt; δυσαισθησία, δυσκρασία, καὶ ὑπερπλήρωσις: i. obtuſus Senſus, Intemperies, & nimia Repletio.

45. Intemperies omnis poteſt lædere Veſicæ facultatem, imprimiſq; frigida; quæ ſi mediocris ſit, Stranguriam

riam efficit: vehementior facit Iſchuriam, partim immediatè, partim ſtupore interveniente, ut dicitur hîc c.4.e. & 3. Aph.16. b. Eiuſdem verò Intemperiei ſigna nobis erunt, primùm ætas ſenilis, deinde refrigeratio ab ambiente frigido. Opij potio idem poteſt efficere.

46. Calida verò Intemperies ea maximè facit Iſchuriam, quæ eſt coniuncta cum Phlegmone, cuius exemplum habes hîc cap.4. b. in eo cui ex Caſu ſpina introrſum luxata, Phlegmonem Veſicæ atq; Iſchuriam peperit. Et ſicuti hîc cauſa procatarctica phlegmonem nobis oſtendit; ita aliæ ſimiles idem nobis demonſtrabunt. Aetius 3. tetrabib. ſerm. 3. cap. 26. ex Ruſo inquit: Omnis Phlegmones in Veſica conſiſtentis ſigna eſſe dolorem, vigilias, febrem acutam, deliria, vomitus bilioſos, Vrinæ ſuppreſſionem, duritiem circa pubem.

47. Δυσαισθησία poteſt efficere Iſchuriam, partim quia Veſica, huiusmodi Affectu quaſi ſtupeſcens, non ſentit ſe gravari ab Vrinæ copiâ, neq; proinde irritatur ad excernendū: Deinde quia Vrinam diutius retentā ſequitur ὑπερπλήρωσις, ob quam Expultrici deficit ſpacium, unde Contractionis initium ſumat ad expellendum.

De Iſchuria quæ fit ob fiſtulæ urinariæ Affectum.

48. Quia Vrina ſupprimitur etiam τῷ ἐστενῶσθαι τὸν πόρον τῆς οὐρήθρας: i. ob anguſtiam urinarij meatus: Idcirco quærendum, Vnde contingat, urinarium meatum fieri anguſtiorem, ut inde Vrina ſupprimatur. Reſpondeo, Galenū hîc c.4. e. compendioſè loquendo, omnes huiusmodi anguſtiæ cauſas, τοῦ πόρου φραχθέντος nomine cōprehendiſſe, tamquā ſi diceret, id fieri ab ijs quæ

Εμφρα-

Εμφραξιν, i. obſtructionẽ illius efficiunt: cuiusmodi ſunt craſſi humores, calculi, pus, grumus ſanguinis, & ſimilia.

49. Verùm quod uno τȣ πόρȣ φραχθέντος nomine hîc vocat, id tertio de Cauſ. ſympt. cap. 2. aaa. in duos diverſos affectus diſtinxit; ἔμφραξιν καὶ μύσιν, i. Obſtructionem & Conniventiam: quarum prior fit, quando aliquid eorum quæ iam diximus, in Pori Cavitatem incidens, eam explet; μύσιν vocat, quando corpus urinarium meatum conſtituens, aut in ſeipſum ſubſidet, aut tumore aliquo externo comprimitur.

50. Adhuc evidentiùs autem lib. 1. huius operis, cap. 1. a. omnes modos, quibus anguſtior redditur fiſtula urinaria, his verbis diſtinxit: Ἐμοὶ δοκȣ̃σι τρεῖς οἱ πάντες εἶναι. ἤτοι τȣ̃ σώματος αὐτῆς εἰς ὄγκον παρὰ φύσιν ἀρθέντος ȣ̃τω μέγαν, ὡς ὑπ᾽ αὐτȣ̃ καταληφθῆναι τὸν πόρον: ἤ τινος ἐπιτραφέντος αὐτῷ παρὰ φύσιν, ἤτοι σαρκοειδȣ̃ς, ἢ πωροειδȣ̃ς σώματος: ἢ καὶ φράξαντός τινος τὸν πόρον. i. Tres mihi in univerſum modi videntur, quibus urinaria fiſtula redditur anguſtior. Nempe ſi vel corpus eam conſtituens, intumeſcat tàm vehementer, ut internus meatus intercipiatur: Aut ſi internæ Cavitati adnaſcatur aliquid carnoſum aut calloſum: Aut deniq; in eius Cavitatem incidens, illam obſtruat.

51. Tumores Virgæ totius, aut ſolius Fiſtulæ urinariæ, phlegmonoſi, aut ſimiles, ſenſibiliter foris apparent. Aliquid in illius Cavitate adnatum conijcimus, ſi priùs ulceris notæ in ea apparuerint: Imprimis verò, ſi Cathetere immiſſo, dolor eo loco percipiatur, ubi priùs ulceris ſigna erant. Item ſi cum eodem Cathetere Vrina provocetur, aut ſi cum Vrina aliquid excernatur ſubſtantiæ per Catheterem fractæ. 1. de Loc. aff. c. 1. c.

52. Obſtru-

Digitized by Google

52. *Obſtructionis indicia varia ſunt, pro diverſitate materiæ quæ illam effecit. V. g. Si priùs Calculi ſigna apparuerint, in puero præſertim, qui ſubinde pudendum ſcalpat: conijcimus, à Calculo factam eſſe obſtructionem, præſertim ſi immiſſo Catbetere lapis deprehendatur, Vrina provocetur. ibid.*

53. *Quòd ſi nullis Calculorum notis præcedentibus. & poſtquam ſanguis cum Vrinis profluxerit, Vrina ſupprimatur: veriſimile eſt, obſtructionem à grumo ſanguinis factam eſſe: præſertim ſi præceſſerint ſigna ulceris in Veſica aut Renibus conſiſtentis: Item ſi Animi deliquia infeſtent. ibid. & hic cap 4. a. b.*

54. *Puris ſuſpicio eſt, ſi antequam ſupprimeretur, pus cum Vrinis prodierit, ex quacunq; tandem parte: Item ſi præceſſerint ſigna Abſceſſus in Veſica, aut Renibus, aut Hepate. ibid.*

55. *Craſſorum humorū indicia erunt, ſi præcedentium cauſarū nullius ſit aliqua ſuſpicio: ſi Victus ratio præceſſerit, quæ tales humores generare queat: ſi immiſſo Cathetere talis humoris aliquid cōſequatur. Phlegmone deniq; cognoſcetur ex dolore, tumore & cauſâ procatarcticâ.*

De Iſchuria, quæ fit, Vrinâ nullâ in Veſicam perveniente.

56. *Poteſt verò etiam Vrina ſupprimi, eò quòd nulla in Veſicam perveniat, propter Affectus partium ſuperiorū, aut alias cauſas: Hæc verò Vrinæ ſuppreſſio ut impropriè dicitur Iſchuria, ita nobis de Affectibus Veſicæ nihil indicare poteſt.*

57. *Satis igitur fuerit, ſi hîc monſtremus quomodo illa ſit dignoſcēda? Nimirū ex ijs quæ antè theſi 37. docuimus de*

de cognoſcenda ea quæ fit vitio Veſicæ. Vt n. in hac dolor, tumor, tenſio circa Veſicæ ſitum apparent, ob Vrinæ retentæ copiam: Ita ſi nihil horum appareat, nec tamen Vrina reddatur; intelliges, eā retineri abſq; Veſicæ vitio.

58. De cauſis autem, ob quas nulla Vrina perveniat in Veſicam, egimus in diſp. Anni 1607. theſi 119. & ſequent.

59. Quoniam verò commune eſt, tàm Strangurijs ac Dyſurijs, quàm Iſchurijs, ut aliquando oriatur ab ijs quæ ex Veſica, aut Affectib. partium ſuperiorum, cum Vrinis expurgantur: quæ ſcilicet, ſi acria ſint, acres Vrinas reddunt, ut inde Stranguriæ fiant: ſin verò craſſiora exiſtant, Iſchurias efficiant; Idcirco rectè Galenus hic cap. 4. b.c.d. docet, quæ partes corporis noſtri, ſuos Affectus per Vrinas expurgent.

60. Quam illius doctrinam nos compendiosè ſic proponimus. Ex earum partium numero, quæ cum Vrinis Affectus ſuos expurgant, primum locum obtinet Fiſtula urinaria v.g. ſi carūcula, eius ulceri adnata, ab immiſſo Cathetere frangatur, & fragmenta cum Vrinis excernātur. Secundò Veſica ipſa: hinc 4. Aph. 77. dicitur: Quibus cum Vrinâ craſſâ, furfuracea quædam exeunt, ijs Veſica ſcabie laborat. Tertiò Vreteres: veluti quando in Calculoſis cruentum quiddam cum Vrinis redditur, propterea quòd Calculi aſperiores, in tranſitu illos exulcerarunt. 6. Epid. Com. 1. text. 6. h.

61. Quartum locum obtinent Renes Hinc 4. Aph. 78. Qui ſponte ſanguinē mingunt, ijs in Renib. Vena fracta ſignificatur. Quintum, gibba pars Hepatis: ſima enim magis per Inteſtina expurgatur. Sextum, partes Hepate ſuperiores, quæcunq; per ramos quos à Vena cava recipiunt;

Digitized by Google

ſunt, cum eâdem communionem habent.

62. Ex iiſdem hiſce partibus quæ communionem habent cum Vena cava per ramos frequentes ſunt Excrementorum purgationes per Vrinas. Contingit verò etiam, partes circa thoracem & pulmones, quandoq; per Alvum expurgari: & partes infra Septum per Vrinas: Pulmonis deniq; & Thoracis Apoſtemata itidem aliquando per Vrinas vacuari: quorum exempla Galenus ait ſe vidiſſe. hic cap. 4. d. e.

63. Nos etiam vidimus Anno 1569. Catharrum, qui ſingulis menſibus Coniugi noſtræ primæ, ad Pulmones decumbēs, ſuffocationis periculum offerebat, per urinas purgari ſolutum: Et in Antonio Paganino, Rheto, Peripneumoniam, Alvi profluvio finitam.

Diſputatio IV.

De Vtero ſecundùm naturam ſe habente.

64. Tres ſunt in univerſum ſcopi Naturæ in formandis partibus humani Corporis: Eò quòd facti ſunt omnes, ἢ ἕνεκα τοῦ ζῆν, ἢ τοῦ βέλτιον ζῆν, ἢ τῆς τοῦ γένους διαδοχῆς: i. aut ut vivere poßit homo, ſicuti Cerebrum, Cor, Hepar: Aut ut meliùs vivere queat, ſicuti Oculi, Aures, Nares; & ſimiles: aut propagandi generis gratiâ, ut Membra genitalia vocata.

65. Itaq; quando hactenus diſſeruimus, quomodo cognoſcendi ſint earum partium Affectus, quæ ad priores duos ſcopos faciunt: ad tertium iam accedendum eſt, & ab ipſo Vtero exordiendum, qui μήτρα καὶ ὑστέρα Græcis

 dicitur:

Digitized by Google

dicitur: eſtq́; τὸ πρὸς τὴν κύησιν ὑπὸ τῆς φύσεως δοθὲν ταῖς γυναιξὶν μόριον: id eſt, ea pars, quam Natura dedit mulieribus ad concipiendos pariendosq; fœtus. hic cap. 5. b.

66. Eiusdem huius ſui Vſus causâ formam quoq;, ſubſtantiam, ſitum, venas, arterias, cæteraq́; eidem Vſui inſervientia adminicula obtinuit à Natura: imprimisq; binarum facultatum, Retentricis & Expultricis, conſenſum: Quo accidit, ut agente Retentrice novem integris menſibus, Expultrix toto eo tempore quieſcat: abſoluto verò fœtu, ceſſat ab actione Retentrix: inſurgit autem ad agendum Expultrix, & fœtum ex Vtero expellit. hic cap. 6 e. Item 3. de nat. fac. cap 23.

67. Formam illius conferre ſolent Anatomici Veſicæ: quod in ijs, quæ fœtum geſtant grandiuſculū, exactè quadrat, cùm reſpectu cavitatis & colli, tū ratione magnitudinis & ſubſtantiæ. In ijs quæ gravidæ non ſunt, minor eſt interna capacitas, ſed craſsior illius ſubſtantia.

68. Nervoſa autē totā eſt Veſica, ut cæterorum nervoſorum corporū inſtar, diſtendi & ſimul etiam in anguſtiſsimam molem contrahi poſsit.

69. Tunicâ conſtat unicâ, perinde ut Veſica, eâq; forti, tribus fibrarum generibus inſtructâ: cui tamen forinſecus alia accedit ex Vaſis & Ligamentis, quibus viciniis partibus copulatur.

70. Sedem deniq; obtinuit Vterus ſuæ functioni commodam, in imo Ventre, intra Peritonæum, qui locus ad recipiendum ſemen, ad fœtum augendum, & deniq; excludendum, commodiſsimus erat. Vtq; fœtui Alimentum non deeſſet, plurib. Venis inſtructus fuit, ex quibus, poſtquam

quam editus fuerit in lucem, eidem aliqua lactis materia ſuppeditatur. Cuius ratione dixit Hipp. τὰ γάλαντα τῶν ἐπιμηνιῶν ἀδελφά. *id eſt, Lac frater eſt ſaguinis Menſtrui. Plura hac de re vide lib. 14. de uſu partium, cap. 3. 8. 14.*

An Vterus afficiatur?

71. Vtrùm verò Aſſiciatur Vterus, néc ne? primùm ex fonte læſarum Actionum Argumenta deſumenda erunt. Sive enim ſemen non ſuſcipiat, aut ſuſceptum non retineat, aut inchoatum fœtum, priusquam abſoluatur, reÿciat, aut abſolutum difficili partu enecet; ex horum ſingulis coniecturam habes de Vteri Affectu.

72. Læduntur etiam aliarum quarundam partium Actiones ex Vteri conſenſu, ex quibus nō minùs de Vteri Affectu pronuntiare poſſumus, quàm ex præcedentibus. Huiusmodi ſunt, quæ inter hyſterica Accidentia numerantur: v. g. Reſpiratio vehementer imminuta, Senſus Motusq; difficiles aut ſopiti, Intellectus itidem ſopitus aut debilitatus & cum deliquÿs Animi coniunctus, aliaq; multa quæ à Gal. hîc cap. 5 e. f. recenſentur.

73. Ad Excreta deinde Veniendum, ex quibus præcipui ſunt Menſes, qui ſive ſupprimantur, aut inordinatè, nec ſtatis temporibus, fluant, non ſufficienter, aut nimio fluxu, prodeant: item ſi alÿ humores quàm ſanguis excernatur; Hæc omnia arguunt, Vterū nō rectè habere.

74. Quòd ſi in Vteri regione etiam tumor aliquis percipiatur, (citra conceptionis indicia) aut dolor, aut ab obſtetrice in profundo duricies aliqua percipiatur: item ſi flatus prodeant; hæc omnia ſigna ſunt alicuius in Vtero Affectus.

Digitized by Google

Quibus Affectibus obnoxius ſit Vterus?

75. Vterus eſt pars Inſtrumentaria, ut dicitur ante theſi 65. Idcirco obnoxius eſt Morbis ſimilaribus, Inſtrumentariјs & communibus. Similares Vteri Morbi ſunt Intemperies, primùm ſimplices ac nudæ, calidæ, frigidæ, humidæ, ſiccæ, quarum ſingulæ, ſi maiores ſint, ſterilitatem inducere poſſunt, teſte Aetio 4. tetrabib. ſerm.4.cap 26.& Paulo lib.4.cap.74.

76. Ad calidam uteri Intemperiem pertinet Vteri furor, quem ex Sorano Aetius, cap.74. ſermonis iamcitati, deſcribit, aſſerens, ex Vteris calore nimio quaſdam mulieres delirare, ut nihil niſi de Venereis loquantur, aut ganniant.

77. Ex frigida ferè oritur Menſium ſuppreſſio, quibus diutius retenti, febres quoq; excitantur. & calidi tumores, ut dicitur hic cap. 5. c c. In Vteri ſuffocatione autem non Vterus tantùm, ſed Corpus quoq; univerſum refrigeraur.

78. Intemperies cum Morbis organicis coniunctæ, cōſiſtunt in obſtructionibus Vaſorum, & tumoribus phlegmonoſis, ſimilibusq; alijs. Huc pertinet etiam Vteri inflatio: Item Hydrops Vteri, de quibus agunt Aetius & Paulus, locis citatis.

79. Conformatio vitiatur à mola, fœtu mortuo, ſecundis retētis, omento os Vteri comprimente. 5. Aph.46. Item in ijs quas Græci ἀτρήτους vocant; Latini, imperforatas. 3. de Cauſ. ſympt. cap.4.8.

80. Situs Vteri læditur in eius Procidentia: Item quando

quando in ſuffocatione ſurſum, dextrorſum, aut ſiniſtrorſum trahitur. Continuitas ſolvitur in Apoſtematibus, Eroſione: item ſi ſectione chirurgicâ extrahatur fœtus: alijsq; ſimilibus cauſis.

81. Omnes autem huiuſmodi morbos Vteri explicat Galenus à poſteriori, proponendo ſcilicet certa quadam ſymptomata uterina, & quarendo de ijs ſingulis, qualia ſint? & à quibus cauſis oriantur? eò quòd eadem illa cauſa ſint Vteri ipſius Morborum.

82. Symptomata autem hæc ſunt; πνὶξ ὑστερικὴ, ἐπιμήνιοι καθάρσεις ἐπισχόμεναι, ἐμμήνε καθάρσεως ἄμετροι κενώσεις, ῥοῦς γυναικεῖος: i. Vteri ſuffocatio, Menſium ſuppreſſio, Menſium profluvium immodicum, Fluxus muliebris, deniq; etiam, gravidas infeſtantia Symptomata.

Diſputatio. V.

De Vteri ſuffocatione.

83. Πνὶξ ὑστερικὴ, Latinis Vteri ſuffocatio, dicitur à ſymptomatum vehementiâ, quæ mulieribus eâ laborantibus accidunt, eò quòd vehemēti huiuſmodi affectu correptæ, propemodum ſuffocatæ videantur.

84. Idem verò hic Affectus Mulierum proprius eſt, & præſertim Viduarum aut Virginum, ſoletq; per circuitus infeſtare, ac ſubitò invadere: plerunq; Autumno & Hyeme. Quandoq; poroxyſmi ſunt rari, quandoq; frequentes, & aliquando ſingulis diebus invadunt. Avicen. lib. 3. fen. 21. tract. 4. cap. 16, 17.

Digitized by Google

85. *Symptomata quædam præcedunt paroxyſmos, ut mentis torpor, pigritia, facies pallida, aſpectus triſtis: ut docent Avicen. loco iam citato: itemq; Paulus & Aetius.*

86. *Quædam eosdem comitantur: Ex quibus vehementiſſ: ſunt, ſi mulier iaceat ſine ſenſu, motu & Intellectu: pulſus ſint obſcuri, reſpiratio aut minima aut nulla: Et tamen ex hiſce quædam conſervantur, quædam moriuntur. hîc cap. 5. e. f.*

87. *Levioris Paroxyſmi ſymptom: ſunt, ſi ſenſus, motus & intellectus adſint; ſed Animi deliquia infeſtent: reſpirandi difficultas adſit, & quandoq; brachia diſtendantur, ac veluti convellantur. Communia tàm vehementibus quàm levioribus Paroxyſmis ſunt διαστροφαὶ τῆς μήτρας, id eſt, Vteri perverſiones, quibus contingit, eum ſurſum, dextrorſum, aut ſiniſtrorſum trahi. hîc cap. 5. ee. ff.*

Pars affecta.

88. *Cauſam tot tamq; terribilium ſymptom. ad Vterū & partes illi ſervientes, ὥσπερ ῥίζωσιν, i. tamquā ad eorum radicem, Veteres uno conſenſu retulerunt, ut vides hîc cap. 5. d. e. Quamvis enim Intellectus, Senſus, Motus, Reſpirationis ac Pulſuum læſiones, non poſſint fieri absq; Cerebri Cordisq; affectu; hunc tamen eorum affectum neceſſe eſt non per Ἰδιοπάθειαν, quod aliàs certè omnes interirent, aut certè difficillimè ad ſe redirent; ſed per alterius partis conſenſum fieri.*

89. *Huic Argumento ſubſcribit, quòd illæ Mulieres huius-*

iuſmodi ſymptom. corripiuntur, de quibus conſtat, non rectè circa Vterum adminiſtrari illa, quæ circa eum fieri debent: conſuetudines ſcilicet cum Viris, & Menſium purgationes: qualia Viduis, & perpetuæ Virginitati deſtinatis contingunt. ibid.

90. Tertiò, ſenſu Tactus ipſo percipiunt obſtetrices inter huiuſmodi ſymptomata Mulieribus Vterum loco ſuo motum, & aliquando ſurſum, aliquando dextrorſum aut ſiniſtrorſum eſſe tractum. ibid.

Affectus.

91. Quòd ſi quæras autem de Vteri Affectu, aut partium illi ſervientium, quiſnam ille ſit, qui tàm vehementia ſympt. excitet? Reſpondet Galenus, illum conſiſtere penes Seminis ac Menſium retentionem, ſimul & corruptionem: Maiorē verò eſſe vim retenti corruptiq; Seminis quàm Menſium.

92. Et muliebre Semen naturâ frigidius, præter naturam retentum corruptumq; frigidi cuiuſdam veneni naturam contrahere, cuius ratione non Cerebrum tantummodo, ſed cor etiam afficiat. hîc cap.5.h.a.b. Item 6. Epid. Com.1.text.2.b.c.d.

De Reſpiratione hyſtericarum.

93. Quia inter ſigna vehementis Vteri ſuffocationis habemus Reſpirationem tantopere læſam, ut aliquando vix, aliquando nulla appareat; Idcirco quæritur hîc, primùm quomodo ex Vteri Affectu tantopere lædi queat Reſpiratio? Secundò quomodo fieri poßit, ut Mulier aliquandiu ſine Reſpiratione vivere queat?

94. De utraq; quæſtione plures fuerunt ſententiæ.

Plato in Timæo ferè circa finem docet, Vterum eſſe Animal generationis cupidum: & quando à ſua functione Diutius prohibetur, per Corpus errare, ſurſum aſcendere, & Diaphragma comprimendo, Reſpirationem lædere. Alij ex Veteribus docebant etiam, Vterum aſcendere & Diaphragma comprimere: ſed id fieri, quando ob Menſium ſuppreſſionem exſiccatur & humectari cupit. Ex Neotericis aliqui, v. g. Leonardus Iachinus ſuper lib. 9. ad Almanſorem, exſtimant, lædi hyſtericarum Reſpirationem ex Affectu Cerebri, uti etiam Senſus, Motus & Intellectus, aſcendente nimirū ab ipſo Vtero ad Cerebrum vapore quodam maligno.

95. Galenus, cuius ſententiam ſolam probamus, docet hic cap. 5. ſ. g. Reſpirationem hyſtericarum poſſe aliquandiu aut aboleri, aut tantopere imminui, ut ſenſum fugiat, ſublatâ aut vehementer imminutâ cauſâ, propter quam eâ indigemus.

96. Eadem verò Cauſa, ob quam Reſpiratione indigemus, eſt nativi Caloris conſervatio, quæ fit, per eventillationem reſpirando. Et proinde, ut, quacunq; de cauſa auctus fuerit Calor, maiori Reſpiratione & Pulſu egemus; Ita Calore imminuto, minori egemus Pulſu ſimul, atq; Reſpiratione. Itaq; ſi ex Vteri vitio Corpus fuerit vehementer refrigeratum, tunc poſſe ſolam διαπνοὴν, quæ motu Cordis & Arteriarum perficitur, ad eventillandum exiguum illum Calorem ſufficere. ibid.

97. Huic rationi conſentit, quòd hyſtericarum huiusmodi mulierum corpus vehementer refrigeratum eſt: unde

unde Heraclides Ponticus dicebat, tales à mortuis hoc uno differre, quòd in medijs earum corporis partibus aliquid caloris remaneret. ibid.

De hyſtericarum Refrigeratione.

98. Quòd ſi quæras autem, quibus de cauſis huiuſmodi mulierum corpora tantopere refrigerentur? Reſpondeo, ex omnibus refrigerantium cauſarum generibus, quæ initio cap. 3. libri de cauſis morborum recenſentur: de quibus nos quoq; in diſp. anni 1602. theſi 106. & ſequentibus egimus; ſolam στέγνωσιν καὶ ὁμιλίαν τῶν ψυχόντων, *i. Stipationem, & rei frigidæ contactum, hîc locum habere.*

99. Stipationem efficere poſſunt Menſes ſuppreſſi, quibus contingit naturam aggravari, & nimiâ Vaſorũ repletione calorem nativum opprimi. Vnde contingit etiam, citra Vteri ſuffocationem, ob Menſes ſuppreſſos, ita refrigerari aliquando Hepar, ut inde Hydrops conſequatur: ſicut dicitur lib. 5. huius operis, cap. 7. a. Item lib. 2. de natur. facult. cap. 8. a. b.

100. Contactus frigidi hîc duplex eſt. Primus à Vapore per Venas Arteriasq;, ex ſuppreſſis corruptisq; Menſibus, ad Cor & Cerebrum aſcendente. Alter multò efficacior, ex retento præter naturam, corruptoq; ſemine, per eaſdem vias ad Cor imprimis, deinde ad Cerebrum, perveniente venenoſo quodam vapore, qui nativo calori adverſetur. hîc cap. 5. bb. cc.

101. Exempla nobis eſſe poſſunt venenatorũ Animalium ictus, cum quibus minimâ & vix ſenſibili quanti-

Digitized by Google

ricarum paroxyſmis percipiunt, tangendoq; Vterum, ſentiunt illum ſua ſede motum, modò unà cum ſua cervice ſurſum eſſe tractum, modò dextrorſum aut ſiniſtrorſum, qзid Plato & alij quidam ſenſerint? ſuprà theſi 94. oſtendimus.

106. Nos verò cùm Galeno dicimus, hanc tractionem fieri ob Plethoram Vaſorum & Ligamentorum, quæ ad eum perveniunt. Nam ut à Repletione & Inanitione omnis convulſio fit, iuxta id quod dicitur 6. Aph. 39. ita hæc quoq; Vteri tractio propterea fit, quòd repletione, quantò fiunt craſſiora, quæ replentur, tantò fiunt breviora: & breviora facta, trahunt Vterum.

107. Eademq; tractio vel ſurſum tantummodo facta videtur, cùm ſuperiora Vaſa ac Ligamenta fuerint magis repleta: vel dextrorſum aut ſiniſtrorſum, prout in alterutro latere repletio fuerit maior. Et ſi æqualiter undequaq; fuerint repleta, recta erit ſine inclinatione iſta Vteri tractio. hîc cap. 5. aa. dd.

108. Repletio hæc fit potiſſ. à Menſibus retentis: nam pervenit quidem ad Vterum ſanguis, ſed in internam illius cavitatem ingredi nequit, aut quòd craſſior ſit, aut quòd viæ, ipſaq; orificia Vaſorũ anguſtiora exiſtant, obſtructaq;. ibid.

Diſputatio VI.

De Menſibus.

109. De Menſibus diſputavimus Anno 1607. theſi 69. & ſe-

& ſequentibus, breviter, tamquam de ijs quæ ad tertiū genus Sympt. pertinent. Hoc loco paulò copioſiùs de ijſdem agemus, tamquam de Sympt. quibus Vteri morbi dignoſcuntur, ut antè theſi 82. dictum eſt.

110. Hinc verò exordiri oportet, quòd ad fœtum in Vtero concipiendum, nutriendumq́; donec maturus in lucem ederetur, benigni alimenti copiâ opus fuit: quæ foriinſecùs adminiſtrari non potuit, ſed eam ex materno ſanguine oportuit ſuppeditari per Venas, quæ ad Vterum feruntur: ſicuti etiam recenter natis per mammillas, quæ poſt partum, eum ſanguinem ad ſe trahunt, qui priùs ad Vterum ferebatur, eumq́; in lac convertunt. 14. de uſu partium, cap. 3. e.

111. Idem verò hic ſanguis, quo fœtus in Vtero nutriebatur, & quo recenter nati aluntur, ijs mulieribus quæ per ætatem aptæ ſunt ad concipiendum, nondum tamen conceperunt, nec lactant, ſuperfluus eſt, ut eum ſtatis temporum intervallis, ſingulis nempe menſibus ſemel, reijci oporteat: unde menſtruum ſanguinem eum vocant, & quandoq́; ſimpliciter Menſes. ibid. & de Vteri ſectione, cap. 10. f.

112. Hæc communis eſt ratio Menſium. Inveniuntur tamen quædam Mulieres, quæ nunquam Menſes habēt, nec tamen quicquam inde patiuntur, uno hoc excepto, quòd ad concipiendū ſunt ineptæ. Contingit ipſis hoc ob Temperamenti ſiccitatē, ſive naturâ, ſive vehementibus exercitijs, aut tenuiſſimo victu, comparatam. v. g. Antonij Paganini Rhet. coniunx, macilenta, nigra, piloſa, Menſes nunquam habuit, & Mammillis muliebribus inſuper carebat.

113. Quæ-

113. Quædam è contrà ſanguine ita abundant, ut etiam gravidæ, bis aut ter aliquid ſanguinis excernant; non equidem ex Vtero, ſed Venis quæ in cervicem Vteri aperiuntur. hîc cap.5.fff.

114. Itaq; ſi hic ſanguis eo tempore in Mulieribus retineatur, quo retineri debet: nempe ante pubertatem, & poſt pubertatem, interim dum gravidæ ſunt, aut lactant: item in ætate declinante: ſanæ ſunt, ut neq; de Vteri, neq; de reliqui Corporis affectu aliquo, hinc arguere poſſis. Eodem modo ſanæ ſunt, ſi poſt pubertatis Annos, interim dum gravidæ non ſunt, ſtatis temporibus iuſta quantitate & qualitate profluat. ibid.

115. Quo ſenſu quàm breviſs. dixit Hipp.5. Aphoriſ.57. καταμηνίων γινομένων πλειόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρας, ξυμβαίνουσι νοῦσοι. i. Si Menſes maiori copiâ quàm oportebat, prodierint, morbi; & ſi planè non fluant, Vteri ratione fiunt morbi.

Menſium ſuppreſsio.

116. Et ſiquidem præter naturam ſupprimatur (quod ex relatione ægrorum facilè intelligemus) primum Argumentum de tali Affectu Vteri, propter quem ineptus redditur ad fœtus conceptionem atq; generationem, deſumere licet.

117. Deinde ex eadem ſuppreſſione colligis de ijs Affectibus Vteri, aut partium vicinarum, quæ huius ſymptomatis cauſæ exiſtunt, cùm ſymptomatum cauſæ ſint morbi. Eorum verò ſeptem ſumma genera lib.3. de cauſis ſympt. cap.4.d. recenſentur, ex quibus quinq; ad Vterum, bina ad corpus univerſum ſpectant.

118. Pri-

118 Primū eſt τῆς μήτρας τὸ σῶμα πυκνὸν ϗ σκληρόν: i. ſi Subſtantia Vteri vel à primo ortu, aut ex alio aliquo accidente, v. g. calloſitate aliqua, denſior facta ſit, quàm ut per eam ſanguis tranſire & expurgari queat.

119. Alterum eſt στενότης τῶν φλεβῶν: Venarum ad Vterum pervenientium anguſtia. Tertium, quod cum ſecundo habet ſimilitudinem, eſt ἡ θλῖψις ἐκ τῶν περικειμένων τοῖς ἀγγείοις: i. compreſſio Vaſorum ad Vterum pervenientium, ab ijs, quæ illis incumbunt, craſſis pinguibusq; corporibus.

120. Quartum, ὅταν παχὺ κενούμενον ϗ γλίσχρον γένηται. i. ſi ſanguis qui per Vterum expurgari debebebat, viſcoſus craſſiorq; evaſerit, quàm ut per Vterum tranſire poſſit. Qintum, ἔμφραξις, id eſt, obſtructio Vaſorum Vteri.

121. Sextum ſeptimumq; pertinent magis ad Corpus univerſum: nempe ſi id ita ſit comparatum, ut purgatione non egeat, ut prius theſi 112. dicitur: vel adſit τοῦ αἵματος εἰς ἄλλα μόρια ῥοπή: ſanguinis in alias partes decubitus, per quas vacuetur: v. g. per Nares, Alvum, Mammas, Vomitum, aut alias partes, de quibus vide 5. Aph. 32. 35. 39. 40.

122. Ad ſuppreſſionem Menſium poſſis etiam eorum Stillicidium referre: cuius ratione Menſes guttatim & cum dolore excernuntur. Nimirum ob virium imbecillitatem, viarum anguſtiam, ſanguinis copiam, ſimul & craſſitiem, ut refert Aëtius 4. tetrabib. ſermon. 4. cap. 63.

123. Ex huiuſmodi cauſis ſupprimuntur præter naturam Menſes, & cùm alia multa ſymptomata producunt,

cunt, tùm verò pigritiam, imbecillitatem ad motus, cibi faſtidium, dolores in Vteri regione & circa lumbos, febres, urinas nigras, Vteri ſuffocationes, & quandoq; hydropem. hic cap. 5 cc. dd. Item cap. 7. libri præcedentis, & 2. de natur. facult. cap. 8. a.

Diſputatio VII.

Immodica Menſium Vacuatio.

124. Menſium ſuppreſſioni contraria eſt immodica eorum vacuatio, quam itidem ex ægrotantium aſtantiumq; narratione cognoſcimus. Et quia eadem hæmorrhagia quædam eſt, idcircò ab iiſdem generibus cauſarum etiam oritur: videlicet ἤτοι τρωθέντος, ἢ ῥαγέντος, ἢ ἀναστομωθέντος ἀγγείου: id eſt, Vaſe aliquo vulnerato, rupto, aperto aut eroſo. de ſympt. cauſis, cap. 6.

125. Et τρῶσις καὶ ῥῆξις contingunt maximè circa partus difficiles & aborſus, quibus χόριον membrana ab oſculis Vaſorum, quibus Vtero cohærebant, abrumpitur. Hiſce cauſis addit Avicen. percuſſionem & caſum ab alto: item grave onus violenter ſublatum. lib 3. fen. 21. tract. 3. cap. 2. 10.

126. Anaſtomoſis fit Retentricis imbecillitate, & excretrice immodice agente. de ſympt. diff. loco iam citato. Vtrumq; verò horum fit à copia & acredine ſanguinis, uti etiam ex vaſorum imbecillitate. 5. Meth. cap. 2. b. Et fiunt quidem etiam moderati Menſes per Anaſtomoſin à copia ſanguinis, & Expultricis facult. actione, ſed utrâq; moderatâ.

127. Δια-

Digitized by Google

127. Διαβρώσεως ſigna in Vtero conſiſtentis, ait Galenus, apparere τοῖς φερομένοις ἰχῶρσιν, id eſt, ex ſanguine qui cũ ſanie permixtus vacuatur: videlicet ſi in profundo ſit. Quæ enim in Vteri Collo exiſtit, etiam tactu obſtetricis ſentitur, quæ muliebria loca tangens, eo loco dolorem irritat, ubi eroſio fuerit. Hic cap. 5 f. Avicen. cap. 8. fen. & tract. iam citati, addit etiam dolorem in Vtero ex intervallis. Quòd ſi ſanguis fuerit ſeroſus & tenuis, profuſionem auget.

De Fluxu muliebri.

128. Cum Menſibus immodicis cognationem habet Fluxus muliebris vocatus, qui Græcis dicitur Ῥοῦς γυναικεῖος: ab Hipp. autem, initio lib. 2. de morbis mulierum, ſimpliciter ῥοῦς καὶ ῥόος. Is pro diverſitate ſubſtantiæ quæ excernitur, quandoq; λευκὸς, ἐρυθρὸς, πυῤῥὸς, i. albus, ruber, pallidus, & Barbaris Menſtrua alba vocantur. De hoc breviter in diſput. Anni 1607. theſi 73. 74. tamquam de Affectu ad tertium genus ſympt. pertinente. Hic ſummatim de eodem docebimus, quatenus ex eo de Vteri ſtatu conijcere licet.

129. Vt autem reſpectu viæ per quam prodit, Menſibus affinis eſt, ita rurſus ab ijſdem differt; partim ratione humoris qui excernitur, partim modo excretionis. Per menſes enim vacuatur ſanguis. Per fluxum hunc excernitur tale quid, οἷόν περ πλεονάζει ἐν τῷ ζώῳ, i. quales fuerint humores ſuperflui in corpore. 3. de ſympt. cauſ. cap. 4. e.

130. Modus Excretionis Menſium talis eſt, quòd ſtatis tempo-

temporibus ſine dolore excernuntur, ut priùs theſi 109. dictum eſt. Hic fluxus, diuturnus exiſtit, & quandoq; dolorifica deſtillatio, quâ loca perpetuò madent, & quamvis aliquando ceſſet, tamen iterum revertitur: multis perpetuò durat, ut docet Aëtius 4. tetrab. ſerm. 4. cap. 6. Paulus item lib. 3. cap. 63.

131 Quid igitur ex huiuſmodi fluxu iudicandũ fuerit de internarum partium Affectu? Reſpondeo: Primùm de Vteri debilitate primò hinc eſſe conyciendum. Si enim robuſtus foret, non ſuſciperet totius corporis excrementa, quæ per eum vacuantur. Subjicribunt hiſce etiam, quæ dicuntur ab Hipp. init lib. 2. de Morb. Mulierum, quòd ἡ ὑστέρη ὑγρὴ, καὶ ἀεὶ ἀνάστομος: i. Vterus harũ mulierum ſemper ſit humidus & hians.

132. Secundò de totius corporis habitu cachectico. Et prout fuerit color eorum quæ excernuntur, ita hos aut illos humores in corpore abundare conyicies. Rubra enim ſi excernantur, ſanguinem ſeroſum & ichoroſum abundare ſignificant, & quandoq; ulcus in Vtero, aut illius cervice ſubeſſe. Alba Pituitam: flava Bilem innuunt. ibid.

De Sympt. gravidarum.

133. Ex Symptomatibus, quibus antè theſi 82. diximus Galenum Vteri Morbos explicare, ultimo loco ea proponuntur, quæ ſolent gravidas mulieres comitari. Idq; facit ſub finem huius capitis quinti. Eorũ alia ſalubrem, alia inſalubrem Vteri ſtatum ſignificant.

134. Prioris generis primò occurrit faciei Color. Nam ſi Mulier Vterum gerens bene colorata ſit, (reſpectu eius

Digitized by Google

coloris ſcilicet, quem antea habebat) argumentum habes, quòd in Vtero omnia benè adminiſtrentur: & inſuper ſpes eſt, maſculum eſſe fœtum, qui ab ea geſtatur. 5. Aph. 42. Deinde Mammillarum ſoliditas, quæ ſanum eſſe fœtum ſignificat, & alimento abundare. 5. Aph. 37. 52. Contrà, ſi ſubitò extenuentur, abortum portendunt.

135. Inſalubrem Vteri ſtatum arguunt aborſus, quorum cauſæ à Gal. 5 Aph. 30. 53. variæ recenſentur. Nempe Febres, Alvi profluvia, Hæmorrhagiæ, & Eryſipelas Vteri, Saltus, vehemens Clamor, Excandeſcentia, Triſtitia, Terror ſubitus, Victus nimis tenuis. Earundem harum aliquæ membranas frangendo, aliquæ alimentum fœtui ſubtrahendo, aliæ fœtum interimendo, aliæ deniq; calorem ſuffocando, aborſus efficiunt.

136. In omni aborſu enim, ſive habeat cauſam procatarcticam, ſive non habeat, neceſſe eſt, aut aliquam membranam circa fœtum eſſe fractam, aut vas aliquod ruptum, aut fœtum eſſe mortuum, aut aliâs perfici non poſſe, aut humorem ex membranis fœtum involventibus in Vterum eſſe effuſum, aut Vterum non poſſe ferre maiorem diſtentionem. 3. de natur. facult. cap. 3. c. & cap. 12. c. d.

137. Secundò, inſalubrem Vteri ſtatum etiam portendunt Excreta. Per Vterum quidem; ut Menſes, qui poſt factam conceptionem bis aut ter exiguâ quantitate excreti, nil memorabile ſignificant: ſed ſi ſtatis temporibus prodeant copioſi, arguunt, fœtum in Vtero ægrotare. hic cap. 5 fff. & 5. Aph. 6.

138. Per Alvum ſi fiat magnum profluvium, poteſt

fœtum

Digitized by Google

fœtum enecare defectu alimenti, & aborſum irritare. Idem poteſt efficere magna hæmorrhagia per Venas. 5. Aph. 31. 34. Per Mammas lac copioſum profluens, ſignificat, ſœtum eſſe debilem. 5. Aph. 52.

Diſputatio IIX.

De Virilium Affectibus cognoſcendis.

139. *Viſum eſt ſapientiß. Artifici noſtro, ad prolem educandam, amicitiam inter homines conſervandam, melius eſſe, ut bina diverſi ſexus Animalia congrederentur ad generandum. Itaq; quia de ſexu fœmineo diximus, de virili quoq; docebimus, quomodo partes generationi ſervientes in eo affecta eſſe cognoſcantur? & quibus Affectibus laborent? 15. de uſu partium, cap. 1. e. f. & cap. 3. d.*

140. *Sunt autem hæ partes:* Coles, *Teſtes, cum Nervis, Venis, Arterijsq; illis ſervientibus: quorum ſitus, forma uſusq; ad Semen in Naturæ agrum infundendum comparati, ſenſu ipſo manifeſtiùs apparent, quàm ut indigeant explicatione.* Colem *tamen ita formari potuiſſe, ut quando opus eſſet, eo intento, intendi poſſet: reliquo tempore flacceſcere, ut ab externis iniurijs tutior foret: Id imprimis admiratione dignum eſt.*

141. *Eiuſdem* Colis *Subſtantia nervoſa eſt, ex eorum nervorum genere, quæ* Νεῦρα συνδετικὰ, *i.* Nervi *colligantes ſive Ligamenta vocatur, quæ fortia ſunt, & ubiq;*

ex oſsibus oriuntur. Cumq́; cætera omni cavitate careant; ea tamen quæ ex oſsibus pubis ad penis conſtitutionem oriuntur, bina nervoſa ſpongioſaq; ſunt, quæ proinde etiam hîc in textu cap.6.e.f. νευρώδη ϗ σπογγώδη σώματα nominantur: in eum finem nimirum, ut ſpiritu repleta diſtendi, & vacuata flacceſcere poſſent. ibid.

An viriles partes afficiantur?

142. Etiamſi genitales Virorum partes, obnoxiæ ſint omnibus generibus Affectuum ſimilarium, organicorum & communium; tamen quia ſunt ſenſibus noſtris expoſita, poſſuntq; earum Affectus dignoſci ſenſu, v.g. Vlcera, Vulnera, Contuſiones, Apoſtemata, phlegmonoſi Tumores, ſcirrhoſiq;, viſu tactúq; dignoſcuntur meliùs, quàm ut rationibus opus ſit. hîc cap.6.g.h.

143. Hoc etſi ita ſit, ſunt tamen etiam aliqui eorum Affectus, qui ſenſum fugiunt, ut Vlcera fiſtulæ urinariæ internæ: Aliqui item, qui ſenſibiles exiſtunt, ſed cauſas abſtruſas obtinent: atq; hos per ſigna indagare oportet, primumq́; ordiri ab Actione læſa. Vt enim ſi Vir Vxori debitum ſolvit, fœcundusq́; eſt; ſanas eſſe has partes iudicamus; Ita ſi fuerit impotens, aut etiam ſui ipſius ratione ſterilis, vitium aliquod in ijs eſſe conijcimus.

144. Excreta quoq; conſideranda ſunt, & imprimis ſemen ipſum: ſi non eo modo quo decet, ſimul affatim excernitur, ſed ſenſim ſtillet abſq; Venere; Argumentũ habes hinc de Gonorrhœa. Et ſi Ephelcis aliqua prodeat, Vrinam præcedens, dolorq; ſentiatur; urinariæ fiſtulæ Vlcus portenditur. hîc c.6.g.h.

145. Ab ijſdẽ igitur fiſtulæ urinariæ Vlceribus exorſi, cogno-

cognoſci illa dicimus, cùm per Ephelcides, ſanguinem aut Pus, quæ mingendo ita excernuntur, ut Vrinas præcedant: nam quæ ex Veſica aut partibus ſuperioribus veniunt, Vrinæ permixta eſſe ſolent; Tùm verò ex dolore, quem Vrina tranſiens per partem ulceratam, irritat: Item quòd immiſſo Cathetere, dolor in parte ulcerata exacerbatur. ibid.

146. Cauſæ huiuſmodi Vlcerum ab Vrinis acribus, longo tempore per has vias tranſeuntibus, dependent. hîc cap. 3. f. & cap. 4. e. Evadunt autem acres Vrinæ, partim à calida Intemperie totius corporis; partim ab Excrementis partium ſuperiorum, quæ expurgantur cum Vrinis. Calculus deniq; aſperior per eandē fiſtulā tranſiēs, poteſt etiam ulcus efficere. 4. Aph. 75. e. f. Semen item in Gonorrhœis idem poteſt.

De Gonorrhœa.

147. Qui Affectus Latinis Gonorrhœa, & Græcis γονόῤῥοια vocatur, ἐκ τῆς γονῆς καὶ τοῦ ῥεῖν, id eſt, ex ſeminis fluxu nomen obtinuit: eò quòd per hunc ſemen ſtillatim profluat invitis, absq; ulla Veneris functione, & plerumq; absq; ulla membri tenſione. hîc cap. 6. h. Item 3. de cauſ. ſympt. cap. 4. f. præterea 14. de vſu partium, cap 10 e.

148. Cognoſcitur ipſo ſenſu ſtillantis ſeminis, ſoletq; conſequi corporis extenuatio, & virium lapſus, ut dicitur in libro de medicis definit. fol. 94 h. Item apud Aëtium, tertiâ tetrabib. ſermone 3 cap. 33.

149. Huic Affectui affines ſunt nocturnæ pollutiones, quæ multis comprehenduntur ſub Gonorrhœa. Avicen.

tamen lib.3.ſen.20.cap.33 34. illas à Gonorrhœa diſtinguit ; eò quòd à Venereis inſomnijs illæ irritentur : quæ verò propriè vocantur Gonorrhœa, ſequuntur debilitatem Retentricis facult. Vaſorum ſpermaticorum.

150. De parte affecta autem ſic ratiocinari oportet. Ex partibus genitalibus quædam Semen generant & continent : quædam viam præbent, ut in Natura agrum ſuo tempore conijci poſſit. Poſteriores hæ per ſe & primariò affecta eſſe non poſſunt : neq; enim aliâs eſſet liber trãſitus per eas. Relinquitur igitur, ut Gonorrhœa ſit Affectus Vaſorũ quibus ſemen generatur & continetur.

151. Qualis autem eſt earundem partium Affectus ? Galenus hic cap.6.h. eum iubet indagare ex modo, quo cæteræ quoq; partes humores ſuos bonos, aut excrementitios, continent, aut reijciunt.

152. Nam quia in cæteris quoq; partibus retinentur humores, Retentricis facult. robore, uſq; ad iuſtum tempus : deinde Expultricis itidem robore, convenienti tempore excernuntur ; Itaq; neceſſe quoq; eſt, ſpermatica Vaſa, ſi robur ſuum obtineant, ſemen procreare, idq; ad iuſtum uſq; tempus retinere : convenienti item tempore illud excernere : Contrà, ſi Virtus Retentrix ſit debilior, nec illud retinere queat, ut inſurgat Expultrix, idq; expellat. ibid.

153. Quandoq; autem, ſi maximè robuſta ſit ipſa Retentrix per ſe ; tamen ab aliqua externa cauſa fieri poteſt, ut Expultrix irritetur, ſemenq; expellat : ut in quibuſdam epilepticis convulſionibus fieri novimus. ibid.

154. Sed quia in partibus ſimilaribus facultatum robur à bona earum temperie : imbecillitas verò ab intemperie

perie dependet; meritò quæritur hîc, qua intemperie, ſpermatica Vaſa in Gonorrhœa laborēt? Hac de re Galenus hîc nil certi pronuntiat: fortè quòd ſicuti Vterus à qualibet intemperie infœcundus fieri queat; ita Vaſa ſpermatica etiam à qualibet intemperie poſsint debilitari: quam ſententiam ſequitur Gordonius particulâ 7. ſua praxeos, cap.4.

155. *Quòd ſi tamen ſpectemus curationem, quam huic Affectui preſcribunt Græci recentiores & Arabes; dicendum erit, quòd ex ipſorum ſententia Gonorrhœa oriatur à calida intemperie vaſorum ſeminalium & partiũ circa lumbos exiſtentiũ. Vide Avicen lib.3.fen.20.tract.1.cap.33.Oribaſium lib.4.Euporiſtorũ, cap.107. Serapionem tract.5.cap.12.Trallianum lib.9.cap.9.*

De Priapiſmo.

156. *Priapum fabulantur Poëtæ ex Baccho & Venere natum, hortorum eſſe præſidem, eumq; cum maximo membro depinxerunt. Hinc Priapiſmum appellarunt Medici Affectum, quo in omnes tres dimenſiones membrum virile attollitur.*

157. *Hunc Galenus ita definivit:* Πριαπισμὸς αὔξησίς ἐστι εἰς μῆκός τε καὶ κύκλον, ὅλου τοῦ αἰδοίου. χωρὶς ἀφροδισίων προθυμίας, ἤ τινος θερμασίας ἐπικτήτου. *i. Priapiſmus eſt auctio totius pudendi, in longitudinem & ambitum intumeſcentis, abſq; ullo libidinis deſiderio, aut præternaturali calore. hîc cap. 6. g. Item lib.3. de cauſ. ſympt. cap.4.e.f. & lib.9.de localib. Medic. cap.9.*

158. *Quia verò virile membrum, ut antè theſi 141. diximus, conſtat ex binis nervoſis ſpongioſisq; Corporibus: præterea Venis, Arterijs, Nervis & Fiſtulâ urinariâ; me-*

Digitized by Google

ritò quæritur hîc, quænam harum partium in Priapiſmo principaliter ſit affecta? item à qua cauſa?

159. Non poſſumus hîc, Venis aut Arteriis aſcribere, multoq́; minùs Nervis aut Fiſtulæ urinariæ: quia harum nulla tantopere diſtendi, aut repletione indurari intendiq́; poteſt in ulla corporis parte, qualiter videmus Colē in Actu Veneris durum fieri.

160. Relinquitur ergo, ut quæ pars membri genitalis in Vſu Veneris ſecundùm naturam tantopere diſtenditur, peractâq; Venere relaxatur, eadem quoq; Priapiſmo intumeſcat; cùm Affectus contrarij circa idem ſubiectum verſentur. hîc cap.6 a gg.

161. Huiuſmodi ſunt bina fiſtuloſa ſpongioſaq́; corpora, quæ inſitâ vi, quando opus eſt, ſe dilatare noverunt, ſanguine ſpirituoſo τῇ πρὸς τὸ κενὸν ἀκολουθίᾳ attracto, repleri, intendi peractâq; Venere rurſus vacuari, & ſubſidere poſſint. ibid.

162. In præternaturali autem, quæ per Priapiſmum fit, diſtentione eorundem corporum, materialem cauſam eſſe oportet craſſiorem: quia non cedit, neq; vacuatur, ſed durabilem efficit diſtentionem. Huiuſmodi materia eſt Spiritus flatuoſus, qui aut ex lentis humoribus in huiuſmodi corporibus generatur, aut ex Arterijs nimiùm patefactis, in eadem irruit. ibid. & 14. Meth. cap.7.

(* * *)

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Index

Index rerum quę in his diſputationibus tractantur.

Aceti Exemplo, ut cognoſcenda Temperamenta Medicamentorum. 155
Actio quid. 398
Actionum læſarum fons, ut ſigna ſuppeditet. 474
Actionum læſarum differentiæ. 403
Aetate mutari temperamenta. 122
Affectuum Corporis Sympt. & Cauſæ. 563
Affectus Animi. 247
Alimenti diſtributio. 89
Alvi deiectiones. 548
Amor. 641
Amnonius. 5
Anadoſis læſiones. 530
Animalium Actionum ſymptomata. 404
Anima quid? 214. 215. Variæ ſententiæ de illius eſſentia. ibid. & 216 Eius facultates ſecundùm Ariſtotelem. 217. Secundùm Galenum & Platon. 218
Animi Affectus. 247
Animi deliquia ex quibus Cauſis. 298
Animalis facultatis ſedes. 223. 225. 227. Diviſio. 233
Andreæ Cæſalpini opinio de Apoplecticorum Reſpiratione. 474
Anginæ Differentiæ & Cauſæ. 665
Appetitus læſi Cauſæ. 458. Symptomata. 461
Απόληψις τῶν φλεβῶν epilepſian parit. 471
Apoplexia quid. 469. Eiuſdem Accidentia ibid. & 473
Apoplexia 629. & ſequentib. 788. & 791
Ardoris Vrinæ Cauſæ.
Argenterius de Doloris Cauſis 452
Argenterij Argumenta de Morbi diviſione. 333
Arteriæ ſeminales. 208
Attractricis facultatis demonſtratio. 274
Aurium Affectus ut cognoſcendi. 656
Auctrix facultas, eiusq; Actiones. 257
Auditus Inſtrumenta ſunt Affectu. 662

Audibiles Affectus. 416
Auditus læſi ſymptomata. 431
Averrhoes de Cauſis doloris. 454
Averrhois de diviſione Morborum dogma. 332
Αὐτοψία Empiricorum. 15. 16. Cum ἱστορίᾳ ut conveniat? 17
Bilioſi humoris purgatio. 277
Bilis Veſicæ ſitus. 203
Βούλιμος. 778
Cachexia. 732
Calculorum Materia. 767. Cauſa efficiens. 768. Signa. 769
Calidi Morbi Cauſæ. 360
Caloris Motus in Animi Affectibus. 506
Capitis dolor. 646
Cardilagines quid? & quotuplices? 187
Cataphora. 628
Catharrorum Cauſæ. 562
Cauſa quid? 398
Cauſę rerum communiter omnium. 353
Cauſæ Morborum. 355. Cauſa continens. 358
Cauſæ Morbi calidi. 360.
Cauſarum diverſitas. 352
Cauſa, Principium & Elementum quid. 49
Cauſæ Doloris & Voluptatis. 449
Cauſæ Morborum. 351
Cavę Venę diſtributio prima. 205
Cerebrum & partes illi ſervientes. 171. & ſequentibus.
Cerebri Affecti ſigna unde ſumenda. 613
Cerebri Affectus principes Actiones lædentes quales? 624
Citata loca ex Galeno, quomodo quærenda? folio 1. b.
Colicus Affectus. 754. Colicorum differentiæ & Cauſæ. 757
Coma. 628
Compoſitarum Intemperierum Cauſę. 386. 388
Concoctrix facult. 283
Concoctionis primæ Inſtrumenta. 196. Secundæ. 201. Tertiæ. 205
Concoctionis primæ Vitia. 519. Vitiorum differentiæ. 522

Digitized by Google

522. Concoctio ſecunda & tertia. 523
Continens Cauſa Morborum. 358
Continuitatis ſolutę differentię. 349. & ſequentibus.
Continuitas febrium unde. 372
Continui ſolutionis Cauſæ. 390.394
Convulſiones quid? 481. Quotuplices? 483. Quam partem afficiant? 484. Quibus Cauſis oriantur? 486
Cordis Attractio & Expulſio. 269
Cordi Inſervientia Organa. 190
Cordis Affectus. 697. & ſequentibus. 700
Cordis Palpitatio. 704
Corporis totius Temperamentum, ut dignoſcendum? 126. Ex craſſitie & gracilitate quid de temperamento indicetur? Item Venarum latitudine & pilis. 130
Cruentę Excretiones. 670
Cruentæ Excretiones per Alvum factæ. 536. & ſequentib. Vrinę cruentę. 542. per ſuperiora factę. 544
Cruentę Excretiones hepaticę. 739
Deglutitio quomodo fiat? 278
Deliria. 511. 512. & ſequentibus.
Diabetes. 560. 775
Διάκρισις περιττωμάτων. 531
Diaphragmatis Vſus Affectusq;. 710
Διάθεσις quid? 398
Διαθέσεων τοῦ σώματος Symptomata. 414
Differentiæ febrium. 367
Δυνάμει εἶναι quid. 140. Eius præcipuę differentię. 145. De ijsdem, ſeptem quæſtiones. 148
Diſtributio Alimenti. 89
Dogmaticæ Medicinę partes. 45.46
Dogmatici cum Empiricis ut conveniant aut differant. 27. Sibi mutuò obijciant? 20
Dogmatico quæ cognoſcenda. 23.24
Dogmaticorum ſecta. 13. 19. 20. Fundamenta. ibid.
Dolor. 69
Doloris Cauſæ particulares ſecundùm ſingulos ſenſus. 456
Doloris Natura. 442. & ſequentibus. Quid obijciatur. 452

Doloris

Doloris natura & differentiæ. 594. & ſequentibus. Veræ eorum differentiæ ut diſtinguendæ. 599. Qualia ſigna ſuppèditent. 603. & ſequentib.

Dracunculi. 781

Δυνάμει ὄντων temperamenta ut dignoſcenda? 152

Dyſenteriæ Cauſæ. 751

Dyſuriæ. 788

Elementorum doctrina. 48. & ſequentibus Sitne Medico neceſſaria? 51

Elementum quid? 52. Vnum ne an plura? 54. Quæ & quot? 57. Quatuor ea eſſe, Ignem &c. quomodo probetur. ibid. & 59 Quas vires habeant. 61

Elementum, Principium & Cauſa quid. 49

Empiricorum ſecta. 13. 14

Empirici ut differant à Dogmaticis. 27. & ſequentib. Quid ſibi mutuò obijciant. 29. & ſequentibus.

Empirici reprehendunt Methodicos. 30

Ενδειξις quid & quotuplex. 21. 22

Ephialtes. 645

Epilepſia quid? 488. à quibus Cauſis. ibid. & ſequentibus.

Epilepſia. 629. & inde. Quæ ſit propria eius Natura. 633

Επίςασθαι propriè & impropriè quid? 11

Επιςήμη unde dicta. 5

Επιθυμητικῆ partis Animæ ſedes. 228

Εὔκρατος Temperies ut diſtinguenda? 109

Ευκρασία fundamentum dignoſcendi temperamenti differentias. 118

Excretorum fons qualia ſigna ſuppeditet? 584

Excretionum immodicarum ſymptomata. 533

Excretorum Symptomata. 417. 420

Experientiam cum ratione coniungendam. 20. 21

Expultrix facultas. 286

Faciei partes an ſint affectæ. 663

Facult. Animæ diviſio Ariſtotelica. 217. Galenica & Platonica. 218. 219. earum diverſitas ibid. Sedes ſecundùm Ariſt. 222. Secundùm Galenum. 225. 227

Febris Cauſæ. 363

Febrium Differentiæ. 267

Febris Curatio dogmatica. 26

Febrium

Febrium Continuitas & Intermittentia unde. 372
Fernelij Argumenta de Morbis Formæ & Materiæ 335
Fœtui generando augendoque Materia. 208. 209. Membranæ quibus involvitur. 210
Flatuum ſympt. 553
Fluxus Muliebris. 814
Fontes ſignorum 569. & ſequentib.
Formæ Morbi Ferneliani. 335
Frigidæ Intemperiei Cauſæ. 381
Galeni ſententiæ, quę citantur in hiſce theſibus, quomodo quęrendæ. fol. 1. b.
Generatrix facultas. 253. eiuſdem Materia & Inſtrumenta. ibid. & ſequentibus.
Generationi inſervientes partes. 206
Gonorrhœa quid & quomodo cognoſcatur. 819
Gravidarum Sympt.
Guſtus Symptomata. 432
Guſtabilia obiecta. 240
Guſtabiles Affectus. 566
Hemiplexia. 629. & ſequentib.
Hæmorrhoides. 752
Hepatis forma ſitus, uſus. 723. An afficiatur? 727. Affectus, obſtructio. 729. Phlegmone, Eryſipelas. 730. Scirrhus. 731
Hepatis functionum imbecillitas aut robur. 739
Hepati inſervientia Organa. 195
Horror & Rigor quomodo fiant. 502
Horatius Eugenius de Doloris Cauſis. 454
Humidæ Intemperiei cauſæ. 385
De Humoribus quatuor. 74. & ſequentibus. Quatuor eſſe eos tantummodo. 77. Quomodo differant? 79. Eorum uſus, 81. 82. 84. Eorum vis ſanitatis aut morborum Effectrix. ibid. Materia. 87
Humorum Motus in Animi Affectibus. 506
Hydrops. 732
Hyſtericarum Reſpiratio. 476
Hyſtericarum Refrigeratio. 707
Icteri Cauſæ 735. & ſequentib.
Ἰδιοπάθεια. 578

Ignis

Digitized by Google

Ignis quibus Cauſis vincatur. 281.282
Ileus. 759
Incubus. 645
Indicatio quid & quotuplex. 22.23
Intemperies contineat ne omnes Morbos ſimilares. 335
Intemperierum differentię. 339. 340. & ſequentibus.
Intemperierum Cauſæ. 381. & ſequentibus.
Intemperierum compoſitarum Cauſæ. 286
Intermittentium febrium periodi unde. 376.
Intermittentię Cauſa in febrib. 372. & ſequentibus.
Inteſtinorum nomina, forma & uſus. 745
Inteſtina an & quomodo afficiantur? 747. 748
Inteſtinorum vulnera. 754. Morbi organici. 762
Inteſtinorum Expultrix quomodo fiat. 529
Inſtrumentarię partes. 165
Ἰσχουρία ex nulla Vrina in Veſicam perveniente. 797
Ἰσχουρία ex Affectu urinarię fiſtulę. 795
Κάρος. 627
Κατάληψις. 627
Κοινότητες. Methodicorum. 33.40.41.
Laſſitudinis Natura. 500
Læſarum Actionum differentię. 403
Læſarum Actionum fons quæ ſigna ſuppeditet. 574. & ſequentibus.
Ligamenta. 189
Lienis uſus. 203
Lienis ſitus, uſus & affectus. 742
Lingue Affectus ut cognoſcendi. 656. 661.
Lumbrici. 552
Lumbrici. 760
Lycanthropia. 640
Mania. 640
Materię Morbi Ferneliani. 335
In Medicina quales res tractentur. 6. An ſit ſcientia. 11
Medicina unde incipienda? 7. 8. Quid? 9
Medicinę certitudo. 1.2.3. Pręſtantia. 1. 5. An ſit ſubalternata Phyſicę. ibid.
Medicinę partes. 213
Medica Theoremata qualia eſſe debeant? 12

Me-

Digitized by Google

Medicorum ſectę quæ & quot? 7. & ſequentibus.
Medicus incipit inde, ubi Phyſicus deſijt. 2
Medicamentorum temperamenta ut dignoſcenda? 139. & ſequentibus.
Melancholicorum deliria. 638.
Melancholici humoris purgatio ex ſanguine. 277
Memoriæ lęſæ Cauſæ. 615. & ſequentibus.
Menſes immodici. 811
Menſium muliebrium natura. 540
Meſaraicarum Venarum uſus. 202
Μετάβασις Empiricorum. 17. 18
Methodicorum Secta. 13
Methodicorum Secta. 32. Eorundem κοινότητες. 33. Τὸ Ἄδηλον. 34. Defenſio proprię Sectę. 35 Reprehenſio ab Empiricis. 30. Et à Dogmaticis. 39. & ſequentibus.
Μίμησις Empiricorum. 16
Morbus quid? 320. Eius prima genera. 324. Eorum ſubdiviſio. 329. Examen. 331
Morbus quid? 398
Morbi & Sanitatis generatio ex humoribus pendet. 86. Prima Morborum genera. 86
De Morborum Cauſis. 351. & ſequentibus.
Morborum diviſio ſecundùm eos qui alia Elementa conſtituunt. 330
Morborum diviſiones Galenicę examinantur. 331. & ſequentibus.
Motu læſo ſervari poſſe ſenſum, non è contrà. 439
Motus voluntarij Inſtrumenta. 178. Motus quomodo fiat? 179
Motrices facult. & Actiones. 237
Motricum Actionum ſymptomata. 404. 406
Muliebris fluxus. 541
Muliebris fluxus. 813
Muſculorum Vſus & Differentię. 178. & ſequentibus. Item 180. Numerus. 181
Natura quid? 71. Vt in Homine conſideranda. 73. item 214
Naturalium Actionum læſiones. 410. 519. 525. & ſequentibus.

Natu-

Digitized by Google

Naturales facult. 229. & 248. & ſequentib.
Naturales facult. & Actiones Nutritioni ſervientes. 265.
Eaſdem omnibus partibus ineſſe. 271
Nervi optici perforati. 298
Nervi. 174
Nervi per ſe non movent. 179
Nephritis vera. 766
Neutralitas an detur? 10
Numeri læſi cauſæ. 392
Nutritio. 259. Eidem inſervientes variæ Actiones & inſtrumenta. 268. & ſequentibus.
Oculorum Affectus ut cognoſcendi. 656. & ſequentib.
Odorabiles Affectus. 566
Oeſophagi Affectus ut cognoſcendi. 137
Olfactus Læſio & Inſtrumenta. 649 & ſequentib.
Olfactus ſymptomata. 433
Orationis formandæ Inſtrumenta. 182
Orationis & vocis læſiones. 673. 677
Organicorum Morborum differentiæ 343 & ſequentibus.
Organicorum Morborum cauſæ. 390
Oſſium Natura & Differentiæ. 183. & ſequentib.
Palpitationis Affectus qualis? 494
Palpitatio omnis, & cordis imprimis. 704
Pandiculatio quid & à quibus Cauſis. 499
Paracelſiſtarum Principia. 69
Paracelſiſtarum Secta. 44
Paralyſis Natura & Differentiæ. 416. & inde & 437. 476.
Pariendi tempus. 210
Partes quid, & quot earum differentiæ. 161. & inde. Earum alia diviſio. 168
Paſſio quid. 398
πάσχειν varij modi. 575
Pathologia ad Phyſiologiam quomodo ſe habeat? 319
Per Accidens aut Per ſe agere quid? 157
Περίπτωσις Empiricorum. 15
Periodi feb. intermittentium unde? 376. & ſequentib.
Phlegmone quid & à quibus Cauſis. 24. Curatio dogmatica eiuſdem. 25
Phyſiologia quomodo ſe habeat ad Pathologiam. 319
Phyſicus deſinit in id, unde Medicus incipit. 2
Phre-

Phrenitides. 635
Pili quid de temperamentis indicent. 130. & ſeq.
Practicę Medicinæ certitudo. 34
Priapiſmus. 821. 822
Primæ Concoctionis Inſtrumenta. 196. Secundæ. 201. Tertiæ. 205.
Principum Actionum Inſtrumenta & Læſiones. 613. & ſequentibus.
Principum Actionum ſymptomata. 407
Principia Cognitionis & Eſſentiæ. 49. Principia Paracelſiſtarum. 56
Principe functione una læſa quomodo aliæ conſerventur. 515
Principum functionum læſiones, earumq; Cauſę. 509. Earundem depravationes. 511. 635
Principium, Cauſa & Elementum quid? 49
Propria Accidentia quę ſigna ſuppeditent? 588. 591
Pruritus Cauſæ. 508
Pulmones quomodo per tuſſim expurgentur? 708
Pulmonis affecti ſigna. 685. 689. 692
Purgantium actiones an à temperie fiant. 338
Rationem experientiæ iungendam. 20. 21
Rationalis animæ ſedes. 227
Renum affectus 764. Apoſtema & Phlegmone & Schirrhus. 770
Renum uſus. 204. Vlcus. 772
Reſpirationis læſiones. 679 683
Reſpiratio in Apoplecticis quomodo ſervetur? 473 & ſequentibus.
Reſpirationis Muſculi. 182
Retentrix facultas. 286
Retentionum immodicarum ſympt. 535
Rigor & horror quomodo fiat? 502
Sanguificationis Inſtrumentum. 86. Variæ de eo ſententiæ 90. 92. Verum Inſtrumentum. 93.
Sanguificæ actionis imbecillitas. 738
Sanitas quid. 320
Sanitas ratione humorum cõſervatur aut corrumpitur. 84
Secundùm & Præter naturam quid? 398
Secta quid? & quot erant tempore Galeni? 8

Digitized by Google

Sectarum in Medicina quæ melior ſit? 45
Seminis generatio, eiuſq; Materia unde? 207
Senſibilia propria cuiuſq; Senſus 240.241
Senſitiva obiecta multiplicia. 238. & ſequentib. Item 241
Senſitivarum actionum ſymptomata. 425
Senſitivæ facult. & actiones. 234.238
Senſitivarum actionum ſymptomata. 404
Senſorij primi affectus. 463
Senſoria ſingulorum ſenſuum. 240
Senſoria. 176. Quadruplici genere partium conſtant. ibid. & ſequentibus.
Sentiendi modus 242. 243. & ſequentib.
Seroſi humoris ſeparatio à ſanguine. 274
Sexus utriuſq; uſus ad generandum. 206. 207. 208. 209
Siccæ intemperiei cauſæ. 384
Signorum fontes univerſales. 569. & ſeq. Eorum diverſitas. 571. 573.
Similares partes quæ? 163, Earundem alia nomina. ibid. Numerus. 164
Similares morbi an omnes ſub intemperie contineantur? 335
Σημειωτικὴ pars Medicinæ. 579
Συμπάθεια. 578. & ſequentibus.
Solutæ continuitatis cauſæ. 390.394
Soporoſi affectus quales. 626. Eorundem differentiæ 626. & ſequentibus.
Soporis nimij cauſæ. 621
Spinalis Medullæ affectus. 667. & ſequent.
Spiritus motus in animi affectibus. 509
Spiritus quibus anima utitur 294. An detur Spiritus? 296. & ſequentibus. Quid ſit? 302
Spirituum uſus 307. Quotuplices ſint. 310. Eorum generatio 316.
Sternutatio quid & à quibus cauſis. 494
Stipatio corporis duplex. 283
Stranguriæ cauſæ. 788
Stuporis eſſentia & cauſæ. 489
Subalternæ ſcientiæ quæ Philoſopho? 2
Sudorifica ſympt. 561
Symptoma quid. 398

Digitized by Google

Symptomatum Cauſę cur explicandæ? 425
Symptomatum prima genera. 400
Tactiles Affectus. 566
Tactus læſi ſymptomata. 434
Temperamenta partium ſingularum. 124.
Temperamenta ſingulorum hominum ut cognoſcenda. 132. 134. 136
Temperamentum quid? 103. De Temperamentorum numero varię ſententię. 105. De eodem numero Veteres erraſſe.
Temperamentorum verus numerus 115. Eorum differentiæ ut dignoſcendę? 117. Quomodo mutentur? 122
Temperies εὔκρατος καὶ δύσκρατος ut diſtinguendæ? 109
Ex Temperamento cur non reddi queat ratio omnium Actionum? 337
Theoricę Medicinæ partes. 3. Certitudo. ibid.
Theſeos ratione quæ ſigna ſuppeditentur. 588
Thoracis Affectus 669
Thoracis Affectus ut cognoſcendi? 706
Θυμοειδοῦς partis Animæ ſedes. 228
Tremoris Affectus & Cauſæ. 492. & ſequentibus.
Trichiaſis. 773
Tuſſis quid & à quibus Cauſis. 496. & ſequentibus.
Venas non ſanguificare. 94
Venarum latitudo aut anguſtia quid de temperamento indicet? 130
Venę ſeminales. 208
Venenatę Subſtantiæ an in Corpore generentur. 808
Ventriculi Actiones Naturales. 289
Ventriculi orificium ſuperius, eiusque affectus. 717. & ſequentibus.
Ventriculi temperamentum ut dignoſcatur? 137
Ventriculi Attractio quomodo fiat? 528
Vertiginis natura. 643
Veſicę forma & uſus. 205
Veſicarum Actiones naturales. 289
Veſicæ conſtitutio ſecundùm & præter naturam. 785
Vigiliæ præternaturalis Cauſæ. 621
Virilium Affectus ut cognoſcendi? 818
Viſibilium Affectuum Cauſæ. 564

Digitized by Google

Viſionis proprium Inſtrumentum. 245
Viſibilia Obiecta. 259
Viſionis læſæ ſymptomata. 426
Vitales facult. & Actiones. 246
Vitalis facult. 229
Vnitatis ſolutio ſit ne communis Morbus ſimilaribus & organicis. 332
Vocis & Orationis læſiones. 673. 677
Voluptatis natura. 442. & ſequentibus. Quid obijciatur? 452
Vomitiones. 546
Vreterum forma & uſus. 208
Vrinę cruentę. 542. Non cruentę. 554
Vrinę Excretio involuntaria. 792. Vrinę Ardor. 788. & 791
Vteri Actiones naturles. 288
Vteri ſuffocatio. 803
Vterus quibus Affectibus obnoxius. 802
Vterus an afficiatur? 801
Vteri Conſtitutio ſecundùm & præter naturam. 785. 799
Vteri Motus. 808

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google